



Isagoge Chronologica

<https://hdl.handle.net/1874/455226>

Isagoge Chronologica.

Id est:

OPUSCULUM

AD ANNORVM SE-
RIEM IN SACRIS BIBLIIS CON-
TEXENDAM, COMPENDIO VIAM MON-
strans ac fundamenta indicans,

Conscriptum ab

Abrahamo Bucholcero, in commu-
NEM VSVM CHRONOLOGICA
DISCENTIVM.

Accessit Index Chronologicus à Mundo condito ad annum
CHRISTI 1580. deductus.

Veritas temporis filia
Vtriusque parens Deus.



Sapient. 11.

Cuncta DEVS numero, mensura, & pondere fecit.

M. D. LXX X.

Chronological

REVISED

ANNALS

OF THE

REPUBLIC

OF THE UNITED STATES

OF AMERICA

FROM 1776 TO 1876

BY

JOHN P. KANE

AND

WILLIAM B. EGGERS

EDITORS

NEW YORK

1876



Published by the

WESTERN PUBLISHING CO.

CLARISSIMO VIRO,

DOCTRINA, SAPIENTIA, ET SUMMIS

VIRTUTVM LAUDIBVS PRAESTANTI, CASPARO

HOFEMANNO, *artis Medicae Doctore, in celebri Academia*

FRANCOFVRDIANA: *amico reuerenter colendo. S. D.*



SAPIENTIAE DIVINAE FLUMEN EST TOTA doctrina, humano generi à Deo reuelata, & literarum sacrarum monumentis comprehensa institutio: quæ si discipulum idoneum, attentum, ac docilem inueniat, tantum ei adfert vtilitatis ac fructus, vt ille experiendo discat, nullum esse in sacro isto codice apicem, quin aliquid moneat aut doceat, & instar fluuij cuiusdam limpidiore inter tenues arenas, minutosque lapillos preciosi & generosi auri grana vehat. Atque, vt de alijs doctrinae partibus taceam: sola numerorum in sacris voluminibus adnotatio quantum boni habeat, quantum reconditæ sapientia contineat, quantumque mysteriorum admirabilium tegat, nemo omnium, qui sacra penitus non videntur, facile se vel mente perspicere, vel oratione ac verbis consequi posse dixerit.

Videntur quidem parui momenti res, numerorum apices, quibus in sacris Biblijs tempora consignata sunt: atque in his consecrandis multum sudare, putatur laboris non tam noxij, quam infrugiferi & curiosi. Verum illi ipsi apices tenues, magna voce loquuntur, longè aliã esse rationem sententiarum à DEO traditarum, quam verborum ab hominibus prolatorum. De his enim verissimum sæpe est istud: Verborum mare, mentis gutta. De illis autem rectissime dixeris: Verborum gutta, sed inexhaustum sapientia mare.

Et hæc quidem cogitatio doctos & pios quosdam viros in eam adduxit sententiam, vt precium operæ non exiguum aut contemnendum se facturos crederent, si collectis literarum sacrarum numeris, ijsque ad profanas historias ritè accommodatis, perpetuam quandam annorum telam, à mundo condito adnatum Christum contexerent, testatumque facerent, quomodo peti possint ex S. scripturae numeris & prouidentia diuinæ testimonia amplissima, & studij historici adiumenta vtilissima.

Nos sanè cum in eiusmodi librorum lectione sæpe multumque versaueremur, quibus temporum rationes à Scriptoribus illis exquisitè & eruditè admodum exponebantur, magnam ex ea re voluptatem percepimus, nunc ipsum fontem, talibus doctrinae sapientiaque riuulis se diffundentem, admirantes: nunc virorum illorum pia ac felicitatis industriae fructus dulcissimos vehementer nobis gratulantes.

Sed, vt in rebus humanis nihil est ab omni parte beatum, obstrepebat nobis, molestiaque non nihil creabat suppurationum illarum inter se discrepantia & varietas, qua certum erat, ab

alijs ea turbari ac labefactari, quæ ab alijs benè pulchrèq; constructa vide-
bantur. Hæc itaq; supputationū perplexitas, & veritatis cognoscen-
dæ studiū atq; cupiditas ardens, animum nostrū impulit, vt manum tabu-
læ Chronologicæ admoueremus, & diuersis Chronographorū ratione-
bus ad calculū reuocatis, interq; se collatis, quid in supputationibus illis
relinquendum, quidue amplectendū nobis esset, exploraremus ac discer-
remus. Immensum profectò pelagus nos ingressos esse tum demum in-
telligebamus, cum nobis tot tantisq; cum difficultatibus conflictandū &
colluctandum esset: cum nunc in Syrtibus hærentes sudaremus: nunc
in vado subsistentes periclitaremur: donec DEO clementer aspirante,
cuius auspicijs rem totā susceperamus, mare illud nō infeliciter superau-
imus, ac sublatis impedimentis non solum enatauimus, inq; portū opta-
tum delati sumus: sed & nouæ Chronologiæ extruendæ sylvulam me-
diocrem domum adueximus: quæ cum de amicorū sententia & consilio
expolienda ac adornanda esset, ad eam sanè magnitudinē liber excreuit,
vt maioris illius operis Chronologici, cuius editionē DEO iuuante, molle-
mur, & ad q; toties hæc Isagoge prouocat, noua nobis mœnia surgerent.

Viderunt illa nostra viri docti, & amici communes non pauci: & in
his, Clariss. Doctor CASPARE, Socer tuus, omni doctrinarū & virtutū
laude præstantissimus, piæ memoriæ, GVARVS Wigandus, Medicinæ
Doctor, qui vna propemodū voce hanc nobis extorsit *εισαγωγή*. Para-
inquit, nobis *χρονολογικὸν σκελετὸν*. Hoc ille vocabulo ex arte sua petito vte-
batur: eoq; me ita tum impulit, vt de illo argumenti genere, subito cogi-
tationum mearū summam in aliquot chartas effunderem. Accedebant
& aliorū, qui tum in literata illa aula viuebant, meq; totum possidebant,
virorum præstantissimorū acres sanè stimuli, & cohortationes, Magnih.
& Nobilissimi D. Abrahami à Grunbergk, Georgij à Regentin, Caroli
Barth LL. Doctoris, & nostri Cunradi Bergij, quorū etiam imperium
recusare honestè non poteramus. Tua verò, Clarissime vir, & The-
mę Hubneri, amici mei, tum veterimi, tum integerrimi amicissima (vt
ita dicam) tyrannis, verborum verberibus aures nostras sine intermissio-
ne feriens, tandem nos penitus perculit, vt cæpto opusculo postremam
imponeremus manum. Hanc itaq; Isagogen beato GVARO nostro
primum dicatam, ac hæreditario iure ad te transmissam, nunc tibi exhi-
beo, teq; multum oro, vt hanc opellā, flagitatione tua nobis expressam,
boni consulas, & dextra amoris datam, dextra candoris accipias. Bene
vale, ac salue, æterno DEO bonitatis suæ gratia perpetua te prosequente.
Eleutheropoli, ex nostro Monasteriolo: Anno gratiæ 1576. die Sarr-
ctorum Angelorum, quo ingredior annum ætatis meæ 48. cum mihi
faustum, felicem ac salutarē esse iubeat is, qui vnicus Chronologiæ nos-
stræ scopus est, IESVS CHRISTVS, *λόγος θεὸς σαρκωθεὶς*, benedictus in
sempiterna secula, A M E N.

Abrahamus Bucholcerus

SERIES ANNORVM A MVNDI CREATIONE AD CHRISTVM.

- 1656 Aetates patrum ab Adam ad diluuium (exclusiue) Genes. 5.
 1657 Diluuium, Gen. 6. 7.
 292 Aetates patrum à diluuiio ad natum Abraham, Gen. 11.
 1949 Natalis Abrahae.
 75 Migratio Abrahae ex Haran, Gen. 12.
 430 Anni peregrinationis, Exod. 12. Gal. 3.
 2454 Exitus Israelis ex Aegypto, Exod. 14.
 480 Anni ab exitu ad conditum templum Salomonis, 3. Reg. 6.
 2934 Conditum templum anno quarto regni Salomonis, 3. Reg. 6.
 36 Anni vite & regni Salomonis, à templo condito (excluso anno primo templi.)
 4 Quartus Roboami, quo Israel desyt sequi Dominum, 2. Paral. 11.
 390 Anni peccatorum & Idolatrie domus Israel, Ezech. 4.
 3364 Vltimus annus templi Salomonis, qui eius desolationem antecessit.
 3365 Captiuitas Babylonica & desolatio templi primi, 4. Reg. 25. & Ierem. 52.
 70 Anni captiuitatis, Ierem. 25. 29. Daniel. 9. & 2. Paral. 36.
 3435 Finis captiuitatis Babylonicæ. Hactenus continua series, annorū in sacris Biblijs
 consignata.
 335 Spacium à fine captiuitatis Babylonicæ ad N. C. demonstratur ex scriptis Ethni-
 corum.
 3970 CONCEPTVS & NATVS CHRISTVS.
 30 Anni Christi.
 4000 Baptizatus Christus, Lucæ 3.
 3½ Anni ministerij Christi, Daniel. 9.
 4004 Mortuus Christus, resurrexit, ascendit, S.S. misit, &c.
 (alijs 4003)

ALIA VIA.

- 2933 Ante templum conditum.
 431 Anni durationis templi.
 3364 Annus postremus templi Salomonis.
 70 Anni captiuitatis Babylonicæ.
 80 Interuallum inter duas migrationes Iudeorum ex Babel, I. sub Cyro, II. sub Ar-
 taxerxe, inclusiue: 79 exclusiue.
 3314 Esra migratio ex Babylone in Iudeam.
 490 Anni 70 hebdomadam Danielis.
 4004 Mors Christi, & finis hebdomadam.
 (alijs 4003)

ISAGOGÉ.



NATVS est Dominus noster IESVS CHRISTVS, elapsi à rerum creatione annis 3970: quorum summam ex literis sacris expedita ratione colligemus, si initio metis quibusdam circumscribamus ac distinguamus vniuersum illud spacium quod inter rerum creationem & Christi natalem intercessisse diximus. Propositum est eius rei exemplum in Genealogia Christi descripta à Mattheo, ubi Euangelista interuallum inter Abrahamum & Christum tribus interstitijs dimetiens, deducit lineam ab Abrahamo ad Dauidem: inde ad transmigrationem Babylonicam, & porro ad Christum. Secuti sunt hanc partitionem vetusti Scriptores, qui ad Matthaei distinctionem additis tribus interuallis, constituerunt sex etates mundi, hoc ordine:

- I. A Creatione ad diluuium.
- II. A diluuiio ad natum Abraham.
- III. Ab Abraham ad regnum Dauidis.
- IIII. A Dauide ad captiuitatem Babylonicam.
- V. A captiuitate ad Christum.
- VI. A Christo ad mundi finem.

Beda Chronographus excellens, primæ etati tribuit annos 1656: Secunda 292: tertiæ 942: quartæ 473: quintæ 589. Atq; in prioribus tribus etatibus, satis congruunt Bedæ & nostræ rationes, si primæ etatis annos 1656, intelligantur (ut vulgo loquuntur) de completis: & diluuij annos 1657, qui ab illo videtur omissus, interponatur. Quod nisi fiat, distabitur de supputatio à nostra, vnius anni spacio. In quarta etate supputamus 474, ubi Beda habet 473. Verum hic quoq; nihil erit discriminis, si 473 completi intelligantur. In quintæ etatis dimensione, longius aliquantulum Beda discedimus: & non ut ille 589, sed 606 supputamus. Quæ ratione credit ei natalis Christi in 3952, nobis in 3970. Certum est autem, Bedam in etate quinta constituere spacium iusto breuius & angustius: eò quod secutus Eusebium, à captiuitate Babylonica ad Cyri monarchiam non numerat 70 annos, quod sacre docent literæ, sed tantum 53: & annos 70 captiuitatis extendat ad secundum vsq; annum Darij Hystaspis, qui 17 annorum intervallo abest à Cyri monarchia. Oritur hic error Eusebij ex dicto Zachariæ, non rectè intellecto, ubi dicit angelus cap. 1. Iam sunt 70 anni. Et loquitur de 70 annis captiuitatis pridem elapsis. Id ille exponit de 70 currente. Pugnât hæc ratio cum aperto textu scripturæ, quæ affirmat (2. Paral. 36.) 70 annos finiri Cyro regnante. Hinc igitur existit illa 17 vel 18 annorum interuallum & Bedæ supputationem distantia.

Verum, quando hic non insignes temporum mundi articulos numeramus, sed rationem inuestigandis, ac supputandis temporibus accomodatissimam inquirimus, omiſsa etatum mundi distinctione, partiemur annorum mundi seriem in tria temporum spacia. Primum decurret nobis à rerum creatione

ISAGOGE CHRONOL.

3

creatione ad conditum templum Salomonis.
 lomonis ad captiuitatis Babylonicæ finem.
 ad CHRISTVM.

Secundum, à templo Sa-
 Tertium, à soluta captiuitate

PRIMUM SPACIUM.

A creatione rerum ad templum Salomonis,

- 1656 Aetates patrum ante diluuium, Gen. 5.
- 1657 Diluuium, Gen. 6. 7.
- 292 Aetates patrum à diluuiio ante natum Abraham, Gen. 11.
- 1949 Natalis Abrahæ.
- 75 Migratio Abrahæ ex Haran, Gen. 12.
- 430 Anni peregrinationis Abrahæ & nepotum eius, Exodi 12. Gal. 3.
- 2454 Exitus Israelis ex Aegypto, Exodi 14.
- 480 Anni ab exitu ad conditum templum Salomonis, 3. Reg. 6.
- 2934 Conditum templum anno quarto regni Salomonis, 3. Reg. 6.

In hac prima parte, si quid est controuersia, vel dissidij Chronologici, discutiemus id in obseruationibus de annis 1949, & 2024, ad huius Isagoges calcem adiectis. Et sanè, cum ipsa sacra scriptura verba hanc annorum seriem gignant, quid opus est nodum in scirpo querere? Admiranda potius est & celebranda DEI bonitas, qui non solum à condito Adam ad natum Iacob summam annorum 2109, etatibus patrum à Mose descriptis, conseruari voluit: sed etiam, cum in Iuda filio Iacob desineret, ac interrumperetur illa consignatio, ne quid ad annorum mundi seriem continuandam deesset, huic rei ita prouidit, ut literis mandarentur duo magni numeri annorum 430 & 480: quibus (multorū patrum etatibus in unam summam collectis,) salua atq; integra permaneret annorum mundi series, à peregrinatione Abrahæ ad templum Salomonis, quod est spacium annorum 910. Esset autem manca, & inutilis temporum notatio in sacris Biblijs, si duobus illis numeris 430 & 480 carendum nobis esset. Ac priore quidem numero 430 addito ad annum Abrahæ 75 (mundi 2024) deducitur series annorum à creatione rerum ad exitum ex Aegypto. Rursus, cum ab exitu ex Aegypto tempore Iudicum, varijs mutationū vicibus res Israëliticæ voluerentur, hinc quoq; DEI bonitas in futurum prospiciens, cauit, ne quid damni perpetua illa Ecclesie Chronologia caperet. Annotati sunt igitur in libris Regū anni 480, quibus à rerum creatione ad templum Salomonis annorum 2934 systema absoluitur.

SECUNDUM SPACIUM.

A condito templo Salomonis, ad eius desolationem: &
 inde ad captiuitatis Babylonicæ finem: quod
 constat annis 501.

I O N I S A G O G E

Distribuemus hoc spacium in duas partes : quarum altera complectitur annos 431, quibus templum Salomonis stetit : altera 70 annos, quibus Iudaei in Babylone exularunt. Inquiramus 431 annos templi.

I.

Numerat DEVS, Ezechiel. Cap. 4. à tempore apostasiae Israelis ad Hierosolymorum obsidionem, annos 390 : qui numerus adiumentum ingens nobis adfert, ad iustam temporum rationem constituendam, & Bibliorum Chronologiam concinnandam. Etenim, quemadmodum antea duo magni Regum admodum turbatae & inexplicatae essent rationes temporum, ne de integritate annorum mundi summa periclitaremur, 390 annorum numerus, ore Dei prolatus, & ab Ezechiele literis mandatus est, ut Chronologia S. Bibliorum continuanda ac pertexenda seruiret. Audiamus primum verba Dei alloquentis Prophetam. Tu vero fili hominis accipe laterem, & pone eum ante te, & insculpe super eum urbem Ierusalem, pone deinde obsidionem contra eam, extrue aduersus eam propugnaculum, & perfunde ei aggerem, castra pone contra eam, & pone contra eam per circuitum arietes. Cape tibi deinde sartaginem ferream, poneq; eam murum ferreum inter te & inter ciuitatem, & dirige faciem tuam contra eam, eritq; obseffa, & oppugnabis eam. Signum hoc est domus Israel. Et tu cubato super latus tuum sinistrum, & pone iniquitatem domus Israel super ipsum, numero dierum, quibus cubas super ipsam, & feres iniquitatem eorum. Ego enim dedi tibi annos iniquitatis eorum iuxta numerum dierum 390 dies, feresq; iniquitatem domus Israel. Vbi vero expleueris illos, cubabis super latus tuum dextrum, & feres iniquitatem domus Iuda 40 diebus, diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Et diriges faciem tuam aduersus obsidionem Ierusalem, & brachium tuum erit exertum, propheta bibis contra eam. Ecce inieci tibi funes, ne vertaris de latere tuo in latus tuum donec compleas dies obsidionum tuarum. Hec Ezechiel.

Horum ergo 390 annorum principium ac finem de S. Scriptura indico constituamus. Principium habent Paralipomena lib. 2. cap. 11. ubi dicitur : Populum Israel triennio confortasse regnum Roboam, filij Salomonis, & ambulasse in via Davidis : sed postea desisse sequi verum DEVM, & seruire cœpisse Idolis. Idem repetit Iosephus Antiq. lib. 8. cap. 10. Etsi autem Jeroboam, primus Rex decem tribuum, mox à morte Salomonis fecit idola, Etionis à DEO initium, anno primo Roboami, Regis Iuda : tamē consentaneum est DEVM apud Ezechielem nō supputare peccata Israelitarum ab anno primo Roboami : quia eo tempore plurimi adhuc ambularunt in via Davidis, quare certe non deliquerunt. Sed quando relicto veri DEI cultu Idola seclutati sunt, anno 4 Roboami, tum demum incoanda fuit numeratio peccatorum domus

domus Israel. Hierosolymorum obsidionem, cuius non solum disertè meminit Propheta ille, sed etiam per typum eam representare iubetur. Principium igitur 390 annorum, est defectio Israelis à DEO, eiusq; templo. Finis est pœna defectio, videlicet templi destructio: & populi captiuitas: quemadmodum in delictis hominum ultimum solet esse pœna atq; supplicium.

Hic obseruandum est, nostra supputatione uno eodemq; anno finiri 40 annos peccatorum domus Iuda, quos numerat Ezechiel: & 390 annos peccatorum domus Israel, quibus finitis, templum una cum urbe desolatum est. Nam 40 anni peccatorum domus Iuda incipiunt cum Ieremiæ prædicatione anno 13 Iosifæ regis, (Ierem. cap. 25) id est, cum anno mundi 3325, & desinunt cum obsidione ac desolatione urbis Ierusalem. Vterq; igitur numerus Ezechielis, 390 & 40, sine suo ad annum templi postremum 3364 collimat. Inter quartum verò annum Roboami, & inter prædicationem Ieremiæ, siue initium 40 annorum peccati domus Iuda, intercesserunt 3 ½ centenarij: id est, anni 350: quibus si adicias 40: complebis 390.

2974	3324
350	40
3324	3364

Atq; ex his constare arbitramur, ab anno 4 Roboami ad obsidionem Ierusalem, numerandos esse annos 390. Si quis tamen mauult supputare 390 annos à morte Salomonis, & primo Roboami, sciat 390 annos, & 390 dies simul finiri nostra supputatione illo ipso anno, quo Ezechiel obsidionem Ierusalem 390 diebus representauit, videlicet anno M. 3360. Antecessit hæc typica Ezechielis obsidio veram Nebucadnezaris obsidionem quadriennio: & desolationem urbis ac templi quinquennio: quo addito ad 390, proponimus, nempe, anni 395. Si igitur secundum hanc supputationem, ponatur principium annorum 390, ad primum Roboami, antecedit eorum finis obsidionem Hierosolymorum quadriennio. Sin verò principium sit quartus Roboami, finis erit ipsa urbis obsidio & desolatio: Atq; ita planè idem est, siue à morte Salomonis ad captiuitatem Babylonicam numerentur 395: siue à 4 Roboami ad obsidionem Ierusalem 390. Verùm quia Paralipomena tam disertè commemorant, ambulasse Israëlitas triennio in via Dauidis, & principium vniuersalis (ut ita loquamur) defectiois Israelis à DEO ponunt ad quartum Roboami: imò, quia ipse Ezechiel typica obsidione sua, in aliam, nempe, Nebucadnezaris obsidionem, tanquam in vaticiniij sui scopum respicit, & ad hunc ipsum Babylonicæ obsidionis annum, tam 390 quam 40 annorum finem dirigit, magis inclinamus in sententiam de quarto Roboami, ut potius scripturæ ductum, quam nostras rationes secuti esse videamur.

ISAGOGE

Anni	A morte Salomonis ad	A quarto Roboami ad obsidionem Nebucadnezaris 390.	obsidionem Ezechielis 390.	obsidionem Nebucadnezaris 394.	excidium templi, & urbis 395.
	2970	2970	2970	2974	
	390	394	395	390	
	3360	3364	3365	3364	

Iosephus etiam Iudeorum historicus lib. 10. cap. 5. antiq. à disfracionem regni Salomonis ad 18 Iosia (quo repertus est liber Legis) numerat annos 360: ubi mirum est Iosephum tam prope ad nos accedere, cum alioquin raro & à nobis & alijs, imo nonnunquam à seipso dissentiat. A repertum autem lege ad desolationem Templi colliguntur ex Ieremia anni 31: cap. 25. ab anno 13 Iosia ad 4 Ioiakim (quem diximus esse primum Nebucadnezaris) numerat 23: à quo (inclusiue) ad Templi vastationem habet 19 annos regnantis Nebucadnezaris: qua summa est annorum 395. Subtractis inde 6 (nam tot annis distant 13 & 18 Iosia) relinquuntur 390. ad 360 additis, complentur 395. Ita erit hoc loco inter nos & Iosephum unum unius anni discrepantia, etsi alibi longius à nobis distare comperitur.

2970	3330
360	35
3330	3365

Restat, ut inquiramus spacium à templo condito ad 4 Roboami: quod 41 annis constare, hoc modo demonstrabimus: Condidit Salomon Hierosolymis templum, anno 4 regni sui, 3. Reg. 6. Cumq; in uniuersum regnauit 40, subtracto triennio, quod templi extructionem antecessit, necesse est à iactis templi fundamentis ad finem regni & uitæ Salomonis, elapsos esse annos 37. Salomoni successit Roboam, cuius anno quarto, domus Israel desijt sequi regnum DEVM. Additis igitur 37 Salomonis ad 4 Roboami, conflunt 41. Iosia item 390 & 41, consummantur 431: hos adde ad 2933, (qui templum antecesserunt) attinges annum templi postremum, 3364. Anno enim 3364 mense quinto, deleta est urbs Ierusalem una cum templo, & Iudaicus populus in Babylonem exulatum abiit.

2933	2933
41	431
2974	3364
390	70
3364	3434

II.

Eadem summa annorum 431 producitur, loco suo dispositis, & inter se collatis annis Regum Iuda & Israel, qui in libris Regum annotati sunt. Exat illa dispositio in tabula Regum Iuda & Israel, annexa ad obseruationem anni 2971: de qua infra.

III.

Paralipomenon libri tantum recensent annos Regum Iuda, quos si in vnam summam redigas, conficies 431. Salomon à condito templo vixit 37. Roboam regnavit 17. Abia 3. Assa 41. Iosaphat 25. Ioram 8. Ochozias 1. Athalia 7. (incoatis) Ioas 40. Amasias 29. Uzias 52. Ioathan 16. Achas 16. Ezechias 29. Manasses 55. Ammon 2. Iosias 31. Ioachas mensibus tribus. Ioackim 11. Iechonias mensibus tribus, & diebus 10. Zedechias 11. Summa 431.

Producuntur etiam 431 anni, si supputes à primo Roboami ad Ezechia Regis annum sextum, quo decem tribus Israël in Assyriam abducta sunt. Numeros supra consignauimus: 17. 3. 41. 25. 8. 1. 7. 40. 29. 52. 16. 16. 8. Summa 261. Totidem & Chronologia nostra exhibet, ex Regum libris supputatione deducta: eo tantum discrepante, quod illic 261 currentes, hic 261 completi producuntur.

Reliquum tempus, à sexto Ezechia ad captiuitatem Babylonicam, constat annis 133, & mensibus aliquot: quod ex Regum libris discitur. Nam abiecto sexennio, relinquuntur Ezechia 23. Manassis 55. Ammon 2. Iosias 31. Ioachas menses 3. Ioackim anni 11. Iechonia menses tres, & dies 10. Zedechia 11. Consummantur anni 133, menses sex, dies 10. Iunge 133 & 261, erunt 394, & menses aliquot: adde 37 Salomonis, constitues 431, & paucos menses. Unde apparet, non multum esse discriminis, quomodo cum supputentur 431 anni, siue ex Paralipomenis, siue ex Regum libris, nec de tota summa multum decedere, etsi in particularium euentuum numeris aliquid est diuersitatis.

Stetit itaq; templum Salomonis annis 431, & mensibus fermè duobus, aut tribus: vel, (ut memoria lectoris consulamus) 430 annis, & diebus totidem circiter. Beda quoq; templo tribuit annos 430: quibus nos addimus 430 dies. Latet eius rei mysterium in numeris Ezechielis 390 & 40, qui iuncti efficiunt 430: Numerandi sunt autem ex eodem Propheta tam anni quam dies 430: quia utrorumq; meminit. Addantur 70 anni captiuitatis Babylonica ad 431, constabit summa annorum 501, quam huic secundo spacio adsignauimus.

Copulemus itaq; priora duo spacia, & anno 2934 (quo Salomon templum condidit) addamus 501, prodibit annus 3435: quo & Cyrus Monarchiam Persicam auspiciatus est, & Iudaei in patriam dimissi, altare templi secundi excitauerunt. Ac ita à fundato templo priore, ad erectum altare templi secundi decurrerunt 501. Caterum in hoc spacio discrepant rationes Funcij, & nostra: eò quod ille durationi templi non tribuat 431, sed 423: de quo consulat Lector observationem nostram in annum 3134, sub huius opusculi finem.

ISAGOGE
TERTIVM SPACIVM.

A fine captiuitatis Babylonicæ ad natum CHRISTVM,
quod est annorum 535.

Anno primo Monarchiæ Persicæ desinunt 70 anni captiuitatis Babylonicæ: & abrumptur series annorum in sacris literis à mundo condito, huc continuata, atq; deducta. Deinceps 535 annorum series ad CHRISTVM pertexenda est, ex profanorum autorum libris, qui annos certorum euentuum annotarunt: eosq; alligari & connecti oportet euentibus, in S. Biblijs consignatis: quod quidem fieri potest duobus locis, nempe anno mundi 3347, & 3348.

PRIMA CONNEXIO ANNORVM
Nabonassaris, cum literarum sacrarum annis, ex Ieremia & Ptolemæo: quæ fit anno mundi 3347.

Extat apud Ieremiam cap. 25. breuis indicatio temporum, expressa in verbis: Factum est verbum Domini ad Ieremiam anno 4 Ioiackim, ipse est annus primus Nebucadnezaris, Regis Babylonis. Hac annotatione Ieremias ipsam clauem historiarum nobis porrigit, & fenestram aperit Chronologicam, per quam præcipuorum temporum mundi perpetuum iter sum, ac fluxum aspiciamus: Simul etiam docet, ubi, & quomodo Bibliarum euentuum annus historiæ profanæ adaptandæ & copulandæ sint, quibus articulis vel ligamentis illa inter se cohereant.

Primum itaq; nobis hoc discendum venit, quòd 4 annus Ioiackim, Regis Iuda, sit annus primus Nebucadnezaris: hoc nobis non præterfluat. Daniel cap. 52. ait: Euersam esse urbem Ierusalem Zedechiæ Regis anno 11, Nebucadnezaris 19. Hoc quoq; mandetur memoriæ, copulari 19 Nebucadnezaris cum 11 Zedechiæ, id est, cum ipso captiuitatis Babylonicæ principio. Et quoniam Ioiackim regnavit undecennio, atq; in his triennio ante Nebucadnezaris regnum stat octennium, quo Ioiackim & Nebucadnezaris simul, in suo quisq; regno, existerunt. Adiecto undecennio Zedechiæ ad octennium Ioiackim, constat summam annorum 19. Cadit autem nobis annus quartus Ioiackim in annum mundi 3347: is erit annus primus Nebucadnezaris: Et 3357, erit ultimus Ioiackim Regis decimus nonus. Duobus istis annis copulandi sunt numeri adnotati à Ptolemæo: Is lib. 5. cap. 14. Almagesti ait, Annum 5. Nabopolassar distare à Nabonassar principio annis 127. Hic sciendum est, Nabopolassar à Ptolemæo vocari eum, quem Ieremias nominat Nebucadnezarem: & Ptolemæi Nabonassar, in sacris literis vocari Salmanassar, quorum utrumq; confirmabimus in observatione anni 3224, huic lucubratiioni annexa. Et, quia in nominum permutatione propter literarum affinitatem facilis est lapsus, proponemus id in memoriæ subsidium hac tabella.

CHRONOLOG.

Ptolemæi { Nabonassar } in Biblijs nominatur { Salmanassar.
 { Nabopolassar } { Nebucadnezar, vel
 { Nabugdonosor.

Utriusq; Regis annos Ptolemæus accuratè supputat: qui, si digerantur, & annis mundi applicentur, quintus Nebucadnezaris, siue Nabopolassaris, erit annus mundi 3351. Ab eo ad Nabonassarem, supputat Ptolemæus 127, subtrahantur 127 ab 3351, incidet primus Nabonassaris siue Salmanassar in finem 3224.

Constituimus itaq; has propositiones:

3351 est quintus Nabopolassaris siue Nebucadnezaris: à Nabonassare 127.

3224 (prope finitus) est primus Nabonassaris.

3347 est primus Nabopolassaris: à Nabonassare 123.

3365 est 19 Nebucadnezaris, & annus primus captiuitatis: à Nabonassare 141.

Adde 70 annos captiuitatis, incidet finis eorum in 3435, in annum Nabonassaris 211.

Hæc porta est, ut dixi, per quam ad historiarum sacrarum & profanarum conciliationem progredimur: quod paulò post fiet manifestius, ubi Olympiadas ex annis Nabonassaris pendere demonstrabimus.

3224	3224	3224	3224	3365
123	127	141	211	70
3347	3351	3365	3435	3435

Ex Ptolemæo igitur deprehendimus principium captiuitatis Babylonicæ, videlicet 19 Nabopolassaris, quem Ieremias nominat 19 Nebucadnezaris.

ALIA CONFIRMATIO PRIMÆ connexionis ex Regum Persicorum annis.

Ut maior sit primæ huius connexionis certitudo, petamus etiam ex Ptolemæo testimonia, de annis Regum Persicorum, qui Assyrijs successerunt, & quorum primus Cyrus, Iudaicæ gentis captiuitatem soluit. Nam ut Regum Persicorum beneficia in Ecclesiam DEI sacra scriptura commemorat: ita Ptolemæus illorum annos consignat, eosq; cum annis Nabonassaris copulare docet.

Ptolemæus lib. 5. cap. 14 septimum annum Cambysis copulat cum anno Nabonassaris 225: Annum Darij 20, cum anno Nabonassaris 246: Darij 31, cum Nabonassaris 257. Hi numeri addantur ad principium Nabonassaris 3224: Constituentur hæc propositiones:

- 3449 est 7 annus Cambysis.
- 3470 est 20 Darij.
- 3481 est 31 Darij.
- 3443 est primus Cambysis: à Nabonassare 219.
- 3451 est primus Darij: à Nabonassare 227.

Et



I S A G O G E

Et quia scriptores Ethnici anno 30 ante primum Cambysis ordiuntur regnum Cyri: cadit Cyri principium in annum mundi 3413, à Nabonassar 189. Deinceps à Cyro ad Alexandrum Magnum facile contextuntur anni: quia Græcorum historici tradunt continuam temporum illorum seriem: & compendij studio, Curtius, Africanus, & alij, tempus à Cyri principio ad Alexandri monarchiam, contraxerunt in summam annorum 230: Et quod eodem redit, Eusebius atq; alij à primo Darij ad Alexandrum Monarchiam numerant 191: sed intelligatur Darius Hystaspis, non Darius Artaxerxes. Falluntur enim Metasthenes, & Philo Anny Viterbiensis, qui à Dario Medo ad Alexandrum supputant 191: cum etiam ex Ptolemao colligatur à primo Darij Hystaspis ad Alexandri monarchiam 191. Nam tot annis distant 227 Nabonassar: quo Darius Hystaspis regnum adiit: Et à Nabonassar, quo Alexander Monarchiam obtinuit. Alexander enim cum Dario, adeptus est Monarchiam ante mortem suam anno 7, testibus Diodoro, Arriano, & alijs.

3224	3224	3224	3224	3224
225	246	257	227	219
3449	3470	3481	3451	3443

3224	3412	3451	227
189	230	191	191
3413	3642	3642	418

Ex unica igitur Jeremia adnotatione de anno primo Nebucadnezari (3347) dependent non solum duorum Regum Assyriorum, Nabonassar & Nebucadnezari anni: sed etiam Persicorum, Cyri, Cambysis, & Darij tempora.

SECUNDA CONNEXIO PETITUR ex Jeremia & Xenophonte: & fit anno mundi 3435.

Antea monuimus, anno mundi 3435 simul finiri predictos à Jeremia 70 annos exilij Iudaici: & perpetuam annorum mundi telam in sacris litteris conseruatam. Hic adijcimus illud, quod non minus est memorabile: fieri à teram connexionem euentuum sacrorum cum profanis eo ipso anno, quem in Biblica serie postremū esse diximus. Xenophon enim, Græcus historicus, scriptum reliquit, inter monarchiam Cyri, & inter eius obitum intercesse septennium. Verba reperiuntur lib. 8. Cyri Padiæ, ubi scribit: Cyrum solutum hyemem transigere in Babylone septem mensibus: reliquum tempus in Susis & Ecbatani: eumq; exacta hyeme septima à capta Babylone mortuum esse. Regnavit autem Cyrus, quod alij prodiderunt, in uniuersum annis 30. Jam à monarchia constituta obiit septennio, consequetur, eum ante id Septennium regnasse annis 23. Tenemus itaq; has propositiones:

C H R O N O L O G .

7

- I. Anno mundi 3435 Cyrus Babylonem cepit: & Babylonica capti-
uitas Iudaeorum finita est anno Nabonassaris 211.
 - II. Cyrus à capta Babylone, & condita monarchia Persica, vixit se-
ptennio.
 - III. Cyrus Babylone & monarchia Persica potitus est regni sui anno 23.
 - IIII. Cyrus regnare cepit anno 30 ante Cambysen, à Nabonassare 189,
mundi 3413.
 - V. Annus 70 captiuitatis Babylonica concurret cum 211 Nabonassaris,
sicut & primus Cambysis cum 219 Nabonassaris, quae est di-
stantia annorum 8. Ergo anno 8 ante Cambysen, Cyrus factus
est Monarcha, & Iudaei repetiuerunt patriam.
- Ex his perspicuum est, pulcherrime inter se concordare Ptolemaeum &
Xenophontem: & cum utroq; illorū sacras literas: atq; secundam connexio-
nem profanorum autorum cum sacris rectè huc à nobis relata esse.

O L Y M P I A D E S .

Ex annis Nabonassaris dependent Olympiades, quibus Graeci in tempo-
ribus notandis vsi sunt. Complectitur autem Olympias quadrienni spacium,
& quolibet quadriennio exacto, noua Olympias circa aestatis medium incoata
numeratur. Quatuor etiam anni cuiusq; Olympiadis insigniuntur peculiari
numero, ut dicatur: Primus, secundus, tertius, quartus annus Olympiadis
primae, vel alterius cuiuscunq;. Etsi autem istarum Olympiadum numeri
crescunt, tamen vni Olympiadi non plures, quam quatuor anni adsignantur.
Non enim dicitur, annus quintus, aut sextus Olympiadis primae: sed tantum,
Primus, Secundus, Tertius & Quartus. Olympias prima cadit nobis in
annum mundi 3196: Secunda in 3200: Tertia in 3204. Deinde 3197 est
annus secundus Olymp. 1. 3198 est annus 3 Olymp. 1. 3201 est annus 2
Olymp. 2. sic de ceteris.

A L L I G A T I O O L Y M P I A D V M

ad annos Nabonassaris.

Censorinus annum 2 Olymp. 254, copulat cum anno Nabonassaris 986
(ineunte) & sese explicans ait, esse annum illum à prima Olympiade 1014.
Subtractis 986 ab 1014, perspicitur Olympiadem primam antecessisse Na-
bonassarem annis plenis 28. Sed quia de hoc alibi copiosius dicturi sumus:
contenti nunc erimus Ptolemai testimonijs, quibus hoc ipsum confirmabimus.

I. Alexander Magnus, veterum scriptorum consensu, obiit anno primo
Olymp. 114. Et Ptolemaeus scribit, mortuum esse Alexandrum Nabonaf-
saris anno 424. Addantur 424 ad 3224 (in cuius finem reiecimur Nabonaf-
sarem) prodibit annus mortis Alexandri 3648: is erit primus Olymp. 114.

b ij

Comple-

I S A G O G E

Completæ sunt igitur ante obitum Alexandri Olympiades integra 113, quæ (multiplicatis 113 per 4) efficiunt annos 452, & connumerato ipso anno obitus 453. Tot annis distat obitus Alexandri à prima Olympiade. Anni 453 subtrahantur ab anno mundi 3648, (quo obiit Alexander) cadet prima Olympias in æstatem anni mundi 3196. Cumq; inter 3196 & 3224, sit distantia 28, necessariò antecedit Olympias prima Nabonassarem annis 28, ut dies nunc omittamus. Habemus nunc itaq; annum primæ Olympiadis 3196, & mortem Alexandri 3648. Ab obitu Alexandri facilis est annorum anteriora deductio: utpote ad regni eius principium, quod Greci referunt ad annum primum Olymp: 111. Regnavit Alexander in Macedonia sexennio: in monarchia, à capta Babylone septennio: in uniuersum, annis 12 mens: 8. Digerantur anni, concurret Alexandri primus cum anno 1 Olymp: 111, id est, cum anno mundi 3636.

II. Ptolemæus lib. 3. cap. 2. refert Apseuden, prætorem Atheniensium ad annum 108 ante mortem Alexandri, id est, ad annum Nabonassaris 111. Illum ipsum Apseuden Diodorus Siculus lib. 12. refert ad annum 4 Olymp: 86, ita, ut incunte Olympiade 87, Apseudes imperare desinat. Incipit igitur nobis prætor ille anno M. 3539 in æstate, & desinit 3540, incunte Olympiade 87. Nam 86 Olympiades plena consciunt annos 344: quos si addas ad 3196, prodit 3540. Addantur etiam 316 ad primū Nabonassaris 3224, prodibit 3540. Hic igitur Apseudes testimonium verè & dicitur de computationis nostræ certitudine, & Olympiadum cum annis Nabonassaris & conuenienti connexionem.

III. Ptolemæus lib. 4. cap. 11. duos habet prætores Atticos, quorum alter alteri in prætura successit. Phanostratum refert ad annum Nabonassaris 366: Euandrum ad sequentem 367: qui nobis cadunt in 3589, & 3590. Eosdem prætores refert Diodorus lib. 15 ad annum secundum Olympiadis 99. Adde 366 ad 3224, prodibit 3590. Idem annus prouenit 98 Olympiadas, hoc est, annos 392, & biennium addas ad 3196.

IIII. Consentiunt his, quæ paulò antè tradidimus de trium regum Perseorum, Cyri, Cambysis, & Darij temporibus.

I. Cyri principium Greci referunt ad Olympiadem 55 incuntem. Completa uerò Olympiades 54, complectuntur annos 216: quibus additi ad 3196 prodibit 3412: in cuius æstate iniit Olympias 55: & nos Cyri principium ad finem 3412: uel, quod eodem redit, ad principium 3413 retulimus.

II. Cambysis annum 7 copulat Ptolemæus cum 225 Nabonassaris, id est, cum anno mundi 3449. Et Diodorus Siculus ait, captam esse Aegyptum à Cambyse, circa annum tertium Olympiadis 63: quod Eusebius refert ad annum Cambysis quintum, id est, ad æstatem anni mundi 3446, uel ad tertium 3447. Et Greci à septimo Cambysis (exclusiue) ad Cyri principium numerant 36. Subtractis igitur 36 ab 3449, proueniet Cyri primus annus 3413, & 5 Cambysis 3447: à Nabonassare 223: à principio Nebucadnezaris 100.

III. Darij

III. Darij annum 31 Ptolemaus connectit cum 257 Nabonassaris (nobis est 3481) qui necessario incidit in annum secundum Olymp. 72. Nam Darius, teste Herodoto, obiit quinquennio post regni sui 31 annum, relinquens imperium Xerxi, qui anno 6 regni suscepit celebrem illam expeditionem in Graeciam. Ab 31 Darij ad expeditionem Xerxis numerentur anni 5 Darij, & Xerxis, attinget expeditio annum primum Olympiadis 75: quod eam uno consensu referunt probatissimi Graecorum historici, Eratosthenes, Dionysius, Diodorus, Pausanias, Eusebius, & alij. Certa est igitur & indubitata appuratio Olympiadum ad annos Nabonassaris: qua Graecarum historiarum supputatio in Chronologia nostra, tanquam firmo ac solido fundamento, praecipue nititur.

Obiter monendi sunt Chronologiae studiosi, quatuor locis in S. Biblijs fieri mentionem eius anni, in cuius astate primam Olympiadem fiximus.

I. 4. Reg. 15 dicitur: anno 52 Uzia occisum esse Pekaiam, Regem Israel, & ei successisse Pekam.

II. 2. Paral. 26 dicitur, eodem anno mortuum esse Uziam Regem Iuda.

III. Esaias cap. 6 ait: se vidisse Dominum in throno sedentem eo anno quo obiit Uzas.

III. Ioannes Euangelista cap. 12 repetit visionem Esaiæ: eamq; de Christi gloria interpretatur. Ac distat concio CHRISTI, eo loco descripta à Ioanne, annis 808 à prima Olympiade.

Annus itaq; 3196, insignis est: 1. Duorum Regum obitu: Uziam in Iuda, & Peckaiam in Israel. 2. Ecstasi Esaiæ. 3. Primæ Olympiadis celebritate. Sed vide euentuum dissimilitudinem: Graeci spectant Olympiorum ludos: Esaias reuelatam Christi gloriam.

ANNI ROMÆ
CONDITÆ.

Ex Olympiadibus dependent anni urbis Romæ: quæ condita est (testibus Dionysio Halicarnassensi, & Solino) anno 1 Olymp. 7. Varro Romæ condita tempus refert ad annum tertium (propè finitum) Olympiadis sextæ. Ideo distat eius supputatio ab ea, quæ est Dionysij, unius anni spacio. Incidit itaq; V. C. annus Dionysio & Solino in 3220: quod deprehendes, si ab 3196 numerabis sex completas Olympiadas, id est, annos 24.

ANNVS EXCI
DII TROIÆ.

Ex annis V. C. & Olympiadum colligitur excidij Troiani tempus. Nam Dionysius, Diodorus, Solinus, Eratosthenes, Clemens, & alij affirmant, b ij Troiam

I S A G O G E

Troiam captam esse ante primam Olympiadem annis 408 : ante Romanam conditam 432. Nobis igitur Troiae excidium cadit in annum mundi 2788.

3196	3220
408	432
2788	2788

A N N I C O S S.

Ex annis U.C. dependent Coss. quorum seriem in maiore nostro opere dabimus. Et Coss. Catalogos erudite ac ingeniose contexuerunt viri clarissimi & doctissimi Carolus Sigonius, Onuphrius Panuinius, Stephanus Pighius, & inter hos non postremus, Hubertus Golzius: cuius mirifica arte aristotelia ex Laurini aquis, uberrimi doctrinarum fluuij in historiarum Scholam exundarunt, ac dimanarunt.

A N N I I M P P. R O M A N O R V M.

Ex Consulium serie dependent anni Impp. Romanorum.

A N N I C H R I S T I.

Ex Impp. serie dependent anni CHRISTI. Nam annus 15 Tiberij Imp. est CHRISTI annus 30, Lucae 3. Ut igitur tertium spacium concludamus, & euidenter probemus, a fine captiuitatis Babylonicæ ad Christi natalē annos 535 exactos esse, age accommodemus annos Nabonassaris, Olympiadum, Romæ, Coss. & Impp. ad annū concepti & nati CHRISTI 3970.

A P P L I C A T I O A N N O R V M N A B O - nassaris ad natalem CHRISTI 3970.

Mathematici ex motuum cælestium obseruationibus demonstrant, a Nabonassare decurrisse ad natum CHRISTVM annos 746, ut dies non accurate numeremus. Supputat enim Ptolemæus a Nabonassare ad Alexandri Magni obitum 424. Inde ad monarchiam Augusti, (quando vixit Antonio Aegyptus in Romanam prouinciam redacta est) annos 294. At eo tempore Clemens Alexandrinus, & alij numerant ad CHRISTI natalem annos 28, qui etiam ex Dione colliguntur hoc modo. Supputat Dio a victoria Actiaca ad Augusti obitum annos 44. Augustus obiit anno Christi 15: quia 15 Augusti, & 15 Tiberij conficiunt 30 annos ætatis Christi Ablatus 15 CHRISTI ab Augusti 44, relinquuntur 29. Antecessit autem

CHRONOLOG.

tem victoria Actiaca necem Antonij & Cleopatrae, unius anni spacio. Vni-
tate dempta, emergunt 28.

3224	3942
424	28
<hr/> 294	<hr/> 3970
3942	

Anni 535 à Cyri monarchia ad CHRISTVM demonstrantur ex eo,
quod supra copulauimus annum primū monarchie Cyri, cum anno 211 Na-
bonassaris. Subtrahantur 211 ab 746, quos Mathematici ex Ptolemaeo de-
monstrant, relinquuntur 535.

746	3435
211	535
<hr/> 535	<hr/> 3970

Vel iungantur 424, & 294, id est, 718, quot Ptolemaeus à Nabonassare ad
Augusti monarchiam supputat, & à 718 auferatur annus primus monar-
chie Cyri, id est, Nabonassaris 211: distabit Cyri monarchia ab Augusti
monarchia 507: additis 28, conficies 535.

APPLICATIO OLYMPIADVM AD
annum nati CHRISTI 3970.

A prima Olympiade ad natalem CHRISTI (exclusiue) numerant
Mathematici annos Iulianos 774, dies 185. Cadit igitur ipsis CHRISTI
natiuitas in annum 3. Olymp. 194. Et recte hoc ab ipsis statui, illud argu-
mento esse potest, quod veteres communibus suffragijs referunt 15 Tiberij, si-
ne 30 CHRISTI, ad annum 1 Olymp. 202: de quo infra in Tractatu de fine
hebdomadam Danielis. Ab anno 15 Tiberij aufer 30 annos, per duces na-
talem CHRISTI ad Olympiades 194 annum 3, quem vetusti quoq; scripto-
res natiuitati CHRISTI assignarunt. Idem vult Eusebius (prepar.
Euang. lib. 10. cap 3.) qui a prima Olymp ad conditum templum secundum
anno 2 Darij numerat 256, & inde ad natalem CHRISTI 518, ad eius
baptismum 548.

3196	3452	3452
256	518	548
<hr/> 3452	<hr/> 3970	<hr/> 4000

Anni vero 535 à Cyro ad CHRISTVM ex eo demonstrantur, quod
annus primus Cyri à probatissimis scriptoribus Græcis copulatur cum anno 1
Olymp. 55. Ergo 23 annus Cyri, quo Babylone capta Monarchiam Persicam
auspicatus est, erit annus 4 Olymp. 60. Hac ratione inter Monarchiam Cy-
ri & CHRISTI natalem intersunt 133 Olympiades & triennium, id est,
anni 535: quia subtractus 60 ab 193, relinquuntur 133: & 133 per 4 multi-
plicata, gignunt 532: quibus triennium additum complet numerum 535.

ISAGOGÆ

APPLICATIO ANNORVM ROMÆ conditæ ad natalem CHRISTI 3970.

CHRISTVS natus est anno urbis conditæ 751, secundum Dionysium: vel 752, secundum Varronem. Probatur hoc testimonijs Dionysij Solini, Plinij, Taciti, Dionis, Censorini, & aliorum: de quo in nostris Commentarijs. Anni 535 inter Cyrum & CHRISTVM dependent ex Olympiade septima: cuius anno primo Roma est condita. Hac ratione Monarchia Cyri cadit in annum V. C. 216: addantur 535, consient 751.

APPLICATIO COSS. ROMANORVM ad annum nati CHRISTI 3970.

CHRISTVS baptizatus est, duobus Geminis Coss. quia hos Coss. ad 15 annum Tiberij referunt Tacitus, Dio, & alij. Docet igitur Coss. series quæ apud Dionem & Tacitum extat, natum esse CHRISTVM Augusti Cæs. XIII. & Plautio Siluano Coss. Hic fuit ultimus Augusti Cæs. Consulatus: quem cum paucis mensibus aut diebus gessisset, eo se abdicauit: & omnes suos Consulatus eo tempore clausit, velut locum ac dominium cedere CHRISTO Imperatori, longè potentiori ac prestantiori.

APPLICATIO IMPP. AD ANNUM nati CHRISTI 3970.

Lucas annum 30 CHRISTI refert ad 15 Tiberij. Ergo anno 15 ante Tiberium natus est CHRISTVS. Et, quia Tiberius Augusto successit, necesse est obitum Augusti concurrere cum 15 CHRISTI. Rursus, quia consulatus Augustum à primo suo Consulatu vixisse annis 56, consequetur, natum esse CHRISTVM anno imperij Augusti 41 completo, 42 inuente: quod etiam veteri scriptores Ecclesiastici, Tertullianus, Eusebius, & Epiphanius tradiderunt. Quod autem inter Cyri Monarchiam & Augusti Imp. annum 42, interijserint 535, probatur ex eo, quod retulimus Cyri monarchiam ad annum Olymp. 60: annum verò 42 Augusti ad annum 3 Olymp. 194.

Uniuersis his rationibus id quoque venit subsidio, quod Clemens Alexandrinus ex Eratosthene & alijs vetustis scriptoribus ab excisa Troia ad Christi conceptionem numerat annos 1182: à prima Olympiade 775: ab Urbis condita 751: à morte Alexandri Magni 322. Seriem illam Clemens per partes hoc ordine absoluit.

- I. Ab excisa Troia ad annum, qui primam antecessit Olympiadem, an. 407.
- II. A prima Olympiade (inclusiue) ad Romam conditam 24.
- III. Inde ad captam Babylonem à Dario Hystaspæ 243.
- IV. A capta Babylone ad mortem Alexandri Magni 186.
- V. A morte Alexandri ad mortem Antonij & Cleopatræ, quartumq; Augusti Cæsaris Consulatum 294: quem numerum etiam Ptolemæus annuat.
- VI. Inde ad conceptum CHRISTVM 28.

2788
407

3195
24

3219
243

3462
186

3648
294

3942
28

3970

Summa annorum ab Adamo ad CHRISTVM.

Postremo libet nobis in memoria adiumentum compendio contexere, inq̄ breuem summam contrahere annos, quotquot de nostra supputatione ab Adamo condito ad annum CHRISTICENTESIMUM, Mundi 4070: colligi & aggregari possunt.

- I. Adam vixit annis 930.
 - II. A morte Adæ ad mortem Davidis 2000.
 - III. A morte Davidis, & coronatione Salomonis ad annum primum imperij Augusti 1000.
 - III. Ab anno primo Augusti (exclusiue) ad N. C. 40: (alioqui à primo Augusti, inclusiue, ad N. C. decurrerunt 41.)
- Summa: Ab Adamo ad natum CHRISTVM 3970.
- Addantur & anni euentuum à natali CHRISTI.
- V. A natali CHRISTI ad eius baptismum 30.
 - VI. A baptismo CHRISTI ad obsidionem urbis Ierusalem (exclusiue) 40.
 - VII. Ab obsidione & excidio Ierusalem, ad annum CHRISTICENTESIMVM 30.
- Constabit summa annorum 4070.

930	3970
2000	30
1000	40
40	30
-----	-----
3970	4070

Deriuauimus annorum seriem à mundi creatione ad natalem CHRISTI, & exhibuimus lectori candido Chronologia nostra dèryua, quale ex Scripturae numeris, & probatorum autorum scriptis, elicere potuimus. Nunc eandem supputationem corroborabimus, ac fulciemus quibusdam harmonijs: que etsi singula lectorem non conuincunt: superioribus tamen rationibus adite, & illas iuuant ac illustrant, & hæc quoq̄ ab illis robur & nitorem accipiunt.

ISAGOGÆ
HARMONIA PRIMA
EX IUBILÆIS.

Iubilei appellatio tempus complectitur annorum 50, quod tradit Moyses Leuit. cap. 25. ubi precipit DEVS quemlibet annum quinquagesimum a possessione & cultu terræ promissæ ab Israelitis obseruari, & ut Iubilæum celebrari, quo & serui pristina libertati restituebantur: & bona vendita ad dominos priores redibant. Videndum est igitur quomodo ista Iubilæorum ratio cum nostra supputatione consentiat: & unde Iubilæi Mosaici incoueniendi sint.

IOANNES FUNCIUS, vir doctissimus, & Chronographorum nostro sæculo facile princeps, primus docuit copulare 30 Iubilæi Mosaici cum 30 anno CHRISTI: idq; ille, ut multa alia, rectissime & eruditissime. Verum non satis probat nobis suam sententiam de principio Iubilæorum Legis: quos orditur ab anno obitus Moysis 2493: cum debuisset ordiri ab anno 2500: quo facta est terræ promissæ partitio. Nam Leuit. 25 scriptum est: Sex annis leminabis agrum tuum: Septimo autem Sabbathatum erit terræ. Deinde numerabis septem sabbata annorum, septem septem annos: qui tibi efficiunt annos 49: tunc clanges buccina tubæ lationis: mense septimo die 10: & sanctificabis annum quinquagesimum: quia ipse est Iubilæus. His verbis precipit DEVS coli terram sexennio, & septimo quoq; anno agros quiescere: atq; ab hac quiete agrorum annus ille septimus nominabatur Sabbathum terræ, vel annus Sabbathatus. Et complectebatur Iubilæus septem talia Sabbathata agrorum, id est, annos 49 quibus exactis, annus 50 erat Iubilæus.

I.
Sabbata
terræ.

Iam queritur, unde oportuerit ordiri numerationem Sabbathatorum terræ. Si dices, a tempore ante agrorum partitionem, quod facit Funcius: Quomodo qualia fuerunt Sabbathata terræ, sine possessione terræ? Quomodo septennio ante partitionem agrorum culti sunt, vel quiescerunt agri: cum Israelitæ eo tempore nondum tenerent agros? Certè partitione terræ discernebantur domus, & cuilibet in sua tribu assignabatur certa agri portio. Et sexennium a partitione proximum, conferendis agris & demetendis frugibus destinatum erat: anno demum septimo agri quiescebant.

II.
Partitio
terræ.

Incidit autem Funcio, nobis, & alijs, partitio terræ in annu mundi a creatione quod per partes supputationis doceri facile potest.

A creatione ad diluuium 1657.

Inde ad natalem Abrahe 292.

Ad vocationem eius 75.

Ad exitum ex Aegypto 430.

Cadit exitus in 2454.

Anno secundo exitus (2455) facta est exploratio terræ promissæ. Num. cap. 13. 32. & Deut. 1. Porro ab exploratione terræ ad partitionem agrorum

agrorum numerat Caleb (Iosue 14) annos 45: ita attingit partitio terra annum mundi 2500. Sexennio proximè sequenti colligebantur fruges: Sed anno septimo 2507 terra agebat primum Sabbatū: atq; septem huiusmodi Sabbatis, id est, 49 annis elapsis, celebrabatur, vel complebatur primus Iubilæus Mosaicus, anno Mundi 2550. Si itaq; Funcius Sabbata agrorum prius numerasset ab anno mundi 2500, haud dubiè vidisset ab eodem initio Iubilæos dependere, & non à morte Mosis. Hæc distractio partitionis terra & Principij Iubilæorum Mosis, in supputatione Funciana alium quoq; errorem trahit: Ut annus CHRISTI trigesimus, & Iubilæus Mosis 30, cadat Funcio in annū mundi 3992: cum verior supputatio doceat, annum 30 CHRISTI incidere in annum mundi 4000.

Breuiter.

RATIOCINATIO NOSTRA DE Iubilæorum principio nititur tribus fundamentis.

1. Iubilæi Mosaici supputandi sunt à Sabbatis terra, Leuit. 25. 2. Sabbata numerantur à possessione, cultu & usu agrorum: quia Leuit. 25 dicitur: Sexennio coles agros. 3. Agrorum partitio facta est (ut ex Iosua cap. 14 colligitur ipso etiam Funcio suffragante) anno mundi 2500. Ergo ab anno 2500 numerandi sunt Iubilæi, & non ab 2493.

Duplices autem numerantur Iubilæi, videlicet Mundi & Mosis. Iubilæi Mundi numerantur à creatione per 50: & quia quinquages 50 sunt 2500, manifestum est, Iubilæum mundi 50 concurrere cum anno 2500, quò retulimus terra partitionem.

Iubilæi Mosis seu Legis supputantur à partitione terra promisse, & ab anno mundi 2500. Vbi igitur desinit 50 Iubilæus mundi, ibi incipit primus Mosaicus. Grata est bonæ menti hæc consideratio, & aspectio sapientiæ Dei, qui anno 2500 eleganter & concinne connexuit Iubilæos Mundi & Mosis: atq; illa consalutatione ac amplexu mutuo Iubilæorum quodammodo tradere & comprobare voluit certam annorū supputationem, à mundi Creatione usq; ad terra Israeliticæ distributionem. Et verò ad annum 2500 prorsus quadrat & congruit, quòd Israeliticus populus, tum primum deuictis & deletis hostibus, partaq; pace, à bellis quiescebat: terram lacte & melle fluentem occupabat: & 2500 annum Iubilæum, leticia ad Iubilæum concordante, celebrabat.

Constituto iam legalium Iubilæorum principio, eoq; ad annum mundi 2500 adfixo, querendum deinceps est de eorum fine seu termino: ut intelligatur, quemnam mundi annum, Iubilæus 30 Mosis occupet, & sibi consociet. Addantur 30 Iubilæi, id est, anni 1500, ad 2500, (quia tricies 50 sunt 1500) prodibit annus ætatis CHRISTI 30, mundi conditi 4000.

Confluunt

III.
Duplices
Iubilæi.

Principium
Iubilæorū
Mosis.

III.
30 Iubilæi
Mosaici fi-
nis,

I S A G O G E

Quartus
millenarius

Confluunt ergo in annum à creatione 4000 insignes illi, & omnium summi, euentus mundi. Illustrissima patefactio trium personarum diuinitatis: Concio patris de cælo: Baptismus filij, eiusq; ordinatio ad ministerium: & apparitio Spiritus sancti: prima item predicatio noui Testamenti: & Iubilæus Mosis 30, osculo excipiens 30 annum CHRISTI.

V.
Harmonia
temporū ac
rerum.

Principium verò ministerij CHRISTI incidisse in Iubilæum Mosaicum, eruditè ratiocinatur Funcius ex Luca cap. 4. ubi CHRISTVS recitans orsus ministerium, enarrat vaticinium Esa. cap. 61. Spiritus Domini super me, propterea vnxit me, vt euangelizem pauperibus: Misit me, & cæcis sanem contritos corde: & prædicem captiuis dimissionem, & cæcis recuperationem visus: vt contractos emittam in libertatem: vt prædicem annum Domini acceptum. Hodie est impleta Scriptura hæc audientibus vobis. Hac CHRISTI concione Mosaicorum Iubilæorum interpretatio & impletio apertissime describitur: & Funciana sententia de Iubilæo, cum tempore baptismi CHRISTI concurrente, non obscure confirmatur. Neq; alio consilio predicandi verbum, in Esaiæ dicto ter repetitur, quàm vt ostendatur, Iubilæos Mosis ad prædicationem CHRISTI velut ad scopum respexisse: eosq; docente CHRISTO finem suum atq; impletionem consecutos esse.

Myfterium
Iubilæi in
baptismo
Christi.

Ceterum Esaias vñctionis Domini, & S. sancti in ipsum effusi meminit, veluti manu sua nos ducens ad ea penitus introspicienda, quæ circa baptismum CHRISTI acciderunt, planeq; Iubilæum quendam celeberrimum in Missis propositum demonstrarunt & commendarunt. Primum enim vox illa patris: Hic est Filius meus dilectus: amplissimum Iubilæi privilegium continet, & spirituales libertatem, bonorumq; amissorum recuperationem promittit: adeoq; vniuersos sapientiæ DEI thesauros, & gratiæ eius diuitias in hoc baptizato CHRISTO reconditas esse docet. Adde, quòd iussu DEI, veteris Testamenti Iubilæos inflatis tubis denunciari, & inuari hunc verò primum & illustrem noui Testamenti Iubilæum, DEVS ipse verba de cælo sonante proclamat & auspicatur.

Gott hat sich
best d; quades
reiche Jubel
jahr angekün
digt / und dem
neuen Püester
Christo zu sei
ner Predigt
engeleitet /
mit einer gro
ßen Glocken
vom Hinel.

Secundo. Illud ipsum Iubilæi gaudium oculis ac mentibus hominum inuolupterit apparitio Spiritus sancti, CHRISTVM quasi amplectentis, eoque amplexu testificantis, hunc à patre signatum aut segregatum esse ad opera reuoluptoris perficienda. Adferebat columba Noë ramum oleæ, cessantis diluuii, & placatæ iræ DEI indicium. Hic verò visibilis species Spiritus sancti, in per CHRISTVM alas expandentis, demonstrat ac testatur, IESVM hunc vñctum esse plenitudine Spiritus DEI præ consortibus: eumq; mitti ad hoc summum munus, vt deriuato in se ira DEI diluuii, ramum oleæ mundi aduolupterit ferat, id est, reconciliationem cum DEO, pacem ac salutem Ecclesiæ sue per Euangelium nunciet, ac reddat.

Tertio est illa quoq; Iubilæo conueniens significatio, quòd Dominus noster, & sanctus Sanctorum cum Baptismo & mundatione non indigeret, baptizatus, &

tur, & in aquas Iordanis mergitur: ut publico illo testimonio innotescat ac declaretur: mergi ipsum in peccatorum nostrorum torrentem, & obligari ad mortem, qua placetur ira DEI: Imò baptizandam esse ipsum, cruento baptismate sanguinis sui in cruce: ut huius Iordanis salutaribus aquis abluantur peccatorum nostrorum sordes, & nos beatissimis istis guttulis fide tincti & perfusi, atq; filij huius dilecti iusticia & mundicia vestiti, sumus dilecti in dilecto.

Omitto integram Iubileorum & CHRISTI beneficiorum inter se collationem, de libertate seruis reddita, & de possessionibus, ad dominos priores redeuntibus. Possunt ista facile ad conscientiarum libertatem ac pacem, atq; ad bonorum aeternorum restitutionem accommodari. Propter hæc igitur mysteria, quæ recensuimus, Funciana sententia de Iubileo, circa baptismum CHRISTI currente, nobis videtur probabilior, & veritati magis conueniens.

Illustrat hanc partem ipse typus partitionis terræ: qui ad CHRISTI VI. prædicationem refertur analogia quadam aptissima. Sicut enim prior Iosua anno 2500 distribuit Israelitis terræ fertilissimæ & amœnissimæ agros: ita post 30 Iubileos, siue annos 1500, alter Iosua prædicatione Euangelij, vitæ æternæ præclaræ hereditatem distribuit omnibus in ipsum credentibus. Cuius quidem cælestis boni possessione magis letantur pij omnes, quam prisca Israelitæ conuersis agrorum suorum prouentibus gauisi sunt. Non igitur solum quadrat partitio terræ ad prædicationem CHRISTI, quo ad tempus, & 30 Iubileorum distantiam: sed etiam similitudo quadam est actionum, laborum ac officiorum Iosua & CHRISTI: illius terram partientis: huius vetero Euangelium prædicantis.

Postremo, quod Leuit. 25 mentio fit parasceues Iubileorum, id est, anni 49, id quoq; mysterio non vacat: sed angustum parientis virginis annum determinat. Multiplica 49 per 30, produces 1470. Totidem anni elapsi sunt a partitione terræ, & Iubileorum principio ad CHRISTI natiuitatem, quæ non immerito parasceue quadam omnium reliquarum CHRISTI actionum vocabitur. Ut igitur 30 Iubilai, siue anni 1500, monstrant Domini nostri ministeriū: ita eorundem 30 Iubileorum parasceue, in unam summam collectæ, concepti & nati CHRISTI annum aperiunt.

2500	2500
1470	1500
3970	4000

SECUNDA HARMONIA EX MILLENARIIS.

Consentiunt ista, quæ de Iubileis diximus, cum dicto cuiusdam Elie, in quo affirmatur, vagatam esse in genere humano promissionem de Messia, sine populi

VI. Alia harmonia temporū ac rerum: & enarratio typi partitionis terræ.

VII. Enarratio typi parasceues Iubileorum.

ISAGOGE

ne populi certi determinatione, ab Adamo condito annis 2000. Hic elapsis
 eam restrictam esse ad legem, id est, ad posteritatem Abraha. Tradita
 est autem Abrahae promissio de terra Canaan & de Messia, anno 24 supra
 2000. Inde rursus 24 annis expletis, mandata est eidem circumcisionis ob-
 servatio.

2000	2024
24	24
2024	2048

Rectè itaq, Elias ille, quisquis fuit, tempus Legis à millenario secundo
 completo orsus est. Et quia Legis durationi tribuit annos 2000, non obsecro
 indicat, circa annum mundi 4000 Legem Mosaicam abrogandam, & Mes-
 siam exhibendum fuisse. Ea supputatio cum illa ad amussim congruit, quam
 ex S. librorum numeris, & probatorum autorum consensu gigni diximus.
 Ait autem CHRISTVS Luca 16, Matth. 11, tempus Legis & Prophe-
 tarum ministerio Ioannis finire: Ea ratione, predicante Baptista, non solum
 desijt vetus, & cœpit nouum Testamentum: sed etiam completus est quartus
 mundi millenarius, & inijt quintus.

In hanc sententiam Munsterus Leuit. 25, veterum quorundam dicta
 citat: Antiqui, inquit, de duratione mundi sic senserunt, putantes CHRISTVM Mes-
 surum in principio quinti millenarij: quod nos Christiani verisimè factum confitemur.
 Iudei in Sanhedrin scriptum habent: Sex millibus annorum durabit mundus: 2000 an-
 nabit vastitas: 2000 Lex: 2000 dies Messia. Vnde duo eliciuntur: nempe, quod
 Lex Mosaica non erat duratura, nisi vsq, ad dies Messia: alterum, quod CHRISTVS
 iam dudum venerit. Iudei enim hoc anno CHRISTI 1533 numerant à principio
 mundi 5293, & adhuc expectant suum Messiam, cum sint in sexto millenario mundi.
 Hec Munsterus.

Beda quoq, eandem de quarto millenario opinionem ex docti cuiusdam
 viri traditione, vel annotatione acceptam recitat: Anno 15 Tiberij, inquit,
 Dominus post baptisma, quod predicauit Ioannes, regnum cœlorum mundo annunciat.
 principio mundi secundum Ebraeos peractis annis 4000, ut Eusebius in Chronicis suis sequens
 annotando, quod 16 Tiberij principium fuerit 85 Iubilæi secundum Ebraeos. Hic Be-
 da verba repetunt Marianus Scotus, Hermannus Contractus, & multi alij.
 Etsi verò in Eusebij Chronicis (ut nunc extant) non sunt ista addita, que ci-
 tat Beda: tamen consentaneum est, à docto quodam viro adiectam fuisse
 Chronico Eusebiano annotationem de 80 Iubilæo completo. Vnde satis in-
 telligitur, rationem illam, qua copulatur 30 CHRISTI cum 4000 mundi
 minimè esse nouam, aut à nobis primum excogitatam: sed etiam à veteri-
 bus traditam. Sumitur eius rei documentum ex eo etiam, quod idem
 Beda affirmat: anno CHRISTI 280 incoari secundum Ebraeorum suppu-
 tationem, Iubilæum mundi 86. Additis 280 ad 3970, prodit 4250, in
 Iubilæus 85 completus, 86 iniens.

QVA

QUATVOR MILLE LENARII EZECHIELIS.

Quatuor istis millenarijs, & dicto domus Elia potest accommodari 47
caput Ezechielis, quo dilucide & dulcissime pingitur doctrina & officium
Messia, & propagatio seu cursus Euangelij à Iudæis ad gentes: sicut & ve-
tusti scriptores textum hunc de CHRISTO docente, & mittente Apostolos in
vniuersum orbem, exposuerunt. Cum egrederetur vir ille ad Orien-

tem, inquit Ezechiel, erat linea (regula) in manibus eius: & mensus est mil-
le cubitos: & traduxit me per aquas, quæ pertingebant vsq; ad talos:
iterum mensus est mille, & traduxit me per aquas, quæ pertingebant
vsq; ad genua: vltra mensus est mille, & pertingebant aquæ vsq; ad
renes: iterum mensus est mille, & ecce non potui transire torrentem:
quia intumuerant aquæ, vt natandum esset, nec posset torrens transua-
dari. Et dixit ad me: Num vidisti fili hominis? Duxit autem, & con-
uertit me ad ripam torrentis: & cum vertissem me, ecce in ripa arbo-
res plurimæ erant. Et dixit ad me: Aquæ istæ quæ ad regionem O-
rientalem egrediuntur, & descendunt per plana deserti, fluunt à mari
ad mare, & sanabuntur aquæ. Et erit, vt omnis anima viuens, quæ
repat in omni loco, ad quem peruenit aqua torrentium, viuat: eritq;
ingens piscium copia, postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabun-
tur, atq; viuent omnia, ad quæ torrens ille peruenerit. Erit etiam,
vt apud illud (mare) stent piscatores: ab Engeddi vsq; ad Eneglaim ex-
pandentur sagenæ: quibus omnis generis pisces inerunt, & quidem
maxima copia, sicut pisces maris magni. Cœnosa verò loca, & pa-
ludes (lacune) non sanabuntur: sed ad falsuginem redigentur. Cæte-
rum iuxta torrentem in vtraq; ipsius ripa, succrescent omnis generis
arbores fructiferæ: quarum folia non marcescent, neq; fructus defici-
ent: sed singulis mensibus novos fructus ferent. Nam earum aquæ
manant è sanctuario: & erunt fructus earum in cibum, & folia earum
in medicinam. *Hactenus Ezechiel.*

Predicationem Euangelij eleganter comparat limpidissimis fontibus,
aut potius magno & perenni mari aquæ viuificæ, ex sanctuario templi Hiero-
solymitani ad dexteram scaturientis. Congruit hoc cum dictis: De Sion
exibit Lex, Sceptum regni tui emittet Dominus ex Sion. Item:
Salus ex Iudæis est. Doctrinas Phariseorum vocat cœnum & lutum:
item aquas falsas & mortiferas. Piscatores sunt Apostoli & doctores
Euangelij, expandentes retia in vtraq; ripa, id est, colligentes Ecclesiam ex
Iudæis & gentibus. Nominat autem CHRISTVS Apostolos suos Pesca-
tores, velut mutuatus phrasin ex Ezechiele, vt ostendat, iam impleri illud,
quod in Ezechiele præfiguratum fuerat: Matth. 4. Luca 5. Faciam vos
piscatores

I S A G O G E

piscatores hominum. *Auditores Euangelij & credentes, sunt pisces & arbores fructiferae: quarum folia & fructus longissimam etatem ferunt: atq; in medicationibus magnum usum habent: quo significatur id, quod Paulus dicit: Euangelium est potentia DEI ad salutem omni credenti.*

Illud verò de millenarijs & transitu per aquam, nec recitatur, nec repetitur ociose: sed notatio est annorum à mundi exordio usq; ad CHRISTVM concionantem. Quemadmodum enim Daniel, antequam claudat prophetiam, numerat annos usq; ad CHRISTVM: ita eius coetaneus Ezechiel, sub finem libri & vaticiniorum, numerat per typum annos à Creatione, & edita promissione in Paradyso usq; ad Messiae aduentum.

PRIMVS *Ezechielis millenarius, siue cubiti mille, & transitus aqua usq; ad talos, describunt Ecclesiam primi mundi, quae fuit angustior. Egressus est vir ille ad Orientem, id est, filius DEI in Paradyso, (quem locum scriptura assignant Orienti) affatus est Adamum, & voce promissionis collegit Ecclesiam in illa paucitate hominum. Hæc fuit infantia Ecclesiae, & angustis in cunis primæ promissionis, & viuentis cum primo homine Adamo.*

SECUNDVS *millenarius usq; ad genua: id est, Ecclesia sumpta paulatim incrementa, cum nouæ patefactiones adderentur prioribus, & nascerentur genua mundi, id est, politica: quod factum esse constat à diluuiio, cum extructa turri Babylonica, Nimrodi potentia cresceret. Hæc fuit pueritia Ecclesiae viuentis cum Noha ante & post diluuium.*

TERTIVS *usq; ad lumbos, id est, initio tertij millenarij, promissa (quæ antea vagabatur, & minus restricta erat ad certos homines) declarata, illustrata, & recenti reuelatione alligata est ad Renes, id est, ad semen posteritatem Abrahæ: cuius rei significatio erat circumcisio. Huc faciebat certa terræ ac loci promissio, & politica Iudaicæ constitutio. Hæc fuit iuuentus Ecclesiae, viuentis cum Abrahamo, Mose & Dauide. Et quidem ad Davidis etiam lumbos diserte alligat DEVS promissionem de Messia, cum ait: De fructu lumborum tuorum sedere faciam super sedem tuam, De lumbis Abrahæ dicitur in Epist. ad Ebreos cap. 7.*

QUARTVS *millenarius est natationis, & magne inundationis salutarium aquarum sanctuarij, id est, publicæ prædicationis Messiae, de fructu te iam quarto millenario mundi. Verè tunc intumuerunt aquæ templi, cum conspiceretur & audiretur ipse Messias, spargens salutarem doctrinam de suis beneficijs, eamq; confirmans miraculis. Item, Cum doctrina Euangelij iam non amplius angustis Ecclesiae Iudaicæ alueis contineretur: sed longissime derivaretur, latissimeq; dimanaret ad gentes: & quasi inundatio quedam salutaris totum terrarum orbem oppleret: atq; ita Messias dominaretur à mari ad mare, ut prædictum fuerat Psal. 72. Ezech. 47. Zach. 9. Hæc fuit ætas & perfectior ætas Ecclesiae, aspicientis & audientis Messiam exhibitum.*

Primò itaq; Messias secundum naturam diuinam de seipso promissionem edidit in Paradyso: deinde post annos 4000 eandem sonuit & repetuit in natura

natura humana assumpta, pro $\epsilon\pi\alpha\gamma\epsilon\lambda\iota\alpha$ adferens $\epsilon\upsilon\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\iota\omicron\upsilon$: idq̄ factum est Hierosolymis in Iudæa, ubi antea (que veterum est opinio) vixerant & docuerant Adam, Abraham, David, Propheta & alij viri sancti, velut summi ac primi illius Sacerdotis ministri & collega. Hoc modo Ezechiel aut prima promissionis noticiam omnibus mundi temporibus latius diffundendam atq̄ illustrandam esse, donec ipse CHRISTVS præsens voce Euangelij Iudæis & gentibus agnoscendum se præbat.

HARMONIÆ EX CERTIS TEMPORVM INTERVALLIS.

Ut in tota rerum natura plurima extant potentia ac sapientia DEI conditoris testimonia: ita non dubium est, in perpetua illa annorum mundi tela intextum esse aliquid cælestis sapientia, quod ab animis oculatis cum admiratione & utilitate aspici, ac in laudis diuinæ materiam trahi possit. Nihil enim sapientissimus mundi architectus frustra operatus est, nihil temerè fudit, nihil finxit, cui non diuinitatis suæ vestigia ac digitos impresserit. Nobis quidem, cum Chronologicis studijs ac laboribus occuparemur, in primis incundum fuit magnamq̄ molestiarum ac tædij leuationem attulit, quod ultro sese offerebant insignes aliquot temporum harmonia, quibus Chronologiae certitudinem stabiliri & confirmari intelligebamus. Ex ijs igitur quasdam decerpitas in medium proferemus: non ut fundamenti loco ponantur, vel adificium Chronologicum sustineant: sed ut vel munimentorum externorum vicem suppleant, vel ornamentorum, quibus Lector animum & oculos pascat, necessarium & commodum usum præstent.

I. 518.

Concinnum & observatu dignum est, quod nostra supputatione paria sunt temporum spacia à condito templo primo ad secundum: & à secundo ad natum CHRISTVM: Vtrinq̄ anni 518. Nam templum primum conditum est 2934: secundum 3452: quod intervallum est annorum 518. Inde ad natum CHRISTVM 518: consunt 3970.

2934	3452
518	518
3452	3970

Alijs plerunq̄ prodeunt spacia imparia aut inaequalia: In primo intervallo 510: in posteriore 518.

II. Paria sunt spacia à dedicatione templi primi ad dedicationem secundam: Et rursus, à dedicatione secundi ad natum CHRISTVM. Vtrinq̄ 515. Nam templum primum dedicatum est 2941: secundum 3456: quod intervallum constat 515 annis. Inde ad natum CHRISTVM itidem 515.

ISAGOGÉ

2941	3456
515	515
3456	3971

Hæc ut non temere ac fortuito accidisse credendum est, ita multum lucus adferunt his observationibus Chronologicis, si templum templo, & dedicationi conferatur, ac temporum harmonijs rerum gestarum analogia coniuncta aspiciatur. Utrunq; enim templum in CHRISTVM, ut in scopum, respicere debuit: & nato CHRISTO impletum est illud, quod utriusq; templi sumptuosa magnificaq; extructione ac leta dedicatione præfiguratum fuerat. Certè illa, quæ in natalis CHRISTI nocte ab Angelis fiunt & dicuntur, ad augusti cuiusdam templi dedicationem congruunt aptissime: & sunt illa illustriora, accedente temporum symphonia. Sed harum rerum considerationem Lectoris studio ac diligentia relinquimus. Nam in Chronologia non solum oportet lectorem in numerorum notis hæerere, aut in temporum intervallis subsistere: sed numerorum manuductione (sicubi id fieri potest) ad historiæ ipsarum sacraria penetrandum est: ut ab annorum temporumq; cognitione animus ad rerum ipsarum contemplationem traducatur, & Chronologia Theologiæ famuletur.

II. 775.

Paria item sunt spacia à primo paschate Israelitico ad pascha celebratum sub Ezechia, Rege Iudæ. Et iterum: A paschate Ezechie ad primum pascha noui Testamenti. Vtrinq; 775. Comparet inter se studiosus lector tria paschata: primum, quod Moses in Aegypto: secundum, quod Ezechias tertium, quod CHRISTVS Dominus noster cum dilectis discipulis suis celebravit Hierosolymis, reperiet mens pia, quo se oblectet, & à temporum ratione ad mysteriorum contemplationem ascendat.

2453 exitus	3228
775	775
3228 Ezechie pascha	4003 pascha CHRISTI

Legitur 2 Paral. 29. & 3 Reg. 18, quanta festiuitate & gaudio publico Ezechias Rex pascha celebrarit, primo anno regni sui: in quo & templum repurgatum, & vniuersa Idola ex Israel sublata memorantur. Eodem tempore serpens aeneus, quem Moses in deserto erexerat, confractus ac dissipatus est. Distat hoc pascha à Mosaico annis 775: & totidem annis à paschate CHRISTI: ita ut CHRISTI pascha à Mosaico distet annis 1550 quos si per medium seces, relinquuntur utrinq; 775. Elapsis igitur ab exitu ex Aegypto annis 775, in ipso articulo medijs temporis inter pascha Mosaici & CHRISTI, renouauit DEVS Israelitico populo, tempore piji Regis Ezechie, pristini paschatis Aegyptiaci laticiam: & arcana spiritus sui virtute pios de futuro multoq; augustiore paschate submonuit: in quo Mosaicas mor-

ſua morte ſua templum nouum Eccleſiæ conditurus ac purgaturus: & ipſe in cruce ad ſimilitudinem ſerpentis ænei (quem Ezechias in ſuo paſchate ſuſtulerat) erigendus erat: ut omnes, fidei oculis eum intuentes, vitam æternam conſequerentur: quemadmodum ipſe Dominus typum illum ſerpentis erecti de cruce ac morte ſua interpretatur, Ioan. 3. Hoc modo ſi pergat lectoris diligentia in expendenda ſimilitudine paſchatis Moſis, Ezechia & CHRISTI, pandent ſe ei plura myſteria. Nos breuiter tantum commonefaciendos eſſe duximus Chronologiæ ſtudioſos de ea ſapientia, quam in literarum ſacrarum monumentis reconditam eſſe, annorum ratio docet.

III. 1588.

Ab exitu ex Aegypto ad abſolutam & perfectam domum Regiam Salomonis, anni 500. Hinc ad templum ſecundum conditum ſub Dario 500. A templo ſecundo ad templum ab Herode renouatum 500. Deinceps ad mortem CHRISTI 50. A morte CHRISTI ad vltimum excidium templi & Urbis Hieruſalem 38. Summa: Ab exitu ex Aegypto ad excidium Ieruſalem anni 1588.

2453	2453
1588	500
4041	2953
	500
	3453
	500
	3953
	50
	4003
	38
	4041

OBSERVATIO.

Pleriq; ſcriptorum veterum referunt excidium Hieroſolymorum ſub T. Veſpaſiano ad annũ a morte CHRISTI 42: atq; hic error, ut ſit, inde in recentiorum codices influxit. Verum & Impp. Romanorũ anni, & tota ſeries Chronologiæ, hunc errorẽ coarguunt: ac liquido demonſtrari poteſt, a predicatione Baptiſtæ ad excidium Hieroſolymorũ decurriffe annos 42: a baptiſmo CHRISTI 41: a morte CHRISTI 38. Latet eius rei myſterium in Deuteronomij numeris cap. 2, ubi Moſes ſupputat annos 38 ab eo tempore, quo ingrati Iudei in deſerto aſpernati fuerant botrũ, in terra Canaan reſectum & ad ipſos in deſertum a Iofua & Caleb, eorumq; comitibus allatum. His 38 annis, inquit Moſes, perijt tota illa natio peruerſa, qua ex Aegypto migrauerat, & miracula Domini viderat, ſuperſtitibus tantum Iofua & Caleb.

I S A G O G E

Hic quoq; pia, & fidei nostrae consentiens instituat^{ur} δραγμα, ut veteres appellarunt: & apparebit rerum ac temporum pulcherrima concordia. Iudaei aspernantur botrum pendentem in ligno, id est, CHRISTVM expansum in cruce: deinceps 38 annorum spacio perijt gens ingrata in deserto: quemadmodum & totis 38 annis à morte CHRISTI, magis magisq; afflicti & contriti sunt Iudaei: donec gens illa impia, quae miracula CHRISTI viderat, & ei violentas manus intulerat, unà cum templo & politia deleteretur.

Illustriora haec erunt, si in historia Num. cap. 13 attentius consideretur eximij botri & CHRISTI collatio: quam paucis delibabimus, non ut leetori allegorias ociosas obijciamus: sed ut mysterium 38 annorum, quibus Israelite in deserto extincti sunt, in lucem producamus, & tam temporum quam euentuum convenientiam in veteri ac nouo Testamento clarius demonstremus. Neq; enim existimandum est, casu aut temerè Mosen 38 annos literis mandasse, cum totidem annos à morte CHRISTI ad politia Iudaicorum interitum effluxisse constet. In hac itaq; temporum harmonia ipsarum re-

Botrus CHRISTVS est: is pendet in ligno: gestatur à duobus, à ministris Euangelij: quorum prior vetus, posterior nouum Testamentum designat. Rubet botrus: CHRISTVS cruentus est in cruce: & talis ubiq; pinguit Meffias, Gen. 49. Esaia 53. Certè, crucifigi est fieri cruentum. Est iustitia- te magnitudinis: quia ex plenitudine eius omnes haurimus: nec scimus in aeternum, Ioan. 4 & 7. Impij aspernantur botrum: quia Iudaei CHRISTVS scandalum est, Ethnicis fabula. Pij verò botrum aspiciunt laetis oculis: eiusq; suauitatem, velut insigne specimen futurae beatitudinis gustant quia iustificati fide, pacis aeternae initia sentiunt in corde: & filiali fiducia accedentes ad DEVM, clamant Abba pater.

IIII. 30 & 40.

Mirus est consensus annorū 30 in veteri Testamento cum anno 30 Christi in nouo Testamento. Ioseph enim 30 aetatis anno à Pharaone exaltatur: & David aetatis 30 inauguratur regno. Estq; inter Iosephi annū 30, & 30 David distantia annorū 660, id est, vicies bis 30. Rursus, à 30 Ioseph ad 30 Christi, numerantur quinquagies nouies 30, id est, 1770 anni. Sic à 30 anno Davidis ad 30 Christi prodeunt tricies septies 30, id est, 1110 anni. Dicamus id breuius. Numera 30 quoties potes, ab anno 30 Iosephi, vel 30 Davidis, usq; ad 30 Christi. Erunt inter principium tuum & inter baptismū Christi nec plures, nec pauciores, quàm 30 anni aliquoties continua serie iterati.

Habemus itaq; & hoc de Chronologiae nostrae certitudine argumentum non prorsus aspernandum: nempe concursum annorum 30, continua numeratione repetitorum, & deductorū ab anno 30 Iosephi & Davidis, ad 30 CHRISTI. Hoc loco iterum Lector eruditus instituat collationem 30 anni Iosephi, & Davidis cum 30 CHRISTI. Ioseph & David 30 aetatis

anno euecti sunt ad regnum, & tam rebus præclare gestis, quam ætatis similitudine CHRISTVM representarunt. Messias ætatis 30 exaltatus est in suo ministerio: non accipiens testimonium à Pharaone, ut Ioseph: non unctus à populo, ut David, sed inauguratus ab æterno Patre clamante de cælo: Hic est filius meus dilectus, quo delector: à quo & unctus est præ consortibus plenitudine Spiritus sancti. Reliquas partes similitudinis, officiorum & actionum Iosephi, Davidis & CHRISTI, prosequatur Lector religiosa meditatione: id quod venerabilem Bedam ante nos fecisse, ex hoc eius dicto constat: Præco, inquit, præcedit Iosephum, id est, Baptista præcedit CHRISTVM, parans ei viam. Ioseph erat annorum 30 cum exaltaretur: & CHRISTVS baptizatus est, cum esset annorum 30. Hec ille. Quemadmodum igitur Beda confert Ioseph & CHRISTVM, quo ad tempora, siue annum 30: ita utriusq; actiones quodammodo congruunt. Ioseph elapso ætatis 30 demetit fruges, anno primo fertilitatis natus. CHRISTVS verò per baptismum ordinatus ad ministerium, anno 30 exacto incipit prædicare Euangelium, comparatq; messem suam demetere: sicut ipse Dominus tempus prædicationis suæ comparat messi, Matthæi 9.

2230	Annus 30 Iosephi.
630	Vicies semel 30 anni.
2860	Natalis Davidis.
30	
2890	Regnum Davidis.
1080	Tricies sexies 30 anni.
3970	Natalis CHRISTI.
30	Anni CHRISTI.
4006	Annus 30 CHRISTI.

Hic & illud eleganter quadrat, quod ab anno mundi 2230 (Iosephi 30) usq; ad annum 2500 (quo Iubilæi Mosis cæperunt) anni 270 decurrerunt: id est, novies 30. Rursus ab anno 2500 ad 30 CHRISTI, anni 1500: id est, quinquagies 30: siue Iubilæi 30.

2230	2500
270	1500
2500	4000

Frequens etiam est mentio annorum 40 in veteri Testamento: in quibus eadem annorum harmonia aduerti ac deprehendi potest, si anni 40 supputentur à certis euentibus veteris Testamenti usq; ad CHRISTI natalem: vel, quod idem est, ad annum à N. C. 40.

Quatuor viri illustres in veteri Testamento continuis annis 160 (id est, quater 40) rexerunt populum Iuda, singuli annis 40. Gubernatio Eli cæpit exacto anno mundi 2810: Samuelis 2850: Davidis 2890: Salomonis 2930. Inde si numeratione 40 annorum continuata atq; iterata progrediari ad CHRISTVM, quadragesimus annus semper attinget annum nati CHRISTI

ISAGOGE

STI 3970. Et quidem ab initio Eli Sacerdotis ad natalem CHRISTI petendi erunt tibi 40 anni vicies novies: à Samuele vicies octies: à Davide vicies septies: à Salomone vicies sexies: à morte Salomonis vicies quinquies. Breuiter. Numerata 40 quoties potes, ab Eli, Samuele, Davide vel Salomone vsq; ad CHRISTVM, nusquam erunt inter principiu tuum, & internatalem CHRISTI vel plures vel pauciores anni, quam 40.

2810	Mortuus Samson.
40	Anni Eli Sacerdotis.
2850	
40	Anni Samuelis.
2890	
40	Anni Davidis.
2930	
40	Anni Salomonis.
2970	Mors Salomonis.
1000	Vicies quinquies 40.
3970	Natus CHRISTVS.
40	Annus à nato CHRISTO,
4010	

Summa: ab anno 40 regni Davidis ad 40 annum Christi vicies septies 40.

Anno nati CHRISTI 40, pœnas impietatis iniustitiæq; dederunt duo primarij hostes Ecclesiæ DEI, & truculentissimi leones: quorum alter Baptistam, alter CHRISTVM occidit. Herodes regno exutus cum scelerata Eli- rodiade extrusus est à Caligula in exilium: Et Pilatus periit à turcibus: Illi in martyrio Baptista anno 9: hic à morte CHRISTI 7.

V. 70.

Plurimus est in historia sacra & mysterijs vsus numeri septuagena- rii qui & ipse proposito nostro seruit, & harmonias non inconcinnas suppeditat. Septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ certo modo coherent, & copulati sunt cum exitu ex Aegypto. Quia completis ab exitu ter & decies 70 (id est 910 annis) cœperunt 70 anni captiuitatis Babylonicæ. Rursus, elapsis ab exitu decies & quater 70 annis (id est 980) migrarunt Iudæi ex Babel.

2454	2454
910	980
3364	3434

Sicut igitur diuersa illa tempora mutationum in populo Israel perpetua quodam nexu colligata sunt: ita etiam in rebus ac euentibus ipsis tacita quædam est analogia & mutua consensio: quod perspicias, si exitum ex Aegypto ad exitum ex Babel conseras: & utriusq; liberationis beneficijq; diuini similitudinem ac amplitudinem expendas.

Respiciunt & inter se quodammodo tabernaculi fabricatio vel dedicatio in deserto: & templi inflammatio atq; destructio. Utriq; vero horum ad similitudinem

ad similitudinem & comparari potest extructio altaris templi secundi anno primo reditus Iudeorum ex Babel.

2455	2455
910	980
3365	3435

A fine 70 annorum captiuitatis Babylonica rursus numerantur anni septies 70 (id est, 490) ad quartam Monarchiam principium, videlicet ad annum mundi 3924, quo interfectus est Pompeius, & rerum summa ad Iulium deuoluta est. Hic quoque cognatio quadam est rerum, à Cyro & Iulio gestarum. Vterque enim Monarchiam constituit: Ille secundam, quae Persica; hic quartam, quae Romana dicitur.

3434
490
3924

Effluxerunt itaque ab exitu ex Aegypto ad Monarchiam Iulij 70 anni, vicies & semel repetiti, id est, anni 1470. Ut autem huius harmoniae ratio sit conspectior, eius exempla in tabella proponemus.

- I. Ab exitu ad captiuitatem decies & ter 70, id est, 910 anni.
 - II. Ab exitu ad captiuitatis finem decies & quater 70, id est, 980.
 - III. A fine captiuitatis ad Iulij Caesaris Monarchiam septies 70, id est, 490.
- Tribus istis numeris in vnā summam contractis, reperies inter exitum ex Aegypto & Iulij Monarchiam annos 1470, id est, vicies & semel 70.
- III. A partitione terrae promissae ad N. C. 1470, id est, vicies & semel 70.
 - V. A partitione terrae ad Samuelem quinquies 70, id est, 350.
 - VI. A partitione terrae ad initium rerum Romanarum decies 70, id est, 700.
 - VII. A partitione terrae ad Ducatum Simonis, tertij Ducis Maccabaei (sub quo ab Israele sublatum est iugum gentium) decies nouies 70, id est, 1330.
 - VIII. A partitione terrae ad excidium Hierosolymorum, vicies bis 70, id est, 1540: Eo climactere finitum est tempus habitationis Iudeorum in terra Canaan, cuius possessionem Iosua, terram distribuens, eis tradiderat.
 - IX. A Samuele ad N. C. decies & sexies 70, id est, 1120.
 - X. A Samuele ad Simonem Maccabaum quater & decies 70, id est, 980.
 - XI. A Simone Maccabeo ad N. C. bis 70, id est, 140.
 - XII. A nato Romulo ad N. C. undecies 70, id est, 770.
 - XIII. A nato vel concepto Romulo ad imperium Vespasiani Maioris, & ad excidium urbis Ierusalem 840, id est, duodecies 70.
 - XIII. A centenario 3900 ad N. C. anni 70: & inde ad excidium Ierusalem totidem pleni.

1	2	3	
2454	2454	3434	2454
910	980	490	1470
3364	3434	3924	3924

ISAGOGE

⁴	⁵	⁶	⁷
2500	2500	2500	2500
1470	350	700	1330
3970	2850	3200	3830
⁸	⁹	¹⁰	¹¹
2500	2850	2850	3830
1540	1120	980	140
4040	3970	3830	3970
¹²	¹³	¹⁴	
3200	3200	3900	3970
770	840	70	71
3970	4040	3970	4041

Est omnino memoratu dignum, quòd res Romana initium sumunt ab anno mundi 3200: quo completo, Romulus & Remus vel concepti vel nati sunt: Is inquam annus 3200, est Iubileus mundi 64: Moysi 14: à nato Ioseph annus 1000: à partitione terra promissæ 700: à nato Iosua 800: ante baptismum CHRISTI 800.

VI.

1000.

Celebris etiam mille annorū numerus plurimas ac pulcerrimas pariter harmonias: quarum aliquas hoc loco pro instituti nostri ratione recensēbimus.

2891.

3891.

I. Anno 1000 ab inauguratione & regno Davidis, Cicero ad causas agendas accessit, primamq; orationem dixit pro Quintio.

2898.

3898.

II. Anno 1000 à regno Davidis in Ierusalem mortuus est Alexander Iudæorum Rex, relinquens regnum uxori Alexandra. Ita regnum David post 1000 annos recidit in sæminam: Et hæc quidem Phariæos primum euexit, eosq; in regni consortium admisit. Eodem anno Cicero, exacto quatuordecimo sæculi suo anno in Sicilia, Romæ rursus magna cum laude versatus est in omni causarum genere, ut ipse de se scribit.

2930.

3930.

III. Anno 1000 à morte Davidis interfectus est Cicero. Et quod in eundem recidit annum: Anno 1000 à coronatione Salomonis, Augustus Cesar imperare cepit. Sub illo conditum est templum: sub hoc natus CHRISTVS.

2941.

IIII. Anno 1000 à dedicato templo, & condita regia Salomonis, Augustus Cæs. Monarchia Romana potitus est, victo ad Actium Antonio. Considera similitudinem regie Salomonis, & Monarchie Augusti, in qua natus est CHRISTVS.

2941. 3941.

V. Anno 1000 à condito templo Salomonis, Herodes vi & armis occupavit terram Iuda: & anno sequenti, expugnata vrbe Ierusalem, captoq; templo, ut Iudeorum Rex, sibi dominari cepit.

2934. 3934.

VI. Anno 1000 à perfecta & absoluta regia Salomonis, Augusto Cæsari, ex Syria redeunti, currus cum corona aurea à Senatu decretus, & regia potestas legum ferendarum delata est. Eodem anno Herodes templum Hierosolymis renouare aggressus est: ut apud Iudeos esset gratiosior. In qua harmonia illud quoq; notandum, quòd medium horum 1000 annorum cadit in ipsum annum conditi templi secundi, cuius extruccionem Darius, Persarum Rex Iudæis permiserat, anno mundi 3453. Hac ratione 500 anni elapsi sunt à regia Salomonis ad templum secundum. Rursus, à templi secundi extruccionem, ad eiusdem sub Herode renouationem, anni 500.

2953. 3953.

2953	3453
500	500
<hr/>	<hr/>
3453	3953

VII. Anno 1000 à morte Salomonis natus est CHRISTVS. Vide harmoniam temporum: Salomon moriendo incipit millenarium, quem CHRISTVS nascendo claudit. Vide etiam rerum collationem: Mortuo Salomone, simul mortua est pax illius gentis: & paulatim concidit flos regni Iudaici. Post annos 1000 in utero Mariae virginis verum decus Israelis restoruit: & nato pacis autore toti orbi eterna atq; cælestis pax est reddita.

2970. 3970.

VIII. Annus etiam 1000 ante mortem CHRISTI euentu insigni est memorabilis: quod annotamus, non ut institui velimus allegoriam: sed ut ex collatione actionum CHRISTI & Regie Assa, maiestas operum CHRISTI inclarescat: & quanta gloria nouum Testamentum antecellat veteri, intelligatur: addo etiam, ut supputationis nostræ concinnitas conspiciatur. Anno mundi 3004 (ante mortem CHRISTI 1000) Rex Assa innumerabilem multitudinem Aethiopum, non tam robore exercitus, quam pijs precibus cæ-

3004. 4004 vel 4003.

d bus cæ-

ISAGOGE

bus cecidit, ingenti sanè & memorando miraculo. Sed multò maius est, quòd millesimo anno pòst IESVS CHRISTVS diuina potentia non Aethiopes sed Diabolos vicit, eorumq; regnum moriendo destruxit.

Intelligit itaq; candidus Lector, quomodo nouus millenarius circa tempora Dauidis & Salomonis scaturire cæperit: qui magno fluxu in tempora CHRISTO vicina, se exonerarit. Est autem hoc magis admirandum, quòd, quæ de harmonijs huc vsq; diximus, sint (vt cum Cicerone loquamur) non quæ sita, sed secuta, id est, non à nobis excogitata vel conficta, sed ex ipse Chronologia corpore nata: & ex numeris, loco ac ordine suo dispositis, collecta atq; producta, solo supputandi labore à nobis adhibito.

VII. 1120. 75. 532.

Auctarij vice in turbam conijcimus obseruationem de numero annorum 1120, & de annis CHRISTI 75, & 1350.

A nato Dauide ad natum Vespasianum Imp. 1120.

A regno Dauidis ad natum Titum Vespasianum Hierosolymorū euerse- rem 1120 (in hac supputatione sequimur Dionem, non Suetonium.)

A morte Dauidis ad mortem Vespasiani patris 1120: vel quod idem est, A coronatione Salomonis ad imperium T. Vespasiani 1120. Annus etiam CHRISTI 75 pulcrè concurret cum 75 lustro Romano, quod, si Censorinus credimus, fuit vltimum.

Deniq; anno CHRISTI 1350, nostra supputatione, coincidunt Olympias 532, & annus mundi 5320, id est, decies 532.

Desinimus recitare plures harmonias, quòd & reliquas tabula nostra Chronologica exhibeant, & has ad faciendam lectori fidem sufficere arbitremur.

OBSERVATIONES CHRONOLOGICÆ.

Haftenus Ideam generalis Chronologiae, ab Adamo ad CHRISTVM delineatæ, Lectoris eruditi oculis subiecimus: reliquum est, vt de locis quibusdam controuersis mentem quòq; nostram aperiamus, atq; hiatus aliquot Chronologicos copleamus & complanemus.

OBSERVATIO IN ANNUM 1949.

Quoto anno etatis Thara natus sit Abraham, tradit Moses: Vixit, inquit, Thara 70 annis, & genuit Abraham, Nahor & Aran. Id nos ita accipimus, quòd natus sit Abraham anno 70 Tharae. Alij ita exponunt: quòd Thara etatis 70 exacto cæperit primum gignere filios: & quòd illos procre- rit sequentium annorum spacio: nec tamen Moses desinierit annum certum, quoto quisq; eorum sit genitus. Mouentur illi martyris Stephani dicto Acto. 7. qui ait: Abrahamum migrasse ex Haran, postquam mortuus esset parens eius Thara.

Thara. Mortuus est autem etatis 205, Gen. 11. Et Abraham natus erat annos 75 cum migraret ex Haran. Concurrent igitur ipsorum supputatione, 75 Abrahæ & 205 Tharæ. Et quia subtractis 75 ab 205, relinquuntur 130, consequetur natum esse Abraham, non 70 sed 130 Tharæ, id est, anno 60 post, quam Thara liberos generare cepisset. Hæc illi. Nos verò nondū persuademur, ut credamus Abrahamum, alio quàm 70 anno Tharæ natum esse.

I. Primum enim nitimur expresso testimonio Mosis: qui disertè exprimit annum 70 Tharæ: & copulat cum eo nomen Abrahæ. Neq; verò etiam Moses supputat annos Nahor & Aran: Sed annorum mundi seriem deducit ab Adamo ad Abrahamum, Israeliticæ gentis conditorem: huius annos numerat, & propter hunc exprimit 70 Tharæ: eò quòd per ipsum, & non per Nahor, aut Aran pertenda erat tam Genealogia Mesiæ, quàm Chronologia mundi.

Quòd autem ad nomen Abrahæ additur mentio fratrum eius, Nahor & Aran, fit propter Loth & Saram, & propter connubium Isaaci ac Rebecca, quæ fuit neptis Nahor: horum omnium genealogiam Moses velut compendio simul complecti ac posteris tradere voluit.

II. Illud de 130 Tharæ eadem facilitate repudiatur, qua asseritur, utpote à Mose non traditum. Ac si natus esset Abraham anno 130 Tharæ, certè id adnotatum oportuit: alioqui continua annorum mundi series, à Mose instituta, & ex patrum etatibus collecta, hoc loco hiaret, ut ne ipsum quidem Abrahamum attingeret. Quod si quis excipiat, id à Stephano doceri, & annoctari in Actis: quid hoc est aliud quàm sentire, quòd non possit ex Mose contexti perpetua annorum tela ab Adam ad Abraham: quòd quam sit verum vel verisimile, nihil attinet dicere. Nec sanè aliquid erat cause, cur eius rei adnotatio in noui Testamenti reuelationem differretur, cum euentus ille ad veteris, & non ad noui Testamenti tempora pertineat. Deniq; cum reliquorum patrum omnium annos, quibus nati sunt, singulari studio conseruauerit Moses, qua quæso vel negligentia vel imprudentia, ne dicam cecitate, solius Abrahæ patriarcharum principis, annum natalicium prætermitteret ac præteriret?

III. Quinquies exprimit Moses diuersos annos etatis Abrahæ, scilicet, 75, 86, 99, 100 & 175. Cur igitur annum, quo natus est, reticeret? imò, quorsum attinebat, maiores istos etatis Abrahæ annos nominatim exprimere, si primus Abrahæ, unde pendebat reliquorum numeratio, ignoraretur?

IIII. Suffragatur nobis Iosephus, qui à diluuiò ad natalem Abrahæ supputat annos 292. Eum sequuntur Eusebius, (qui allegat supputatione Ebraorum) Beda, & nostro sæculo præcipui Chronographi.

V. Plurimè patres à diluuiò, deficiente iam hominum etate, filios genuerunt circa annum etatis 30: ut Arphaxat genuit filium anno etatis 35, Salah 30, Eber 34, Peleg 30, Regu 37, Serug 30, Nahor 29. Solus verò Thara etatis 130 genuisset Abrahamum, cum eius parens Nahor anno 148 mortuus sit:

I S A G O G E

tuus sit: & Abraham ipse miraculi loco ducat, si ex se centenario, & Saræ nonagenaria nascatur filius Isaac.

VI. De loco in Actis respondeo, quod ipse Stephanus responderet si viveret: Examina Acta ad Genesin: non Genesin ad Acta: Lignum ad normam exige, non normam ad lignum. Stephanus ibi longe aliud agit, quam ut vel tempora supputet, vel Mosis supputationem excutiat aut corrigat. Mutuatur ex Mose narrationem suo negotio convenientem: & obiter meminit mortis Tharæ. Hic certè & integras historiarum narrationes, & exactas temporum supputationes ex Mosis præceptoris sui scriptis depromit: & ex-luit. Sunt autem in Stephani narratione plura, quæ cum grano salis (ut loquuntur) accipienda, & commoda interpretatione lenienda sunt: quod etiam alij obseruarunt: Ut, quod Vr Chaldaeorum nominat (latiore significatione, ut scilicet loquuntur) urbem Mesopotamia. Et, quod ait, Iacobum transiisse in Aegyptum 75 animas: cum Moses contra affirmet, idq̄ bis repetit, fuisse tantum 70. Hic itaq̄ nemo dubitat, numeros ex Mose corrigendos, & suæ integritati restituendos esse. Cur idem non liceret in eiusdem narrationis parte altera, de migratione Abrahæ? præsertim cum ea in re non periclitetur, vel argumentum Stephani, vel scripturæ fides, vel hominum salus.

Aliud est, cum ex professo quid tractatur aut traditur, quod Moses recitat: aliud, cum tantum obiter, ac velut in transcurso attingitur, & aliunde clarationem ac fidem, & eius, quod integræ expositioni deest, complementum petat. Moses ex professo agit historicum, & ætates patrum annotat: Stephanus vero ex Mose recitat sua, nec id facit accuratissimè: utpotè in re alioqui Iudæis nota. Si ergo ex Mose sumenda est declaratio & fides narrationis Stephani, officio nostro defuncti erimus, si supputationem nostram ex Mosaica narratione desumptam esse, comprobauerimus. Dixit ista Stephanus, communi quadam opinione ductus: quam inde natam esse apparet, quod cum Tharâ commoratus sit in Haran usq̄ ad obitum suum, ut autem est Moses, putarint Iudæi, Abrahamum quoq̄ amore & pietate in parentem, senio confectum, hæsisse in Haran, quam diu viveret ille: eoq̄ mortuum demum solutis quasi compedibus, quæ hæctenus eum tenuerant, perlustasse se terram promissam. Verum hanc opinionem confutant verba Mosis, qui natalem Abrahæ refert ad 70 Tharæ: & Abrahamum anno 75 migrasse scribit ex Haran. Ideoq̄ necesse est, Tharam 60 reliquos vitæ suæ annos exegisse in Haran. Pepercit fortassis diuina clementia sancto & venerando patri Tharæ, ne comes esset peregrinationum Abrahæ, quod antea voci Dei paruisset, & ex urbe Chaldaeorum exiens, totamq̄ suam cognationem reliquens, familiam collocasset in urbe Haran. Iam verò crescentibus annis paulatim destituebatur Thara viribus corporis, nec per ætatem decrepitam erat ad perpetuos itinerum labores idoneus. Ideo mansit in Haran, cum iterum Abraham terram Canaan peragraret. Neq̄ etiam credibile est, Abrahamum

Abrahamum expectasse parentis obitum, & postea migrasse. Certè Abraham peregrinationem illam suscepit, non ad hominum nutum, sed ad DEI mandatum ac voluntatem. Hanc unam sibi proposuit vitæ atq; curriculi uniuersi Cynosuram. Nec sanè quis ex S. Biblijs nobis confirmabit, quòd DEVS vocarit Abrahamum mox post Tharæ obitum, nulla interposita mora. Potuissent enim aliquot anni inter Tharæ excessum & Abrahæ uocationem intercedere: & tamen uera fuisse vox Stephani, Abrahamum migrasse post patris obitum, scilicet, interuenientibus, ut diximus, annis aliquot. Et ac ratione ne quidem annus 130 Tharæ certò assignari posset natiuitati Abrahæ, obstante eo, quòd migrare potuisset Abraham annis aliquot à morte Tharæ decursis. Hoc tandem esset, omnem rationem temporum Abrahæ perturbare atq; euertere: totamq; annorum mundi supputationem in incerto ponere, & Syrtibus implicare. Verum, ut ad propositum nostrum reuertamur, non fuit alligata diuina patefactio, vel ad vitam vel ad mortem Tharæ: nec Abraham hominibus, sed DEO se regendum permisit. Cumq; DEVM ducem haberet, eius decreto & locum mutauit, & omnia vitæ suæ consilia actioneq; instituit: nec impediri se passus est, vel parentis vel ullius hominis amore: quo minus DEO uocanti quocunq; tempore piè obsequeretur.

Est itaq; hæc summa sententiæ nostræ de loco in Actis 7. Stephanus uerba ista (postquam mortuus est pater eius) recitat, non ut asseuerationem, sed ut opinionem communem: & tamen (ut ita loquar) liberam, qua non faciat præiudicium sententiæ meliori: & de qua non magnopere contendat, assermet, aut disputet: sed liberum cuiq; sit sentire, si queat, rectius. Tales plerumq; in nostro & vulgi sermone audiuntur uoces & sententiæ liberiores: de quibus citra ueritatis dispendium, adeoq; citra omnem disceptationem per nos licet alijs aliter sentire: & de quibus ipsi facile cedimus admoniti.

Porro, nobis non aduersatur, neq; displicet, quòd aliqui opinantur: Abrahamum non fuisse primogenitum Tharæ. Sit sanè ita: modo hoc nobis ratio ac firmum maneat, quòd 70 Tharæ non adnotetur à Mose propter Natem: sed propter Abrahamum, cuius summi Patriarchæ ætatem ac natiuitatem Moses, Israelitici populi historicus, anno 70 Tharæ, tanquam certissimo indice, demonstrare, & annorum mundi seriem continuare uoluerit. Potuisset autem omitti 70 anni consignatio, si non inde annorum mundi & ætatis Abrahæ supputatio discenda & colligenda fuisset.

Obiter obseruetur: mysterio non vacare, quòd Abraham nascitur 70 Tharæ. Ex multis enim scripturæ locis notum est, 70, esse numerum celebrem ac fere mysticum. Sicut igitur annus 70 exilium Babylonicum finijt, & Iudæis patriam reddidit: ita forte significatum est, in Abrahamo orituram esse Ecclesiæ DEI nouam lucem ac felicitatem: uidelicet, promissionis illius primæ de Messia repetitionem: ac declarationem, quemadmodum & CHRISTI natalis incidit in annum 70 post exactum Mundi centenarium 3900.

ISAGOGE
OBSERVATIO IN ANNUM 2024.

Referimus initium annorum 430 (Exodi 12.) ad annū mundi 2024
etatis Abrahæ 75, & non ad 70, quod quidam faciunt: neq; ad migrationem
Iacob in Aegyptum, quod alij maluerunt. Nostræ igitur sententiæ ratio hic
nobis reddenda est.

I.

Ipse Moses numerat peregrinationis illius primum decennium ab anno
Abrahæ 75, Genes. 16, ubi dicit: Abrahamum anno 10 peregrinationis
exacto egisse annum etatis 86. Incoanda est igitur peregrinatio Abrahæ
ab anno 75: quo ex Haran migravit: quia expressa mentio primi decennij
peregrinationis Abrahæ, est velut index principij annorum 430. Et DEVS
ipse aliquoties copulat promissionem terræ cum ingressu ac peregrinatione ad
Abrahæ in ea: ut 430 principium quasi ad primum vestigium pedis Abrahæ
terram ingredientis alliget. Genes. 12. Semini tuo dabo terram hanc,
Genes. 13: Tibi & semini tuo, dabo terram hanc, quam vides: surge
ac perambula eam in longitudine ac latitudine, quia eam daturus sum
tibi. Genes. 15. Eduxi te de Ur, ut darem tibi terram hanc. Ab
hac peregrinatione, cui addit DEVS geminam promissionem, spirituales de
Mæssia, & corporalem de terra Canaan, initium sumunt res Iudaicæ: & 430
anni ab eo principio incoantur.

Mirus est horum temporum consensus cum natali CHRISTI: quia pe-
ria sunt spacia, à condito Adamo ad natum Abraham: & ab hac voca-
tione Abrahæ ad primum annum CHRISTI, utrinq; 1948.

1948	2023
2023	1948
3971	3971

II.

Paulus Galat. 3. opponens promissionem, & legem, numerat annos 430
quibus promissio legem antecesserit. Trahit autem Paulus 430 annorum
initium ad migrationem Abrahæ: quia ei facta est promissio, de qua loqui-
tur Paulus, cum inquit: Abrahæ dictæ sunt promissiones. Non ait, Iacob
dictas esse. Unde patet, 430 annorum initium sumendum esse à tempore
repetitæ promissionis: quod scriptura refert ad annum Abrahæ 75. Migra-
tio autem Iacobi in Aegyptum occupat ipsum medium annorum 430: nempe
annum à peregrinatione Abrahæ 215. Inde si iterum numerentur 215, com-
plebuntur 430, attingentes populi Iudaici exitum ex Aegypto. Breuiter:
Incipimus 430 annos à numero in S. Biblijs expresso, & copulato cum ipsa
peregrinatione Abrahæ: adeoq; cū ipsa promulgatione promissionis de CHRIS-
STO. Alioqui quid prodesset, 430 annorum numerum adnotatum esse, si
non etiam in Biblijs certum illorum initium expresso numero designaretur.

Anno.

III.

Annorum consignatio in Exodo euincit, 430 annos à uocatione Abraham, & non à migratione Iacob in Aegyptum, supputandos esse. Nam Caathauus Moſis (qui cum Iacob migravit in Aegyptum, Genes. 46.) vixit 133, Exod. 6. Ponamus fuiſſe triennem, cum migraret, & vixiſſe in Aegyptò 130. Addantur 137, quibus vixit Amram pater Moſis. Exodi 6. Moſes autem, educens Iſraelitas ex Aegyptò, fuit annorum 80, Exodi 7. Hi anni iuncti, 130, 137, & 80, nondum conſtituunt 430, ſed tantum 347. Hanc ſupputationem Beda tradit his uerbis: Caath, filius Leui, natus eſt in terra Canaan; vixit annos 133; filius eius Amram: pater Moſis annos 137; & Moſes 80 annorum fuit tempore egreſſionis de Aegyptò. Horum annorum ſumma conſtat 430 implere non poſſe.

IIII.

Nobiſcum ſentiunt multi ſcriptores veteres & recentès, quorum teſtimonia ſubiiciemus.

Iosephus lib. 2. Antiquit. cap. 13. Reliquerunt Aegyptum mense Xanthico, Luna 15, anno 430 poſt, quam Abraham in Canaanem venit: & poſt Iacobi migrationem in Aegyptum anno ducentelimo decimoquinto. In Ruffini uerſione, quod obiter moneo, mendum eſt: quia omiſſo denario numero perperam legitur 205 pro 215. Alexander Polyhiſtor apud Eusebium Prep. Euangelica libro 9. cap. 4 ſcribit, habitaſſe Iſraelitas in terra Canaan annos 215. Eusebius in Chronologia numerat à nato Abraham ad exitum ex Aegyptò 505, qui ex 75 & 430 aggregantur. Sulpitius Seuerus. Ab eo tempore quo Abraham in terra Canaanorum conſedit, in id, quod Iacob Aegyptum ingreſſus eſt, referuntur anni, CCXV. Epiphanius in Ancorato: DEVS per miſericordiam 430 annos peregrinationis ipſi Abraham & ſemini eius diuiſit, & ſtatim quidem ſuſcepit ipſum; & alios 215 annos diſtribuit his, qui Aegyptum inhabitant. Cedrenus: Torum tempus, quod in Aegyptò Ebraei egerunt, annorum fuit 215. Zonaras: Egreſſi ſunt Aegyptò poſt Iacobi in Aegyptum migrationem anni 215.

Gloſſa ordinaria ex Auguſtino: Patet computandum eſſe tempus Patriarcharum, Abraham, Isaac & Iacob, ex quo peregrinari coepit Abraham in terra Canaan & id eſt, ab illa promiſſione, in qua fidem eius laudat Apoſtolus: & completi ſunt 430 anni à promiſſione uſq; ad exitum Iſraelis ex Aegyptò, quando data eſt lex in monte Sina: quæ non facit irritum teſtamentum DEI. Quod autem dicitur Genes. 15. Affligent eos anni 400; non intelligendum eſt, quod in illa ſeruitute 400 annis ſeruierunt; ſed quia ſcriptum eſt: In Isaac uocabitur tibi ſemen. Ab anno natiuitatis Isaac uſq; ad egreſſionem computantur 405. Nec mirum eſt, ſi 405 annos, ſumma ſolida 400 dixit ſcriptura.

Gerhartus Mercator: Habitatio filiorum Iſrael, qua manſerunt in Aegyptò, fuit 430 annorum: hoc non ad migrationem Iacob in Aegyptum referendū eſt; ſed ad profectiōnem Abraham in Aegyptum. Vult enim Moſes non continuam habitatiōnem (quæ demum coepit, Iacobo in Aegyptum migrante anno 2239) ſignificare: ſed totū tempus, quo habitata eſt Aegyptus, comprehendere; quod hinc uſq; ad egreſſum exacte 430 annos continet. Idem tempus definitur Genes. 15. & Actor. 7. ſcribitur de 400 annis, intelligendum

ISAGOGE

gendum est indefinite, non quidem ab hoc egressu ex Haran : sed à nato Isaac. Loquitur enim ibi expressè scriptura non de Abraham, sed de semine eius : non de Israël, qui servitutem non subiit Aegyptiacam, sed de Isaac : neq; de servitute tantum, sed & de peregrinatione. Vult ergo scriptura, quòd ex eo tempore, quo promissionis illud semen Isaac peregrinari cœperit, cõsummandi sint circiter 400 anni (vt abiecto quinquennio rotundus numerus relinquatur) donec à servitute liberetur Aegyptiaca. A nato igitur Isaac tempus dictum assumendum est : sed indefinite, quia 5 anni amplius intercesserunt. *Hæc Gerharicus.*

OBSERVATIO IN ANNUM 2971.

Sacræ literæ cuilibet regi Iuda vel Israël duos numeros adscribunt. 1. Quando regnare cœperit. 2. Quàm diu regnarit. In annis itaq; regum Iuda & Israël dispositio nostra duabus potissimum regulis gubernatur.

I. Quot quisq; annis regnarit, non ita anxie & superstitiosè inquiremus, quàm quoto anno alterius regis quisq; regnare cœperit : id quod ex libris regum accuratè annotavimus.

II. Regibus ipsis tribuimus annos nunc integros & plenos : nunc incoatos & incompletos, ubi synecdochicos aliqua pars anni vel pauci menses pro toto anno ponuntur : aut ubi filij unà cum patribus regnarunt : aut etiã (quod plerunq; fit) ubi ultimus annus patris cum primo anno succedentis filij conuadit. Unus igitur idemq; annus mundi, interdum geminandus est intermerandum : quasi pro duobus annis regum sit positus. Propter quam con-

In regū annis, certiora sunt principia, quàm fines : ideo exactissimè obseruanda.

tractionem nonnunquam unus & alter annus alicui regi decedit, & de fine eius aliquid detrahitur. Sed ne quid in supputatione erroris irrepat, principia quorumcunq; regum, in Biblijs expressa, exactissimè obseruanda, & morè dicus retinenda sunt. Huius rei exempla occurrunt in annis, 2992, 3021, 3047, 3059, 3104.

TABV.

TABVLA REGVM IVDA ET ISRAEL.

In hac tabula obserua primo loco poni, & in parenthesin includi annos, quot quilibet Rex regnum tenuerit: secundo vero loco extra parenthesin poni regni initium, quoto anno alterius Regis quiscq; regnare cepit.

REGES IVDA.	Anni mundi		REGES ISRAEL.
Roboam an. 17	1	2971	1
	2	2	2
		2980	
Abia (3) 18 Ieroboam	1	8	18
	2	9	
	3	1990	20
Assa (41) 20 Ieroboam (plus minus completo)	1	1	
	2	2	22. 1. Nadab (2) 2 Assa.
	3	3	2. 1. Baasa (24) 3 Assa.
		4	2
		3000	
	26	6	24. 1. Ella (2) 26 Assa.
	27	7	2. 1. Amri (12) 27 Assa.
		8	2
		3020	
	31	1	Amri (in Thirza) 31 Assa.
	38	8	12. 1. Achab (22) 38 Assa: scilicet 2 cum patre: solus 20. Intelligatur itaq; designatus Rex viuo patre circa annum 3026.
		9	2
		3030	
Iosaphat (25) 4 Achab	41. 1	1	4
	2	2	
		3040	
Ioram designatur Rex Iuda, (loco patris Iosaphat ituri in bellu) anno proximo ante initium Ioram Regis Israel.	17. 1	7	20. 1. Ochozias (2) 17 Iosaphat.
	18. 2	8	2. 1. Ioram (12) 18 Iosaphat
		9	2. Alibi scribitur, annum 2 Ioram in Iuda, esse primum Iorami in Israel.
		3050	
	22. 1	1	5
	23. 2	3	
Ioram (8) 5 Ioram Israel.	7. 1	8	11
Ochozias (1) 11 Ioram Israel	8. 2. 1	9	1
Athalia an. 6. mens. aliquot	2	3060	2
Iuas (46) 7 Athalia & Iehu	7. 1	5	7
	2	6	
		3070	
		3080	
	23	7	1
		8	2
		3090	
	37	1	Ioas designatur Rex Israel, an. 37
			Ioas Regis Iuda, viuo adhuc patre
			Ioachas, cum quo regnavit, an. 3.
	40	4	1
			Ioas solus (postpatrem) an. 16.

Amasias (29) 2 Iouis Israel

1 5
2 6
3110

Interregnum 11 annorum

15 9
3120
3130

Vzias (52) 27 Ieroboam

1 4
2 5
3140
1 5
2 6
3150

Ioatham (16) 2 Pekah

81 3160
09 3170
38 2
39 3
4 2
3190

Achas (16) 17 Pekah

50 4
52 5
52 6
1 7
2 8
3200
3210

Ezechias (29) 3 Osea (prope complet.)

16. 1 2
2 3
6
3220

Manasse 55
Ammon 2
Iosias 31
Ioachas mens. 3
Ioiakim an. 11

12 cōplet. 4
16. 1. 5
2 7
4 8
4 3230
6 3232
3240
3250
3256
3311
3313
3344

Iechonias mens. 3, dieb. 10
Zedechias an. 11: capit circa finem anni.

Desolatio Templi, & finis regni Iuda, quod duravit a morte Salomonis 395

2970
395
3365

12 cōplet. 4
16. 1. 5
2 7
4 8
4 3230
6 3232
3240
3250
3256
3311
3313
3344

4 3347
3354
1 3355
11 3365

3365

4 3347
3354
1 3355
11 3365

16. 1. Ieroboam (41) 15 Amasias

Interregnum 22 annorum

6 mēf. Zacharias (mens. 6) 38 Vzias
Sellum (mens. 1) 39 Vzias
Manahem (an. 10.) 39 Vzias

Pekaiia (2) 50 Vzias

Pekah (20) 52 Vzias

Osea occidit Pekah, 20 (Apr) cipio regni Ioatham.

Oseas (9) 12 Achas (prope complet.)

Samariae obsidio an. 7 Osea et 6 Ezechias
Samaria capta 9 Osea, et 6 Ezechias
Finis regni Israel, quod duravit a morte Salomonis 262.

2970
262
3232

Nebucadnezar Rex Assyriorum
Transmigratio Iechoniae

Captiuitas Babylonica.

OBSERVATIO IN ANNUM 3134.

Adscriptissimus in Chronologia ad annum mundi 3134 undecennij interregnum: quod ab alijs ponitur: ab alijs (inter quos est Funcius) omittitur. Verum interregnum illud minimè negligendū esse, doceri potest ex 4. Reg. 14, ubi sic scribitur: Sepultus est Amasias in Ierusalē: tulitq; populus Azariam Uziam, qui erat 16 annorum: & regem constituerunt eum pro patre suo Amasia. Et cap. sequenti: Anno 27 Ieroboam, Regis Israël: regnare cepit Azaria Uziam: 16 annorum erat, quando regnare cepit, & regnavit 52. Vtriusq; dicitur, Uziam regnare cepisse atatis 16. Posterius verò testimonium docet, 16 Uziam copulandum esse cum 27 Ieroboami. Hic omitti potuisset mentio anni 27: si ab eius 15 (quo obiit Uziam pater Amasias) numere incipiendi fuissent 52 anni Uziam: nec ulla causa erat exprimendi annum 27, nisi Ieroboami 15, ut dicitur 4. Reg. 14. Et Uzias regnare cepit anno 27 Ieroboami. Ergo inter Amasia obitum & Uziam regnum intercessit undecennium, quo distant 15 & 27 Ieroboami. Iosephus etiam supputat 52 annos Uziam ab 16 anno: quia ait Uziam vixisse 68, & in his regnasse 52.

Ex hac igitur omissione interregni existit precipua inter Funcianam & nostram supputationem discrepantia: & illud maxime, quod ipsi à fundato templo Salomonis ad eius desolationem prodeunt non 431, sed 423.

Ne verò quis miretur, cur inter nos & Funciū in annis à condito templo Salomonis ad N. C. sit tantum octennij non undecennij distantia: sciendum est, in annis Regum Iuda, nostrā supputationē absorberi triennium, ubi Funcius annos integros & plenos, nos verò incoatos posuimus. Contraxerat Funcius spacium à terra partitione ad Christi natalem, ut esset sexennio minus, quam Iubileorum ratio poscebat. Atq; ut annorum numerus à partitione terræ ad Christum ei constare videretur, ex Regum annis subtraxerat undecennium interregni sub Uziam: ita non opus ei fuit contrahere in arcum spacium reliqua. Cum igitur de annorum mundi summa tantum diminisset, facile ei fuit in quibusdam locis ponere spacium temporum latiora & laxiora: ut undecennio illi decederet triennium. Nos à condito templo Salomonis ad interregnum sub Uziam numeramus annos 200: quibus si adijcitur undecennium interregni, & 52 anni Uziam regnantis, prodibit annus mundi 3196, quo & Uzias obiit, & prima Olympias constituta est.

OBSERVATIO IN ANNUM 3224.

An Nabonassar Ptolemæi sit Salmanassar.

Nervus Chronologiæ precipuus est iusta annorum Nabonassarum cum S. literis coagmentatio, unde dependet Olympiadum supputatio. Probandum igitur nobis est, Nabonassarem Ptolemæi esse eum, quem S. literæ nominant Salma-

ISAGOGE

Salmanassarem : Et Nabopolassarem Ptolemæi esse Ieremiæ Nebucadnezarem. Magna hic laborum parte nos subleuant Mathematici, qui ex motuum cælestium calculationibus demonstrant : Nabonassarem antecessisse Christi natalem annis 746. Perspicue autem ostendi potest : nullum Regem ante Christum 746 anno regnasse in Babylone, nisi Salmanassarem. Quæ de re in tabulis Prutenicis Erasmus Reinholdus ita scriptum reliquit : Nabonassar Ptolemæi, inquit, non est Nebucadnezar, seu Nabugdonosor, qui evertit Hierosolyma : sed Salmanassar, qui Samariam cepit, & 30 tribus abduxit in Assyriam ; quod & historiarum series atq; collatio ostendit : & motus ipsi in cælo testantur, cum Ptolemæi narratione congruentes. Mardocempadus, eumq; ut Babylonici Regis annos, in tribus Lunæ deliquis numerat Ptolemæus, eumq; Nabonassare 26 annis posteriorem facit, alius esse non potest, quàm qui à Nestathene, & in sacris literis Merodach nominatur ; quæ simul docent, eum ad Ezechiam, Regem Iuda, gratulatū misisse de admirando regressus Solis phænomeno, quod ipsius nomine diuinitus ostensum esse, fama acceperat. Hæc autem omnia gesta esse post cœdâ fugam impij Sennacherib ab Hierosolymorū oblidio, destructo iam regno Israël à Salmanassare, aperte docet S. literæ. Similiter & Ptolemæus Nabopolassarem posteriorem facit Nabonassare annis 122, quemadmodum S. Bibliâ indicant : quod Nabugdonosor vsurpauerit Babylonicū imperiū post Salmanassarem annis ferè 100. Hæc Reinholdus. Post Reinholdū Gerhartus Mercator magno et utili labore uniuersas Eclipses, à Ptolemæo obseruatas, supputauit : ex quib. documentū eius, quod diximus, abundè peti potest. Funcius etiam in Chronologia sua commentarijs sub anno mundi 3217 luculenter probat : Nabonassarem esse Salmanassarem, his uerbis : Nabonassarem esse Salmanassarem, inquit, demonstratur ex annorum numero qui ex S. literis à deuastata Samaria vsq; ad 19 Nabugdonosoris colliguntur. Sunt enim à destructo Israëlîs imperio vsq; ad 19 Nabugdonosoris, anni 133. Sed Ptolemæus ab initio Nabonassarîs ad desolationem Ierusalem numerare cogit 140. At enim quintum annum Nabopolassarîs siue Nabugdonosoris esse 127 à Nabonassarîs initio. His adde 13 vsq; ad captiuitatem Iudæ, habebis 140, numerum septenario maiorem annis 133. Sed ijs 7 annis Salmanassar ante regnauit quàm Samariam caperet. Constat igitur ex temporum congruentia, Salmanassarem esse Nabonassarem. Deloco etiam imperij utrisq; conuenit : quod in Babylone, & Assyria, & adiacentibus locis regnauerit. Cæterum, quis de Nabopolassare, inquis, me certiozem fecerit, quod idem sit Nabugdonosor, qui populum Iuda captiuum abduxit : Respondeo : Certum est ex ipsius Ptolemæi uerbis, quod de nullo alio, quàm de Babyloniorum Rege dicat. Nam cum Eclipsin lunarem, cuius eo capite meminît, in Babylone obseruatam esse ait, quo potius regnante eam accidisse dicat ? Regem domestico, an peregrino ? Domestico opinor. Sed idem Nabopolassar, 122 annis exactis post Nabonassarem regnare cœpit, teste Ptolemæo : quo tempore, Ieremiæ 25. dicitur : Nabugdonosorem apud Babylonios regnum accepisse. Sunt etiam à principio Salmanassarîs vsq; ad finem quarti Ioiakim, quo Nabugdonosor imperauit, secundum scripturæ calculum, anni 122. Ergo cum & locus & tempora iterū in utrisq; scriptura scilicet & Ptolemæo, æquissimo conueniant iure, necesse est : Nabugdonosorem scripturæ esse Nabopolassarem Ptolemæi. Hactenus Funcius.

Ipsa igitur similitudo nominum, quæ in Biblijs & scriptis Ethnicis tribuuntur Regibus Assyriacis, argumento est : rectè hæc à Mathematicis & Funcio

Funcio dici. Nam Rex ille, qui in Regum libris dicitur Salmanassar, in libri Tobie translatione Græca nominatur $\epsilon\upsilon\epsilon\lambda\lambda\epsilon\omicron\varsigma\ \alpha\gamma\epsilon\tau\omicron\varsigma$. Cedrenus expresse ait: Salmanassarem aliàs dici Nabonassarem. Censorinus Nabonassarem nominat Nabonagarium. In his appellationibus etsi aliquid est diuersitatis propter literarum permutationem: tamen in sono & literis extremis aliquid est conuenientia.

Annorum quoq; series à Nabonassare ad Nabopolassarem: & rursus, à Nabopolassare ad Cambysen, aliud statuere non sinit, quam quod supra diximus. Nam ab anno 13 Achas, Regis Iuda, (qui est primus Nabonassar) ad octauum annum Ioiakim Regis Iuda, (qui Ptolemæo est quintus Nabopolassar) expedita ratione ex S. literis colliguntur anni 127, quot à Ptolemæo numerantur: id quod apparet in Chronologia tabulis. A quinto uero Nabopolassar ad 7 Cambysis, colliguntur ex Ptolemæo 98. Inde si subtrahas 30 annos Cyri, & 6 Cambysis, erit inter 5 Nabopolassar & initium Cyri, distantia annorum 62. Idem prorsus est, si à captiuitate Babylonica, siue 19 Nabugdonosoris ad Cyrum numeres 48: quia captiuitas Babylonica incidit in 141 Nabonassar. Inde, dinumeratus retrò annis à septimo Nabopolassar (id est, à 225 Nabonassar) ad principium Cyri, quod annis 36 anteceffit septimum Cambysis, teste historia Græca, colliguntur (iunctis 48 & 36) à captiuitate Babyl. ad 7 Cambysis anni 84, quot & inter Nabonassar 141, & 225 intercesserunt.

Si quis autem omnino contendat, Nabonassarem esse Regem Nabugdonosorem, euerforem Hierosolymorum, eum oro, ut mihi ostendat, qua ratione, ab anno primo Nabugdonosoris, siue Nabopolassar, ad 7 Cambysis probet elapsos esse 225 annos, quot Ptolemæus à Nabonassare ad Cambysen numerat. Certè Ptolemæus, inter primum Nabugdonosoris, euerforis Hierosolymorum, & inter 7 Cambysis (ablato 123 Nabonassar à 225) tantum numerat 102: qui numerus quantum distet ab 225, manifestum est. Ipsa igitur angustia spacij inter primum Nabopolassar & inter 7 Cambysis, asseruationem nostram de Salmanassare apertissimè confirmat. Postremò, perpetuus omnium historiarum cum Chronologia nostra consensus, & annorum Nabonassar cum Olympiadibus conglutinatio, ita nobis suffragatur & patrocinatur, ut qui contra sentire ausit, omnem Chronologia certitudinem temerè labefactare, & petulanter euertere uideatur.

S V P P R T A T I O H E
B D O M A D V M D A N I E L I S.

Precipua studij Chronologici commendatio est iusta numerorum in sacris literis ad res in Ecclesia uel extra eam gestas accommodatio, & uaticinio- rum Prophetico- rum cum suis euentibus demonstrata conuenientia. Eo in genere

I S A G O G E

nere primas tenet prædictio Danielis de 70 hebdomadibus, quarum supputatio præstantissimos quosq; Theologos veteres & recentes admodum exercuit. Favente igitur domini nostri IESU CHRISTI gratia, ingredimur disputationem illam longè celeberrimam atq; utilissimam, in qua beneuolè lectori de tribus potissimum questionibus erudita responsione à nobis satisfaciendum est. 1. Cur 80 annorum spacio segregemus captiuitatis Bab: finem ab hebdomadam Danielis initio. 2. Unde sumendum sit 70 hebdomadam, id est, 490 annorum initium. 3. Quò recidat hebdomadam finis. Primum anni 80 inter utrumq; reditum Iudeorum ex Babel, ex eo demonstratur, quòd hebdomadam Danielis initium non ad Cyri, sed ad Longimani temporà pertineat. Idq; ex eo colligitur, quòd inter captiuitatis Babylonicæ finem, vel Cyri monarchiam, & inter CHRISTI natalem intercesserunt 535: inter mortem CHRISTI 569, qui numerus spacio 79 annorum superat 490 annos Danielis. Ex Regum quoq; Persicorum annis perspicitur, 23 Cyri, & 7 Longimani (inclusis extremis) distare annis 80. Nam postremi 8 anni Cyri, Cambysis 8, Darij 36, Xerxis 21, Longimani 7, conficiunt 80: excluso 7 Longimani, 79: quæ omnia manifestiora erunt ex ijs, quæ in posterum dicturi sumus. Sequitur altera questio de hebdomadam initio.

I N I T I V M H E B D O M A D V M,

Initium hebdomadam Danielis sumit Funcius ab anno 7 Artaxerxis Longimani, id est, ab anno 3 Olymp. 80: Idq; ille nobis primus ferè monstrauit, magna sua cum laude nostraq; utilitate. Annum igitur 7 Artaxerxis pertinere ad annum 3 Olymp. 80, confirmabimus testimonijs Diodori, Eusebij, Thucydidis & Africani.

I.

Diodorus Siculus refert Xerxis obitum, & Artaxerxis Longimani principium ad annum 1 Olymp. 79. Nobis est annus mundi 3508. Scribit autem Efras sacerdos, se migrasse ex Babel unà cum populi Israëliti turba, anno 7 regni Artaxerxis. Procede ab anno 1 Olymp. 79 (mundi 3508, qui est primus Artaxerxis) ad 7 Artaxerxis, attinges verum initium hebdomadam Danielis, annum 3 Olymp. 80, id est, annum mundi 3514. Huic adde annos 490 (quia tot complectuntur 70 hebdomades) attinges annum 4 Olymp. 202: quem veteres scriptores assignarunt morti CHRISTI.

Idem est, si per subtractionem procedas. Aufer 80 Olympiadas ab anno 4 Olymp. 202, id est, ab ipso principio 203 Olymp. (quia finis 202, & initium 203 Olymp. concurrunt) deprehendes distantiam 123 Olympiadam, id est, annorum 492. Multiplica 123 per 4, prodibunt 492. Abijce primum biennium Olymp. 80 (quia anno 3 Olymp. 80 incipiunt hebdomades) produces 490.

II.

Eusebius lib. 10 præp. Euang. cap. 3 citat veteres Chronographos: Thallum, Castorem, Diodorum, Polybium, Phlegonem: atq; ex eorum sententia refert primum annum Cyri ad annum 1 Olymp. 55. Tribuantur Cyro 30 anni secundum Græcorum annotationes: Cambysi 8: Dario 36: Xerxi 21: Artaxerxi 7: & applicentur Olympiadibus, recidet 7 Artaxerxis in annum 3 Olymp. 80. Inde etiam colliguntur ab anno 23 Cyri ad 7 Artaxerxis anni 80.

III.

Thucydides refert obitum Artaxerxis Longimani ad annum 7 belli Peloponnesiaci, id est, ad annum 4 Olymp. 88. Testantur autem Diodorus, Tertullianus, Eusebius, Hieronymus, & alij, regnasse Longimanum annis 40. Et cepit regnare Longimanus anno 1 Olymp. 79. Spacium autem inter principium Olymp. 79, & finem Olymp. 88, complectitur annos 40. Hæc igitur causa est, cur Longimano non tribuamus 44, sed 40 annos. Quod autem initium belli Peloponnesiaci cum anno 1 Olymp. 87 concurrat, manifestum est ex ijs, quæ de Apseude Athen: Archonte, & de Olympiadum ad Nabonassar annos alligatione supra diximus. Nam Apseudes Diodoro cadit in annum 4. Olymp. 86, & Ptolemæo in 316 Nabonassar: atq; Thucydides belli Peloponnesiaci historiam orditur à magistratu Pythodori, qui Apseudi successit, ineunteq; Olymp. 87 Athenis Prætor factus est, teste Diodoro. Cadit igitur principium belli Peloponnesiaci, & Pythodori prætura in 317 Nabonassar, id est, in 87 Olymp.

IIII.

Iulius Africanus, Chronographus doctissimus, quem Eusebius ut summus, ita verissimis laudibus ornat, disertè refert annum 20 Longimani ad annum 4 Olymp. 83, & ad annum à principio Cyri 115: Citat eius verba Eusebius lib. 8 cap. 2 demonstr. Euang. & Hieron. cap. 9 Danielis. Proferriatur Lector vel ab anno 1 Olymp. 79, qui est primus Artaxerxis Longimani: vel ab anno 4 Olymp. 83 qui est 20 Longimani, recidet 7 Artaxerxis in annum 3 Olymp. 80. Repetantur hoc loco, & his rationibus adferantur ea, quæ supra tradidimus, de connexionione annorū Nabonassar cum Regum Persicorum annis, & de alligatione Olympiadum ad Nabonassarem, quæ non tantum exactissime ad hæc nostra quadrant: sed etiam ex illis hæc orta & prognata esse apparet, eaq; inter se tam miro cognationis nexu coherent atq; deuincta sunt, ut qui unū neget, huic omnia contradicant: qui unū admittat, omnia sine contradictione ponat, adprobet & stabiliat. Taceo de his, quæ ex Clemente Alexandrino, & Eusebio adduximus: ubi à prima Olympiade ad 2 Darij Hystasspis numerauimus 64 Olympiadas plenas, id est, annos 256: unde ad Longimanum expedita ratione colliguntur 56.

I S A G O G E

Satis igitur demonstratum est, initium regni Longimani rectè referri ad principium Olympiadis 79: quod quidem est huius negocij caput, & fundamentum supputationis hebdomadum.

F I N I S H E B D O M A D U M D A N I E L I S , E T A P P L I C A T I O R O M A N O R U M C O S S . a c I m p p . a d O l y m p i a d a s t e m p o r e C H R I S T I .

Constituto hebdomadum Danielis principio, dicendum est de earum termino ac fine, & demonstrandum, CHRISTI mortem, quæ hebdomades illas finit, teste Daniele, rectè referri ad annum 4 Olymp. 202. Hac pars Chronologia, maxime est τεχνολογική: quam si quis bene cognitam ac perspectam habuerit, non tantum Danielis hebdomades expeditissime supputabit: sed quod nobis initio docendum proposueramus, continuationem annorum à captivitate Babylonica fine (ubi scripturarum numeri desinunt) ad CHRISTI mortem, rectius ac certius cognoscet. Utetur autem 7 argumentis.

I.

3942
Ante N. C.
25.

Ptolemæus numerat 294 annos ab obitu Alexandri Magni ad captum Aegyptum ab Augusto. Eundem numerum habet Clemens Alexandrinus: qui hoc quoq; addit: terminari hosce 294 annos morte Antonij, & III. Consulatu Augusti Cesaris: quod etiam Romani scriptores Antonij interitum referunt.

Obijt autem Alexander anno 1 Olymp. 114, mundi 3648. Addantur 294, prodibit 3942, qui est 3 Olymp. 187: ad quem nos quoq; retulimus quartum Augusti consulatum & Antonij interitum. Ab hoc quarto consulatu Augusti, extat apud Dionem perpetua series Coss. usq; ad 15 Tiberij, per nos 58, quibus cuiusq; Olympiadis annus assignari suo loco & ordine potest.

I I.

3964
Ante N. C.
7.

Dionysius Halicarnassensis lib. 1 scribit, designatos esse Coss. Claudium Neronem (qui postea imperavit) & Pisonem Calpurnium, anno V. C. 741 Olympiade 193, id est, anno mundi 3964, ante natum CHRISTVM 7. Sequenti igitur anno 3965, Coss. illi magistratum inierunt. Ex hac Dionysij annotatione sumitur certissima supputatio Olympiadum circa tempora CHRISTI. Idem Dionysius testatur, se circa medium Olympiadis 187 Romam, & spacio annorum 22 sibi comparasse cognitionem rerum Romanarum, quas literis Græcis mandarit. Medium Olymp. 187 cadit in 3942. Hic est annus ille 294, quem Ptolemæus à morte Alexandri ad Augustum numerat: à Nabonassare 718. Anno 3942 addantur 22, resultabit 3964, quo Dionysius suam scripsit historiam. Habemus itaq; & hoc loco veram applica-

applicationem Olympiadum ad Romanos Coss. & ad Augusti Caesaris imperium.

III.

Solinus autor est, Verannio & Gallo Coss. (nono anno Claudij, quod ex Tacito colligitur) adscriptam fuisse actis publicis Olympiadem 207: Roma condita 801. Numerata retrò, ut peruenias ad principium Olympiadis 202, attinges 15 Tiberij. Nam digestis 20 annis Imperatorum (qui ab Olympiade 202 ad 207 decurrerunt) Tiberij 8, Caligula 4, Claudij 8: apparebit, natalium CHRISTI esse annum 3 Olymp. 194: & Hippolytum scriptorem antiquum, teste Hieronymo, rectè scripsisse, à natali CHRISTI ad 8 Claudij Imp. fluxisse annos 49. Erunt hæc illustriora, si ex Solini cap. 2. accersatur annotatio de initio annorum V. C. Sed obseruandum est, cum numerare annos V. C. secundum Dionysium, non secundum Varronem. Si itaq; octauus annus Claudij (nati CHRISTI 49) est V. C. 800, subtractis 49, relinquetur annus V. C. 751, quo CHRISTVS natus est.

4020
Nati Christi
50.

IIII.

Tacitus, Dio & Censorinus, referunt IIII. Consulatum Claudij (fuit imperij eius annus 7) ad annum V. C. 800, secundum Varronis supputationem. Antecedit autem Varroniana supputationem Dionysij unius anni spacio. Cadit igitur quartus Consulatus Claudij in annu 3 Olymp: 206, quod etiam ex Solino fit manifestum. Et Censorinus annos V. C. secundum Varronem numerans, applicat annum V. C. 991 ad annum 2 Olymp. 254. Unde apparet, annum V. C. 800, secundum Varronem rectè applicari ad annum 3 Olymp. 206.

4018
Nati Christi
48.

V.

Censorinus à tertio Consulatu Iulij, quo is annum emendauit, supputat 3926 usq; ad annum 2 Olymp. 254. Ita incidit primus annus Iulianus (qui emendationem proximè secutus est) in 4 Olymp. 383. Certa itaq; sedes III. Consulatus Iulij figitur in anno 3 Olymp. 183, mundi 3926, V. C. 708 secundum Varronem: 707 secundum Dionysium. Ex his etiam colligitur: (ut hoc obiter moneam) Censorinum vixisse anno CHRISTI 239, Mundi 4209, is est, ut ipse scribit, annus 2 Olymp. 254, à principio Olympiadum 1014, V. C. secundum Varronem 991: à morte Alexandri 562 currens, (551 completus) à Nabonassare 986 iniens.

3926
Ante N. C.
45.

3648	3926
561	283
<hr/>	<hr/>
4209	4209

VI.

e iij Africanus

I S A G O G E

Africanus, scriptor vetus, & temporum supputator egregius, refert 16 Tiberij ad annum 2 Olymp. 202, id est, mundi 4001. Verba Africanus citat Eusebius lib. 8 demonstr. Evangelicæ cap. 2. Anno imperij Persarum 115, Artaxerxis 20, & Olymp. 83 anno 4, Nehemias missus est Hierosolyman ab Artaxerxe. Inde ad Olymp. 202 annum 2, Tiberij Cæsaris 16, anni numerantur 475. Idem. Permansit regnum Persarum vsq; ad initium Macedonum annis 230. Macedones regnarunt 300. Inde ad 16 Tiberij annumerantur 60. Hæc Africanus.

Nostra supputatione Olymp. 55 cadit in annum Mundi 3412, inde numerat Africanus 115, vsq; ad 20 Longimani, cuius meminit Nehemias, estq; annus Mundi 3527, a quo rursus ad 16 Tiberij decurrerunt 475. Sed animaduertendum est, annum 3527 includendum esse numero annorum 475. Sed item 3942 includendum esse annis 60, qui à monarchia Augusti ad 16 Tiberij præterierunt.

3412	3412
115	230
3527	3642
	300
3526 inclusivè	3942
475	
4001	3941 inclusivè
	60
	4001

Africano subscribit & suffragatur Eusebius, qui, ut toties iam monemus, à 3. Darij Hytaspis ad 15 Tiberij supputat 548: & ex Phlegonis annotationibus morti CHRISTI assignat annum 4 Olymp. 202.

VII.

Anni bissextilis perpetua & constans observatio à Iulio instituta, ab Augusto correctæ, & ad nostra vsq; tempora conservata, retro numerantem conuincit, Iulium Cæsarem III. Coss. emendasse annum, & intercalationem bissextilis instituisse ante N. C. 45, de quo alibi ex Censorino plura. Anni enim concepti CHRISTI fuit bissextilis: & inde existit, quòd hodie omnes anni centenarij à N. C. sunt bissextiles, & post centenarios singula quaternaria: ut annus CHRISTI 1500, & sequentes quaternarij, 4, 8, 12, 16, 20, 40, 60, 80.

Alligauimus itaq; septem locis Olympiadas ad annos Coss. Unde extruuntur hæc propositiones:

- I. 3970 conceptus est CHRISTVS, anno 3 Olymp. 194 Augusto Cæsare XIII. Coss.
- II. 4000 baptizatus est CHRISTVS, ætatis 30, Olymp. 292 anno 15 duobus Geminis Coss. imperij Tiberij 15.
- III. Mar.

III. Mortuus CHRISTVS, Olymp. 202 anno 4: quo finita sunt hebdomades Danielis: cœpitq̄ annus ille quartus anno 4003 in æstate, & desijt 4004.

ENARRATIO NONI CAP. DANIELIS.

Cum clementissimus DEVS populum Israël exulantem in Babylone reducturus esset in patriam, peculiari beneficio præteriti temporis mæstitiam lediturus, per Daniele[m] prædixit: non solum patrijs sedibus populum restituendum, & templum ac politiam instaurandam esse: Sed etiam definiuit certum annorum numerum vsq̄ ad Mesiæ presentiam: ut ad consolationis illius amplitudinem nihil requiri, & Mesiæ sine erroribus agnosci posset. Hæc illustris Prophetia, ut tum fuit grata toti Ecclesiæ, liberationem expectanti: & apertissime refutat Iudeorum blasphemias in Dominum nostrum IESVM CHRISTVM: ideoq̄ dignissima est, in quam eruditi, & p̄j omnes, studium ac mentem intendant.

Textus Danielis cap. 9 sic habet.

Septuaginta hebdomades determinatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam, ut finiatur delictum, & conuergatur peccatum, & fiat propiciatio pro peccato, & adducatur iusticia sempiterna, ut impleatur visio & Prophetia: & vngatur sanctus sanctorum. Scito igitur & considera: Ab exitu verbi, de reuocando (populo) & ædificanda Ierusalem, vsq̄ ad CHRISTVM ducebunt hebdomades septem & 62: & reducetur (populus) & ædificabitur platea Ierusalem, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades 62 excidetur CHRISTVS, & nihil ei (vel nihil erit) Et post urbem atq̄ sanctuarium destruet populus Ducis venturi, & finis eius cum inundatione, & post finem belli statuta desolatio. Et confirmabit pactum multis hebdomade vna, & dimidia hebdomade cessare faciet sacrificium & oblationem. Et erit super alas abominatio desolationis, & vsq̄ ad consummatam atq̄ destinatam desolationem stillabit super eum (populum) qui obnoxius est exterminationi.

ANNOTATIO.

Stillabit id est, perpetua vastitas super populum illum exterminandum, velut diluuium effunderetur, vel vt Munsterus exponit, stillabit hæc ira DEI super populum, vsq̄ ad extremam & omnimodam urbis desolationem. Obiter de hac versione monendus est lector, nos ad reducendi verbum per parentheses addidisse vocabulum populi, eo quod Daniel dicat, has hebdomadas non tantum super urbem, sed & super populum determinatas esse. Vt igitur urbi adificatio, ita populo reductio in patriam à Daniele pronuntietur. Et ipsum redeundi vel reducendi verbum, tam conuenit populo, quam urbi extractio & instauratio.

DE PRINCIPIO HEBDOMADUM ex verbis Danielis.

e iij

Initium

ISAGOGÉ

Initium hebdomadam siue 490 annorum sumit Daniel ab edicto de instauranda Urbe Ierusalem. Ubi considerandum est, quibusnam temporibus, & quoties Iudæis Regum Persicorum edictis permissa sit Urbis Ierusalem inhabitatio & edificatio.

Quatuor permissiones recitantur in libris Esra & Nehemia, ad quas 490 annorum initium à varijs scriptoribus relatum est.

- 3435 I. Completis 70 annis captiuitatis, Cyrus permisit Iudæis reditum in patriam, & præcepit templi extructionem, Esra 1.
- 3452 II. Darius reparationem templi nouo edicto confirmauit, que hæctenus impedita fuerat, Esra 5. 6.
- 3514 III. Artaxerxes anno 7 regni iterum permisit reduci populum ex Babel, duce Esra Sacerdote, Esra 7.
- 3527 IIII. Artaxerxes anno 20 regni Nehemiam misit Hierosolyman cum potestate reparandi muros, Nehem. 1.

DE PRIMA.

Accuratè conferenti Verba Danielis cum edicto Cyri, satis apparet hinc non esse ordiendos 490 annos: quia Cyrus præcepit templi adificationem cuius nullo Verbo meminit Daniel. Neq; verò sub Cyro, sed sub Artaxerxe completum esse constat id, quod Daniel dicit: edificandam esse plateam Ierusalem, & murum in angustia temporum. Demonstrari etiam potest ex Ethnicorum scriptis, à Cyri monarchia ad Iulium Cæs. Romana monarchia conditorem, effluxisse annos 490: sed ad CHRISTVM natum 135: mortuum 569. Atq; omnino verum est quod Africanus ait: Si à Cyro, primæq; emissionis, 70 hebdomadas numerare cœperimus, anni centum & amplius supererunt.

DE SECUNDA.

Eodem argumento à secundo edicto remouetur principiū hebdomadam: quia Darij mandatum similiter spectat templi extructionem: estq; velut executio eius, quod Cyrus ante 17 annos præceperat. Et hoc quoq; spacium amplius est 490 annis. Nam antea diximus ab anno 2 Darij ad CHRISTI natalem elapsos esse annos 518: ad eius baptismum 548: de quo vide Eusebium prepar. lib. 10. cap. 3.

DE TERTIA.

Anno 80 à permissione Cyri, primoq; reditu Israëlitarum ex Babel, & à condito templo secundo 62, Sacerdos Esras iterum reduxit populum ex Babel, mandato Artaxerxis Longimani: ad quem euentum referimus hebdomadam principium, de quo paulò post.

DE QUARTA.

Neq; hæc postrema permissio loquitur de reducendo populo, sed de solius Nehemia migratione in patriam, & muris atq; mœnibus reparandis: quod factum

factum esse constat, quando iam urbs à populo, per Esram reducto, incolebatur. Alligat autem Daniel hebdomadas ad momentum, quo populus edicto publico Regum Persicorum iuebatur exire ex Babel, ad inhabitandam & edificandam urbem: quod indicat in Ebræo verbum להשיב quod redeundi vel reducendi verbis redditur. Itaq; Daniel exprimere voluit exitum talem verbi, quod præcipiat reditum, id est, quod iubeat, ut simul populus urbem repetat ad inhabitandum, & eam instauret edificando: quod nec in secunda nec in quarta permissioe contigit. Vtrumq; verò factum est sub Esra.

Suffragatur huic sententiæ Burgensis, qui ex Ebræo sic vertit verba Danielis: Ab exitu sermonis ad reuertendum & edificandum Ierusalem. Ex quo videtur, inquit Burgensis, quod ex secundo verbo ex reuelatione Domini procedente, de reditu populi in Ierusalem, & per consequens reedificando templum (rectius urbem) debeat hebdomadam computatio incoari.

Eodem modo vertit doctus quidam Ebræus: Ab egressu sermonis de reducendo populo & edificanda Ierusalem.

Et Daniel ipse ait, has hebdomadas non solum super urbem sanctam, sed & super populum definitas esse: quod certè tantam isti populo in patriæ suæ Metropoli redeundi necessitatem imponit, ut ab eodem euentu hebdomadam principium dependere affirmet.

Cum igitur sub Nehemia non sit reductus populus, non ordimur ab eius tempore annos hebdomadam.

DE TERTIA ITERVM.

Debit omnino hebdomadam initium esse illustrius: quia Daniel illud considerari iubet ex euentu celebri, & omnibus notissimo, & ut iam ante dictum est, ex edicto de reditu populi ad incolendam & edificandam urbem. Tempus autem & murorum reparatio, non ita incurrebat in hominum oculos, ut due migrationes populi ex Babylone: quæ erant totius gentis aut magnæ multitudinis in alium locum translatio.

Sed cur ad hanc alteram migrationem potius quàm ad priorem sub Cyro alligemus Danielus hebdomadas, etsi id antea perstrinximus, tamen hic altius repetendum, & pluribus confirmandum est.

Prima sententiæ nostræ ratio nititur ipso temporum consensu, qui ex Ethnicorum scriptis minimeq; suspectis testimonijs elicitur. Qua de re superiores duas tractationes de hebdomadam initio & sine instituimus, & ex professo hoc egimus, ut liquidò ostenderemus, non à Cyro, sed à 7 Artaxerxis Longimani ad 19 Tiberij 490 annos effluxisse. Ac ne quid sine veterum autoritate fecisse videamur, aliquoties iam id inculcamus lectori, celebrem quoq; Chronographum Iulium Africanum restringere hebdomadam initium non ad tempora Cyri, sed Artaxerxis Longimani: hoc tantum à nobis discrepante, quod eas ad 20 Longimani extendat. Cedrenus (pag: 119) uno anno à nobis recedens, ait ab 8 anno Longimani ordiendas esse.

II. Alte-

DISAGOGUE

11. Altera ratio sumitur ex collatione verborum Danielis cum edicto Cyri & Artaxerxis.

Cyri edictum orget templi extruccionem: Daniel de ea verbum nullum. Artaxerxis edictum recitat Esras cap: 7. Constitutum est à me decretum, inquit Artaxerxes, vt, quicumq; sponte voluerit in regno meo de populo Israel proficisci Hierosolyma, is tecum Esra proficiscatur, eo quod tu à Rege missus sis: vt inuisas Iudam & Ierusalem in lege DEI tui, quæ est in manu tua: & vt tecum feras argentum & aurum, quod Rex & consiliarij sponte offerunt DEO Israelis, cuius domicilium est in Ierusalem. Et vasa, quæ tradita sunt tibi ad cultû ædis DEI tui, restitue in conspectum DEI in Ierusalem. Reliquum, quod necessarium fuerit pro æde DEI tui, quod tibi expendendum acciderit, expendas è thesauris Regis. A me Artaxerxe hoc edictum promulgatum est ad omnes, qui thesauris præfecti sunt trans fluuium, vt quicquid postulauerit à vobis Esras sacerdos, illico fiat. Et quicquid denique est, quod præceptum est à DEO cœli, fiat diligenter domui DEI, ne irascatur super regnum, Regem & filios eius. Id quoq; vobis notum facimus, ne vobis sumatis autoritatem imperandi eis tributum, stipendium aut vectigal. Et tu Esra, pro sapientia DEI tui, quæ est in manu tua, constitue iudices & arbitros, qui iudicent vniuersum populum trans fluuium, omnes eos qui nouerunt leges DEI: qui verò non nouerunt, doceatis. Quicumq; autem facere noluerit legem DEI tui atq; legem Regis, de hoc illico fiat iudicium, siue ad mortem, siue ad eradicationem, siue vt facultatibus multetur, siue vt vinciatur. Hæc tenus edictum Artaxerxis.

Quid queso hic aliud facit Esras, quàm vt enarret hæc duo verba Danielis: Considera exitum verbi, seu promulgationem edicti de reducendo populo, & edificanda vrbe Ierusalem? Certè hoc demum fuit edificare urbem, quod Artaxerxes Esram sacerdotem priuilegijs amplissimis instructum, magnaq; multitudine populi comitatum, in patriam dimisit, urbem sanctam inhabitari, legem doceri, cultum DEI instaurari, & iudicia atq; Rempublicam constitui iussit: quodq; *μακρότερον* ille longa beneficiaq; dextra sua ad Ecclesiam DEI erigendam, fouendam, & ornandam, piè ac laudatissime usus est.

Hic reditus, erat vltima gentis illius ex captiuitate reductio, & promissionis DEI de exilijs Babylonicis sine, secunda & gloriosior impletio.

Potuisset quidem sub Cyro, DEO ita statuente, instaurari cultus & Respublica atq; omnia fieri, quæ Artaxerxes octogesimo anno post fieri præcipiebat: ne migratione iterata & alijs molestijs opus fuisset onerari populum. Verum diuine voluntati placuit per certa temporum interualla distribui beneficium, præsertim verò differri reditum alterum, vt initium hebdomadam esset conspectius: ac sciretur certius, annos 490 non ad primam, impeditam, turbatamq; permissionem Cyri: sed ad hanc postremam populi illius migrationem,

nem. cultusq; diuini ac Reip: instaurationem, adeoq; ad finalem liberationem ex Babel trahendos esse.

Etenim si semel tantum, & sub solo Cyro fuisset reductus populus: nemo dubitaret, hebdomadam initium eo quoq; pertinere. Verum cum plurimi Iudaei mansissent in Babylone post edictum Cyri, nec redissent domum exactis 70 annis, has quoq; Israeliticæ gentis reliquias clementer aspexit diuina bonitas: & illas auitis sedibus restitui Regis Artaxerxis pio & benigno mandato voluit: atq; hoc facto DEVS limitem quendam posuit, à quo deinceps 70 hebdomades ad CHRISTVM decurrerent.

Et sane, cum Daniel ibi prophetam agat, deq; temporibus futuris vaticinetur, consentaneum est, eum loqui non de edicto presentis anni, quod paulò post promulgabatur à Cyro, sed de altero, quod alio tempore & ab alio Rege publicandum erat. Sicut enim Ieremias Cyri edictum, prioremq; Iudæorum reditum in patriam prædixerat: ita nunc Daniel Artaxerxis edictum, & alterum populi Iudaici reditum vaticinando determinat.

Confirmatur hoc verbis ipsius Danielis, qui, ut optimus sui interpret, clarius quid sentiat eloquitur, cum ait: Ædificabitur platea & muri Ierusalem in angustia temporum. Id impletum esse sub Nehemia, docet Nehemia liber cap: 4. Cumq; perspicuum sit, hanc partem vaticiniij Danielis interpretandam esse de Nehemia, quid queso erit causæ, quo minus præcedentia verba Danielis, quæ de populi reditu & urbis instauratione loquuntur, ad alteram illam migrationem sub Esra accommodentur? Certe Nehemia & Esra opera ut seculis coniuncta fuere: ita hoc quoq; nexu cohaeserunt, ut essent vaticiniij Danielis de instauratione urbe impletio, & edicti Artaxerxis executio. Et Daniel cum Nehemiam ita depingat, ut ipsum notari absq; interprete intelligatur: cur Esram (cuius non minora erant quam Nehemia in populum DEI merita) vates ille transiliret? An verò non absurdum esset, verba Danielis ad Nehemia tempora trahere, & eadem ab Esra ministerio sancto remouere atq; diuellere?

Daniel igitur non solum finem hebdomadam, id est, mortem CHRISTI: sed etiam illarum initium, id est, Artaxerxis edictum è longinquo cernit spiritu prophetico: & geminam contexit prophetiam, partim hebdomadas præsumens, partim Esram & Nehemiam præuidens, eorum labores copulans, Israelitarum reditum alterum in Iudæam prænuncians, atq; inde 70 septimanarum annos ordiendos esse docens. Apparet etiam Artaxerxis decretum diuino quodam fato in literas relatum, ideoq; libros Esra & Nehemia scriptos esse, ut Commentarij vice essent in Danielis vaticinium, & 490 annorum initium ex ijs narrationibus peteretur. Nam summam libri Esra continent duo verba Danielis: Ierusalem inhabitabitur: & ædificabitur. A regia itaq; munificentia Artaxerxis, publica q; leticia ac felicitate populi DEI, patriam repetentis, ordimur hebdomadas, quarum initium cadit in 7 Artaxerxis, qui est annus 3 Olym: 80, Mundi 3514.

ISAGOGÉ
DE FINE HEBDOMADVM EX
verbis Danielis.

Accedamus ad enarrationem reliquarum partium noni capitis Danielis, in quibus 70 hebdomadam finis, regniq; Iudaici funestus exitus describitur. Primæ 7 hebdomades sunt anni 49, quia hebdomas una septennij spacio abfoluitur. Consumpti sunt illi priores anni 49 sub Esra & Nehemia, urbem instaurantibus. Iungantur his 62 hebdomades, id est, anni 434: erunt hebdomades 69 siue anni 483. Restat una hebdomas, hoc est, septennium ultimum, in cuius dimidio CHRISTVS docuit 3½ annis, donec morte crucis peccatum expiauit & hebdomadib. finem imposuit.

Magnam expositionum varietatem genuit illud: Confirmabit pactum multis hebdomade vna. Nam ut compleretur ultima hebdomadis septennium, extenderunt pleriq; finem hebdomadam ad predicationem Apostolorum, & ad annum quartum à morte CHRISTI. Alij aliud dixerunt:

Nos, saluo aliorum iudicio, solius Messia personam & curriculum à Daniele certis notis describi, & magno consilio ultimam hebdomadem à prioribus separari arbitramur. Ultima enim hebdomadis dimidium ad Messiam, eiusq; eximia opera pertinebat: illa Messiam sisebat presertim: in illa CHRISTVS unctus docere cæpit: nouum fædus sanxit interrogato veteri: peccatum abstulit: iniquitatem expiauit: prophetias implerogato: opus redemptionis consummauit: & iustitiam æternam adduxit. Nec possunt Apostolis tribui ista opera, quorum meminit Daniel, videlicet expiare peccata, auferre iniquitates, adducere iusticiam: quia sunt solius Messia officia, quibus perficiendis Daniel destinatam esse ait ultimam hebdomadem: idq; bis dicit, primum in genere, postea in specie. Generale est: Confirmabit pactum hebdomade vna. Speciale est: dimidia hebdomade cessare faciet sacrificium. Sic generale est illud: post 62 hebdomades excidetur CHRISTVS: vbi dubitari poterat, an mox post completam 62 hebdomadem occidendus esset Messias. Utramq; generalitatem explicat species, quæ docet confirmationem pacti, seu predicationem CHRISTI restringendam esse ad ultimam septimanæ dimidium. Non igitur est sententia Danielis: Confirmabit pactum hebdomade vna, id est, currente & adhuc durante ultima. Ne verò tempus ministerij CHRISTI vel ad totam ultimam septimanam, vel ad eius principium referatur, mox addit correctionem de hebdomadis illius dimidio: ut simul doceat & CHRISTI ministerium annis 3½ duraturum esse, & eius principium ad ultimam septimanæ medium pertinere: alioqui si ab eius septimanæ principio 3½ numerarentur, & finirentur in eius medio, non complerentur 70 hebdomades, sed 69½ id est, anni 487, non 490.

Vidit hoc venerabilis Beda, qui in libro de temporum ratione cap. 7. sic scribit: Non statim post 62 hebdomadas, sed in fine septuagesimæ hebdomadis occisus est CHRISTVS: quam ideo quantum conijcere possumus, segregauit à cæteris, quia de hac erat plura relaturus. Nam & CHRISTVS in illa crucifixus,

us, & à populo perfido non modo in passione, verum continuo, ex quo à Ioanne predicari cœpit, negatus est. Dimidium hebdomadis vltimæ erat XV, annus Tiberij Cæsaris, quando incoato CHRISTI baptisinate hostiarum purificatio fidelibus paulatim vilescere cœpit. *Hæc Beda.*

Memorable est, quod Beda medium hebdomadis vltimæ incipit à 15 Tiberij, in quem supra diximus multos admirandos euentus, quasi conspiratione facta incurrere: quod videlicet eo anno audita sit dulcissima vox æterni patris, filium inaugurantis ministerio, eumq; ut saluatorem commendantis generi humano. Nunc attextitur à Daniele, quod is annus sit vltimæ hebdomadis medium, & auspicijs ministerij CHRISTI concurrat. Ita sanè multæ & illustres erunt notæ anni 15 Tiberij, siue 4000 mundi. Eas quoque in conspectu sint, hic velut in tabella proponemus.

- I. Annus 4000 est Ezechieli cubitus 4000.
- II. Danieli initiū dimidiæ hebdomadis, hoc est, 487 annus hebdomadū.
- III. Lucæ Euangelistæ 30 CHRISTI.
- III. Eidem 15 Tiberij.
- V. Grecis annus 1 Olymp: 202.
- VI. Romanis annus Romæ conditæ secundum Dionysium 781: secundum Varronem 782.
- VII. Item consulatus duorum Geminorum.
- VIII. Mosi 30 Iubilæus.
- IX. Eidem 80 Iubilæus mundi, id est, quartus millenarius.
- X. Ecclesiæ annus baptisimi, & primæ prædicationis Messie, & initium abrogati veteris & constituti Noui Testamenti.

Postea Daniel in specie addit enarrationem eius, quod in genere pacti confirmationem nominauerat: Cessare faciet, inquit, sacrificia & oblationes, hoc est, abrogabit legem seu vetus pactum, & sanciet nouum: idq; factum esse intelligatur primum voce, deinde morte CHRISTI. Nam fœdus, quod in hebdomadis vltimæ medio CHRISTVS sancire incipiebat docendo, in eiusdem hebdomadis exitu confirmauit moriendo: idq; ex vtriusq; Sacramenti, Baptisimi & Cæna Dominicæ institutione sit manifestius. Quemadmodum enim pacti confirmatio, vel dimidium hebdomadis vltimæ sumpsit initium à baptisimo CHRISTI, & ab eo tempore, quo primum Ioannis digito monstrabatur agnus, pro mundi peccatis mactandus: ita eadem hebdomas finita est Cæna Dominicæ institutione, atq; agni DEI mactatione & oblatione in Cruce. Vetus enim pactum requirebat agnorum, hircorum & taurorum sanguinem: sed alio nobiliore sanguine agni DEI oportebat confirmari ac persi-

Baptismus Christi est principium mediæ hebdomadis: Cæna Domini & Crux Christi est eius finis.

Aliquoties autem in scripturis repetitum est, prædicatione & morte CHRISTI impleri legem: ut, Finis Legis est CHRISTVS: Lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem: Ecce agnus DEI: Qua voce ostendit Baptista, vniuersa, quæ legalibus ac typicis mactationibus adumbrata fuerant,

ISAGOGÉ

in CHRISTO impleri: atq̄ huius mactati agni sanguine solo deleri & expiari peccata, non unius hominis, sed totius mundi.

Hanc ipsam legis impletionem spectat velum templi scissum, moriente CHRISTO, & vox Domini, in cruce clamantis: Consummatum est.

Postquam igitur sententiam Danielis de pacti confirmatione explicatam habemus, constituamus etiam de illius prescripto metam seu finem hebdomadam.

Primum quidem ipsa 490 annorum supputatio, deducta à 7 Longiniani ad mortem CHRISTI, argumento esse potest, satisfactionem & mortem CHRISTI, pro peccatis, consummatumq̄ nostræ redemptionis opus, esse 490 annorum scopum ac terminum. Verum eandem quoq̄ metam designat & presinit Daniel his verbis: CHRISTVS excidetur, & nihil erit.

lat Daniel synonyma, more Ebraico, & idem repetit ac declarat alia phrasel. Excidendi verbo mortem exprimit, ut Esaias verbo abscindendi.

cum dicit: Messias nihil erit: genus mortis CHRISTI exprimit & ex consequenti modum seu conditionem regni eius describit, quasi dicat: Perimetur Messias atroci supplicio, & in hominum oculus nihil erit: non erit ei regia pe-

cies, non populus, non regnum mundanum florens gloria, potentia & opibus. Sed prorsus putabitur extinctus & redactus in nihilum. Et quidem decorum

Regis speciem ademerunt CHRISTO vincula, sputa, flagella, & cibices, corona spinea, vulnera, tristissimaq̄, species mortis & crucis. Verè CAR-

STVS nihil erat, cum in cruce exclamaret: DEVS DEVS meus, ut quid me dereliquisti. Et ut Psal. 22 loquitur: Vermis sum non homo. Et

Esaias: Non erat ei species neq̄ decor: Reputauimus eum ut percussum à DEO. Nihil item erat Messias, cum Iudaici populi multitudo, ex-

ceptis paucis, eum abnegaret coram Pilato, & mortis sententia damnatum in crucem ageret, inter duos latrones medium collocaret, neq̄ persequi eum desisteret, donec in cruce obdormiscens, vitam morte clauderet. Testabantur ipsi

regnum CHRISTI minime esse mundanum, quod quidem & Pilato Dominus dicit: Regnum meum, inquit, non est de hoc mundo. Hac itaq̄

omnia, quæ ex his dependent, comprehendere voluit Daniel hac phrasel. Messias nihil erit. Et tamen verum est, regnum eius esse æternum, in quo iusticia

æterna donatur credentibus.

Hactenus delineavit Daniel initium & finem hebdomadam, easq̄ cruce CHRISTI terminari docuit. Nunc progreditur à Messia curriculum ad populi sui fata, & tempora illa describit, quæ hebdomadam finem consecuta sunt. Urbem inquit, atq̄ sanctuarium destruet populus ducis venturi & paulò post: Abominatio desolationis erit super alas &c. Ebrai autem im-

gines pictas aut sculptas nominant abominationes. Abominationem itaq̄ desolationis primò interpretamur de picta imagine expansi & alis Aquila, quam Romani in militaribus vexillis gestabant. Nam Luca 21 Dominus loquens

de

de hac abominatione, meminit exercitus obsidione cingentis urbem Ierusalem, eiusq; aduentum Christianis in fuga signum proponit, cum ait: Cum videritis Ierusalem cingi ab exercitibus, tunc agnoscite appropinquare vastationem eius: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes. Eodem modo Daniel nominatim exprimit utrumq; & exercitū ducus venturi, & abominationem, seu imaginem quandam specie sua finalem deustationem portendentis. Neq; enim satis erat Danieli, bellum suo populo imminens nunciare, nisi & exercitus venientis militare signum, quo certius agnosceretur, ob oculos poneret, & manum monstraret. Idem sentit Origenes in Matthæum homi: 29:

Facta est, inquit, abominatio desolationis eo tempore, quando viderunt circumdantem Ierusalem ab exercitu, vt secundum quod prophetauerat Saluator cognoscant, quod appropinquavit desolatio eius. Et hanc desolationis abominationem factam super templum ab exercitu, Ierusalem circumdante, dicit Propheta vsq; ad tempus consummationis manere. Hæc Origenes. Augustin: tom. 2, ep: 80. Lucas vt ostenderetur tunc factam fuisse abominationem desolationis, quæ à Daniele prædicta est, quando expugnata est Hierusalem, hoc eodem loco Domini verba commemorat: Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius. Apparet itaq; tunc ibi postquam desolationis abominationem, de qua duo illi Euangelistæ locuti sunt, hæc Augustinus.

Quin etiam Moses comparat exercitum Romanum Aquila, in Iudæam inuolanti ad eam excindendam, cum ait: Excitabit contra te Dominus gentem è longinquo ab extremitate terræ, quæ inuolabit vt Aquila: Gentem quæ comedet fœtum iumentorum tuorum, & fructum telluris tuæ, donec te deleat. Et coangustabit te in omnibus vrbibus tuis, donec dericiat muros: Et in hac obsidione, qua adffiget te hostis tuus, comedes fructum ventris tui, carnem filiorum tuorum, &c. Inspectatur totum caput Deuter: 28, videbit lector, Mosen non solum prophetiam texere, sed excidij Iudaici historiam scribere, cum Iosephi narratione prorsus congruentem. Impletum est hoc Mosis vaticinium post annos 1548: tot annis ante prævidit Moses Vespasianum & bellum Iudaicum, quando urbem Ierusalem circumnuolabant vexilla Romanorum, & in vexillis aquila vastatrix.

Est itaq; hæc sententia verborum Danielis: Super alas erit abominatio desolationis, id est, expansæ alæ Aquilarum in vexillis Romanis, conspectæ in Iudæa, certum erunt indicium finalis & perpetuæ desolationis Ierusalem. Ideoq; CHRISTVS ad huius abominationis conspectum iubet suos discipulos fugere: quod paulo ante excidium à Christianis factum esse narrat Euangelius.

Inferbatur autem Aquila Romana in Iudæam (teste Iosepho lib. 3. cap. 1 & 7) aduentante Vespasiano, anno 13 Neronis circa mensem Maium, anno mundi, vt nos supputamus, 4038, à nato CHRISTO 68. Inde ad excidium decurrisse 3½ annos, autores sunt Iosephus & Cornelius Tacitus.

ISAGOGE

Simul autem appellatione abominationis comprehendi potest deuastatio cultus DEI, totaq; tela malorum, abominandorum scelerum, tumultuum, tragicorum casuum, tristissimarumq; cladum ac cadum in Urbe & ipso templo: quæ omnia excidium proximè antecesserunt, & tam pœna quam omnia fuerunt templo, Urbi, totiq; genti.

Recte etiam abominatio desolationis ad Antichristi regnum accommodatur propter similitudinem: quia postrema Iudaici populi tempora imaginem ac typum præferunt extremis temporibus mundi: & quæ in Hierosolymorum excidio contigerunt, ea suo modo in Ecclesia ante mundi finem dominante Antichristo euentura esse, de scripturarum indicio certum est. Ergo similitudine quadam abominatio desolationis primæ ad secundam (quæ simul & spiritualis & corporalis est) rectè transfertur, atq; ad tyrannidem Antichristi, verum DEI cultum mendacio & homicidio deuastantis, merito accommodatur. Ut autem tractatum hunc de septimanis Daniels conclusamus, obseruandum est: vniuersaliter anno 490 post 4 permissiones Regum

Perficorum, accidisse aliquid memorabile in Ecclesia aut politijs.

I. Anno 490 à monarchia Cyri, & reditu Israël ex Babel, Iulius Cæsar occiso Pompeio, quartam monarchiam Romanam auspiciatus est. Et Antipater, Herodis Magni pater, à Iulio Cæsare constitutus est tutor Iudææ: à quo tempore deinceps per annos 117 familia Antipatris & Herodis in Iudæa latè dominata est, vsq; ad Urbis Hierosolymæ destructionem.

II. Anno 490 à secunda permissione Darij de templo exedificando, Augustus Cæsar interfecto Antonio adeptus est Monarchiam. Et interfecto Hyrcano summo pontifice, Herodes nouis honoribus benignitate Augusti Cæsaris auctus est, Iosephus lib: 15. cap. 7. 8.

III. Anno 490 à tertia permissione, & migratione Esra Sacerdotis, CHRISTVS mortuus est, & ex morte reuiuiscens ascendit in cælum.

III. Anno 490 à quarta & vltima permissione, & Nehemie migratione, Herodes Rex Chalcidis, assentiente Claudio Imperatore ademit Iudæis eligendi summi sacerdotis, & impetrauit potestatem in templum & sacrum ararium, quæ potestas mansit penes Herodis posteros, vsq; ad belli Iudæici exitum. Factum est illud anno CHRISTI 46: quia Iosephus lib: 20. cap. 1. adscribit huic narrationi annum 5 Tribunitiæ potestatis Claudij Imp: quod tempus incurrit in annum mundi 4016, CHRISTI 46.

Prima	3434	Secunda	2452
	490		490
	3924		3942
Tertia	3514	Quarta	3526
	490		490
	4004		4016

Est autem numerus 490 annorum mysticus & climactericus: quia septies 70 consummant 490. Hunc numerum expressit Dominus Petro dicens: Remitte septuagies septies. Atq; reperitur ille in multarum magnarumq; mutationum periodis.

SÆCVLVM CHRISTI.

Ex ijs quæ hætenus sunt exposita, promptum est cuilibet ratiocinari, cuiusnam anno mundi salutiferam CHRISTI natiuitatem adscribamus. Si enim 30 anno CHRISTI respondet mundi annus 4000, ablati inde annis 30, relinquitur 3970. Hic est annus ille faustus, patribus omnibus desideratus, quo DEVS, nostri miseratus, effudit diuitias bonitatis suæ, misso & exhibito Messia secundum promissiones, quarum impletionem diuina voluntas in hunc usq; annum distulerat. In huius 3970 anni exordio, VERBUM (quod erat in principio, & per quod omnia facta sunt) CARO FACTVM EST, cum, annunciante Angelo & obumbrante Spiritu Sancto, Dominus noster in utero beatissimæ Virginis conciperetur. Hoc, inquam, tempus elegit is, per quem facta sunt tempora: hoc opportunissimum ei visum est, quo carnem nostram susciperet. Ante eiusdem anni finem DEVS manifestatus est in carne, cum generis humani Redemptor ex matre Maria Virgine verus homo nasceretur, letantibus angelis & sanctis hominibus. Cumq; ille ipse Dominus noster anno M. 4000, ætatis suæ 30 baptizatus esset, & ex eo tempore annos 3½ compleisset, mortuus est propter peccata nostra, resurrexit propter iusticiam nostram, & ascendens in cælum exaltatus est ad dexteram patris in suo sacerdotio & regno. Hoc itaq; spaciū ab anno mundi 3970, usq; ad 4004, verè fuit aureum seculum, quo mundus iste oculis suis DEVM aspexit, natura humana indutum, & carne nostra sine peccato vestitum, & ut Augustinus loquitur, quo DEVS in vero homine quantum sat erat, hominibus apparuit. De hoc tempore honorificentissimè loquuntur Apostoli: ut Ioannes: Veram carō factum habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritate. Et alibi: Quod erat in principio, quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, quod manus nostræ contrectarunt, de sermone vitæ, id annunciauimus vobis. Et Paulus Apostolus Gal. 4. Postquam venit plenitudo temporis, misit DEVS filium suum, factum ex muliere, factum sub Lege, ut eos, qui sub Lege erant, redimeret. 2. Corinth: 5: DEVS erat in CHRISTO, mundum reconcilians sibi. 1. Timoth: 3. Magnum est pietatis mysterium, quod DEVS manifestatus est in carne, iustificatus in Spiritu, visus ab Angelis, annunciatus gentibus, fide agnitus in mundo, & assumptus est in gloriam. Hoc inquam sacrum tempus, ab aliquibus vocatur tempus gratiæ, quod Dominus noster beatissimo ortu suo illud consecrarit, conuersationis suæ dulcedine exornarit, eorumq; operum maiestate insigniuerit: quorum gloria in omni æternitate celebrabitur. Etsi enim

I S A G O G E

aliud tempus in se, non est alio sanctius vel prestantius: tamen propter diuinas patefactiones aut memorabilia opera aliud est alio illustrius & conspicuus: nec sanè negari potest, in longa seculorum omnium tela tempus illud praeuè eminenti, quo Dominus noster, ut quidam dixit, Deitatis suae celsitudinem humili incarnationis sensu occultauit, & corporis, quod uidebatur, humilitatem, efficaci Deitatis operatione euexit.

Numeratio
annorum à
N. C.

Sicut autem ingens DEI beneficium est certa numeratio annorum mundi ante natum CHRISTVM: ita omnino factum est diuinitus, ut adnotaret S. Lucas 15 Tiberij, eumq; copularet cum 30 CHRISTI. Inde enim certò constat, quoto anno Monarchiae quarta tum natus, tum baptizatus sit CHRISTVS. Ea q; una adnotatione si careret Ecclesia, ignota esset nobis numeratio annorum à nato CHRISTO, & Ecclesiastica historia in uersum luce magna destitueretur. Quemadmodum igitur numeratio annorum ante aduentum CHRISTI traditur in Veteri Testamento: ita in Nouo annus 15 Tiberij à Luca annotatus, & cum 30 CHRISTI copulatus numerare docet annos à natali CHRISTI.

Passim autem in Vet. Test. figuris ac enigmatibus elegantissimis contemplandum nobis proponitur beatum illud seculum, quod Dominus noster inter homines uiuens exegit: & in his principem locum obtinet typus Leuit. 19 quem pia consideratione prosequemur.

Enarratio
typi de præ-
putijs fru-
ctuum, Le-
uit. 19.

Iubet DEVS primo triennio post plantationem arborum in terra promissa natos fructus tanquam præputia abijci: anno uerò quarto à plantatione natos fructus DEO dedicari & sanctificari: anno quinto esse commune, hoc est, esui vel usui omnibus. Haud dubiè debuit ea ordinatio mysterium illud quod ad CHRISTI curriculum pertinens adumbrare.

Conferatur igitur plantatio arborum in terra promissa cum prædicatione CHRISTI: & fructus triennij cum triennio prædicationis. Primo triennio erant abijcienda præputia, id est, negligendae gentes, neq; in earum urbibus vel regionibus publica & generali prædicatione annunciandum erat Euangelium, quod fieri tantum oportebat in populo circumciso. Matth. 10. & 19. Act. 13.

Sanctificabantur fructus anno quarto, id est, CHRISTVS anno 4 sui ministerij semetipsum sanctificauit pro nobis. Ioan. 17: & completo redemptionis nostrae opere Sabbatum sanctum egit in sepulcro, uelut quiescens à labore suo, factusq; est primitia dormientium, ut Paulus loquitur. Deinde Apostolos die Pentecostes primitijs sanctificantis Spiritus instruxit, & condecorauit, ut magnalia DEI varijs linguis sonarent: primaq; concione Petri tria millia hominum cætui Ecclesiae adiungerentur. Hoc modo & ipsi Apostoli & eorum auditores, tanquam primitia & fructus in terra illa nati, anno 4 prædicationis CHRISTI, DEO dedicati & consecrati sunt. Quinto autem anno à baptismo CHRISTI, fructus Euangelij erant communes, cum ab Apostolis in toto terrarum orbe doctrina CHRISTI communi prædicatione Iudæis & gentibus annunciaretur. Distat

Distat autem mors CHRISTI à fructibus primùm DEO sanctifica-
 ti, spacio annorum 1500, quemadmodum & à partitione terræ ad baptismum
 Domini, 1500 elapsi sunt.

2504	2500
1500	1500
4004	4000

Ex supputatione igitur 30 Iubilæi Mosis, concurrentis cum 30 CHRI- Anni vitæ Christi.
 TI, & ex typo de præputijs fructuum, colligi propemodum possent uniuersi
 anni vitæ CHRISTI, ante ascensionem exacti. Vixit Dominus annis 30
 usq; ad Baptismum, quod docent Iubilæi & Lucas Euangelista. Anno
 vero 4 post baptismum siue 30 Iubileum Mosis, mortuus est CHRISTVS:

quod discitur ex typo de præputijs fructuum, & ex Daniele adsignante ministe-
 rio CHRISTI annos 3½, quod est hebdomadus dimidium. Moses igitur
 ut alia in CHRISTO, ita hoc quoq; reuelante DEI Spiritu vidit, fore
 ut Messias annum à baptismo quartum viuendo attingeret, eumq; redem-
 ptionis nostræ consummatione sanctificaret, ac nobilitaret. Cumq; diuinus il-
 le vates annos vitæ CHRISTI in numerato haberet, voluit eorundem
 Chronologiam more suo figuris ac picturis venustissimis Ecclesie DEI tra-
 dere.

Suffragatur his dictum Luca 13, ubi CHRISTVS per parabo-
 lam exprimit prædicationis suæ triennium expletum, & quartum annum in-
 coatum, quo & ficum à sese plantatam, sanguine suo aspersit atq; rigauit. Ecce
 inquit, anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficu ista, & non
 inuenio: excinde eam, quorsum etiam terram inutilem reddit? Ille
 vero respondit ei: Domine dimitte eam etiam hoc anno, vsq; quo fo-
 tendatur, & misero stercore, &c. Erunt hæc euentiora, si at-
 tendatur, à baptismo Domini ad mortem eius effluxisse quatuor paschata, de
 quo paulo post.

DIES BAPTIZATI CHRISTI.

De principio prædicationis Baptiste variant scriptorum sententiæ.
 Veteres ex historia concepti CHRISTI coniecturam faciunt, ministerium
 Baptiste aliquot mensibus antecessisse CHRISTI ministerium. Funcius ap-
 plicat Baptiste initium ad 30 Iubilæi parasceuen, quæ incidit in 7 mensem
 Iudeorum.

Euangelista satis indicant, Baptiste initia primò fuisse te-
 nua, collecto exiguo aliquo cætu, donec paulatim creuit numerus, ipso Ioanne
 peragrante (ut Lucas ait) omnem regionem adiacentem Iordani, & prædi-
 cante baptismum pœnitentiæ: quam ad rem plusculum temporis requirebatur.

An autem docere cœperit Baptista in ipsa parasceue, non desinio: alioqui
 ministerium eius fuit velut parasceue Iubilæi non Legis, sed Euangelij: non
 Mosis, sed M. siæ: non veteris, sed noui Testamenti: ut canit Zacharias
 Baptiste parens.

Respondent tamen suo quodam modo legales typi officio
 baptiste, ut sonitus tubæ prædicationi pœnitentiæ, ob quam ipse nominat se
 f iij vocem

ISAGOGE

voce clamantis.

Deinde, Iubileum denunciare tantum *Sacerdotibus* licebat. Et Baptistam ex stirpe sacerdotali natum esse, testatur *Lucas cap. 1.* Sed quicquid statuatur de tempore, quamdiu Baptista ante *CHRISTVS* docuerit, vel quo die aut mense docere cæperit, nos illud in medio relinquimus.

Hoc merito queritur, quo tempore aut die à Ioanne baptizatus sit *CHRISTVS*.

Epiphanius refert baptismi *CHRISTI* tempus ad Nouembrem. *Nos* *Funcium* sequentes, referimus ad diem 10 mensis 7: idq̄ coniectamus ex *Typo*, *Leuit: 23*, ubi de festo tubarum & de festo expiationis ita præcipitur: *Mense 7 die decimo Sabbatum erit, memoriale clangoris tubarum & vocabitur sanctum, Et mox: Mense 7, die 10 erit dies expiationis, & celebritas sancta erit vobis, affligetisq̄ animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino.*

Leuit: 16 præcipitur, ut mense 7 die 10, in festo expiationis summus sacerdos semel in anno ingrediatur in sanctum sanctorum, ut expiet se & sanctuarium, totumq̄ populum. Ista omnia, quomodo ad baptismi *CHRISTI* summum festum aptanda sint, non difficile est dijudicare, considerata *festi* cum resignata in Veteri & Nouo testamento conuenientia.

quemadmodum summus sacerdos semel in anno die expiationis intrabat in sanctum sanctorum: Ita *CHRISTVS* die expiationis baptizatus est, summus Pontificis munere in natura assumpta publicè fungi cæpit, ingressus est in sanctum sanctorum, offerens ac obligans sese aeterno patri ad peccatorum expiationem perficiendam: & eo ipso die unicus iste agnus DEI, omnium hominum delicta SEMEL imponi sibi passus est, pro quibus & aeterno patri æquiualens ad obediencia & morte sua tandem persoluit, aeternamq̄ redemptionem nobis acquisiuit; *Ebra: 9.*

Facit igitur analogia festi expiationis & baptismi *CHRISTI*, ut amplectamur sententiã *Funcianam* de *CHRISTO*, die 10 mensis 7 baptizato. *Quadrant* ad festum expiationis verba concionis diuinæ: Hic est filius meus dilectus, quo delector. Atq̄ ut annum Baptismi *CHRISTI* in Iubileum incidisse antè diximus: ita hic apparet, diem baptismi *CHRISTI* concurrisse cum festo expiationis legalis: cuius veram impletionem in solo *CHRISTO* eiusq̄ unica oblatione spectandam esse, pater de celo voce sua testatur.

Congruit item *CHRISTO* recens baptizato, atq̄ in desertum ducto, typus de capro in desertum misso, in ipso festo expiationis: quod faciliè intelligitur ab *ijs*, qui textum *Leuit: 16* cum historia baptismi *CHRISTI*, eiusq̄ in desertum ingressu, conferunt.

Deniq̄, cum à *Daniele* & alijs tribuantur ministerio *CHRISTI* 3½ anni, qui desinunt in morte *CHRISTI* tempore verno, necesse est 3½ annos ministerij *CHRISTI* ab autumno incoari: alioqui non 3½ sed vel 4 vel 3 anni à baptismo ad mortem *CHRISTI* decurrissent.

Ceterum

Typus festi Tubarum & expiationis.

Sacerdos semel in anno, & ramentum quorandam intrabat: Christus vero semel intrat non quorandam, quia unica oblatione perficitur. *Ebra: 10.*

Dies Bapt: Christi.

Ceterum Gerharto Mercatori, qui post *Funcium Chronologiam*, doctè, diligenter & accurate scriptam edidit, concurrat 4000 mundi, cum anno mortis CHRISTI, & quasi claudit CHRISTVS millenarium. Nobis vero prædicatio CHRISTI aperit & incipit millenarium: & cum mundus orditur millenarium, CHRISTVS orditur nouum Testamentum. Tertulianus annum baptismi CHRISTI eleganter & venustè nominat *limitem inter Vetus ac nouum testamentum*. Hic limes, inquam, nobis est annus 4000, quo non solum millenarius quartus à quinto: sed etiam *Vetus testamentum à Nouo conuenientissimè distinguitur*. Summa: Miraculorum initium (quod fecit IESVS in Cana Galilee, Ioan: 2) simul est millenarij noui principium.

ANNVS MORTIS CHRISTI.

Tribuant aliqui Domino nostro IESV CHRISTO 34 annos vite incoatos: alij 33: alij 35. Manemus autem in opinione communi (sine melioris tamen sententiæ præiudicio) de anno 34 incoato. Alios qui ponunt 35, non sequimur, quia Daniel tribuit ministerio CHRISTI annos 3½ non 4½. Didicerunt idem ex Daniele Ecclesiastici scriptores teste Euseb: lib: 8 demonst: cap: 2. Proditum est, inquit, memoriæ, omne tempus doctrinæ & miraculorum Saluatoris nostri trium annorum & semis fuisse, quod quidem est hebdomadis vnius dimidium.

Ceterum de altera sententiâ, qua mors Domini applicatur ad principium anni 33, etsi non repugnamus quo minus alij eam amplectantur: tamen licet nobis descendendi studio aperire lectori erudito, quid nos torqueat & assensionem nostram turbet. I. Si utrumq; horum detur, & quod à prima Olymp: ad nati CHRISTI Epocham effluxerint anni Iuliani 774: dies 185: quod adfirmarunt Copernicus, alijq; Mathematici: & quod mors Domini incidit in Olymp: 202 annum 4 prope completum: id est, in ver illud quod proximè antecessit initium Olymp: 203: Quomodo mors Domini ab anno 34 remouebitur?

Certum est ex Luca: Baptistam prædicare cœpisse anno Tiberij 15: id est, ante principium 202 Olympiadis: qua ratione cadit CHRISTI 34 in annum 4 Olymp: 202. Ratiocinatur autem Eusebius: mortem Domini incidisse in annum 4 Olymp: 202, eò quod Phlegon inusitatam quandam Solis Eclipsin adscribat ad annum 4 Olymp: 202. Cum igitur ver anni CHRISTI 33 in annum 4 Olymp: 202 non incidat, quomodo & Eclipsis Phlegonis & mors CHRISTI eo pertinebit?

Præterea Eusebius annum 4 Olymp: 202 copulat cum 19 Tiberij, & cum 34 CHRISTI. Cur igitur in Chronicis eius mors Domini accomodat ad 18 Tiberij? cum ipsi Eusebio annus CHRISTI 33, & Tiberij 18 non sit quartus, sed tertius annus Olymp: 202:

II. Gerhartus Mercator, vir in sua arte magnus, refert mortem CHRISTI ad annum Romæ conditæ 784 exeuntem: quod tempus nobis incidit in annum CHRISTI 34, Mundi 4004 ineuntem.

Alias

I S A G O G E

*Alias subtiliores disputationes de Eclipsibus annorum CHRISTI 46
& 60, & de era annorum Nabonassar, Mathematicis relinquimus, quibus
nouum hac de re bellum mouit Gerhartus. Nobis interim satis est id expo-
nere, quod vel veritatis immota fundamentis insistit, vel vero proximum
esse videtur: inter quæ & illud numeraremus, si verbo abesset inuidia, quod
hebdomades Danielis nobis non desinunt anno 33 ineunte, sed 34, si ab Olym-
piadis 80 anno 3 sumendum est supputationis exordium: de quo in superiori-
bus tractatum est prolixius.*

*III. BEDA tomo 2 de temporum ratione ait: Habet, ni fallor, Ecclesiæ si-
des: Dominum in carne paulò plus quam 33 annis vsq; ad suæ passionis tem-
pora vixisse: quia scilicet 30 annorum fuerit baptizatus, sicut Lucas testatur,
& tres semis annos post baptismum prædicauerit, sicut Ioannes in suo Eu-
angelio non solum commemorato redeuntis Paschatis tempore perdocet,
sed & idem in Apocalypsi sua; Daniel quoq; in suis visionibus propheticè deli-
gnat. Sancta siquidem Romana & Apostolica Ecclesia hanc se fidem tenere de
ipsis testatur indiculis, quæ suis in cereis annuatim scribere solet, vbi tempus des-
minicæ passionis in memoriam populis reuocans, numerum annorum semper
33 annis minorem, quam ab eius incarnatione Dionysius ponat, adnotat. Des-
niq; ab eius incarnatione iuxta Dionysium 701, Indictione 14, fratres nostri,
qui tunc fuere Romæ, hoc modo se in natali Domini, in cereis S. Mariæ scitu-
ptum vidisse, & inde descripsisse referebant: A passione Domini nostri IESV
CHRISTI anni sunt 668. Quoniam igitur, vt supra memorauimus, 532 annis
circulus Paschalis circumagitur, his adde 33, vel potius 34, vt illum ipsum, quo
passus est Dominus attingere possis annum, fiunt 566. Hæc Beda.*

*Si quis tamen omnino referendam esse putat mortem Domini ad annum
33 ineuntem, cum optarim prius certi aliquid definire ac docere de his duabus
questionibus.*

*I. Quot annos Iulianos numeret à principio Olympiadum ad nati CAR-
STI epocham: an 774 annos, & dies 185. an vero an: 775, dies 185.*

*II. Quot annos Iulianos numeret à principio Olympiadum ad mortem
CHRISTI diem: an 806 annos: & menses ferme 9: an vero an: 807
menses circiter 9.*

*Si numerat an. 775, dies 185, oportet eum conferre natalem CHRISTI
ad an. 4 Olymp. 194, vt ver 33 anni CHRISTI in Olymp. 202 annum
paulò post exeuntem incurrat.*

*Si numerat 774, dies 185, recidit natalis CHRISTI in an. 3 Olymp.
194: quæ supputatio necessario superabit alteram illam unius anni spacio: &
qui hac ratione est 34 CHRISTI, erit altera supputatione 33. Ubi enim
diuersa sunt annorum CHRISTI principia, quid mirum, si supputatio an-
ticipans superet alteram in annorum numeris?*

*Si numerat à prima Olympiade ad mortem Domini Iulianos annos
806, menses 9, concurrerit ver anni CHRISTI 33, non cum quarto, sed cum
tertio anno Olymp. 202.*

*Si vero à prima Olympiade, ad mortem Domini supputat an. 807,
menses circiter 9, concurrerit mors Domini cum Olymp. 202 anno 4: post men-
ses 3*

ses exeunte
 ciliior erit dijudicatio. *Hæc igitur spacia si rectè definita & constituta fuerint, fa-*
candorem, & equitatem licet discendi & conferendi studio, aliquanto liberius
animi nostri tacitas cogitationes effundere, & qualescunq; coniecturas in me-
dium proferre, suspicamur dissidium illud Chronologicum oriri non tam ex in-
annorum CHRISTI ad Olympiadas applicatione, quam ex annorum
Nabonassaris ad Olympiadas nondum satis determinata, vel explorata &
comprobata accommodatione. Nam Mathematici quidam à prima Olym-
piade ad Nabonassarem supputant annos Iulianos 27, dies 241: & æram
Nabonassaris affigunt ad ver, quod antecessit Olympiadis octauæ initium:
ubi contra Gerhartus Mercator contendit (quod in commentarijs sub anno
3224 explanabimus) numerandos esse annos 28, dies 241. Atq; hoc arbi-
tramur in toto isto negotio esse $\kappa\epsilon\gamma\iota\nu\omicron\mu\epsilon\upsilon\omicron\upsilon$. Si igitur ab artificibus demonstrari ac
determinari posset, æram Nabonassaris alligandã esse ad ver illud, quod pro-
ximè secutum est Olympiadis octauæ (in præcedenti æstate incoatæ) principi-
um, hoc verò esset (nisi nos nostra fallat opinio) arcem causæ inuadere, & re-
serta esset via minus fortè dubia aut fallax, qua ad discrepantium eiusmodi
sententiarum faustam & optatam conciliationem rectã deduceremur. Ve-
rum hos nodos expedire, tantaq; excellentium artificum lites dirimere, nec no-
strarum est virium, nec instituti.

Uniuerſi verò, quotquot mortem Domini ad 33 reijciunt, si CHRISTO
 attribui volunt $3\frac{1}{2}$ annos ministerij, necesse est, ut primum annum prædica-
 tionis Domini faciant 30 CHRISTI ineuntem, non, ut nos, prope com-
 pletum. Et hi quidem pro se allegant verba Luca cap. 3: $\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma \eta\pi \delta \iota\eta\omicron\delta\epsilon \omega\sigma\alpha$
 $\epsilon\tau\iota\eta\iota \epsilon\iota\sigma\iota\kappa\omicron\nu\tau\alpha \alpha\gamma\chi\omicron\upsilon\lambda\lambda\omicron\upsilon$, id est incipiebat Iesus esse annorum quasi 30. Hic
 $\epsilon\tau\iota\eta\iota \alpha\gamma\chi\omicron\upsilon\lambda\lambda\omicron\upsilon$, de 30 ineunte interpretantur. Nos eam dubitatione
 quadam potius quam temeraria asseueratione, ob verioris sententiæ ignoran-
 tiam, de 30 prope completo interpretati sumus: q. d. incipiebat complere an-
 num 30: vel, erat annorum 30, qui iam incipiebant compleri ac finiri. Facit
 nobiscum Epiphanius lib: 2 tom. 1. Erat reuera, inquit, annorum 29, mensium
 10. Triginta quidem annorum sed non plenus: ideo dicit; Incipiens esse anno,
 rum ferme 30. Hec Epiphanius.

De his ergo qui sꝑ suo arbitrio statuat, & si quid certi cognouerit, propter
 communem omnium utilitatem id nobiscum libenter ac amanter communi-
 cet. Non enim alijs nostras opiniones obtrudimus amplectendas: sed offeri-
 mus examinandas & dijudicandas, magnopere letaturi, si nostras $\sigma\upsilon\zeta\eta\tau\iota\sigma\iota\varsigma$
 ad veritatis patefactionem aliquid momenti & adiumenti adtulisse compe-
 riemus.

Hoc loco dissimulandum non est, quod res ipsa dici postulat: Reueren-
 dum & Clarissimum D. LEONHARTVM KRENTZHEMIVM, vi-
 rum doctissimum, & nobis coniunctissimum, unicumq; studij nostri Chrono-
 logici socium, in Chronologia magno Ecclesiæ DEI communiumq; studiorum
 bono

ISAGOGE

bono à se edita, hanc de Mathematicorum lite disputationem ita profectum esse, ut non solum quid in Copernico desideret, quidq̃ in Gerharto Mercatorum prober, liberè profiteatur: Verum etiam Ptolemæum, Censorinum, & pro modo Chronographos Græcorum uniuersos in sua castra trahat. Faceret itaq̃ non possum, quin artifices, qui motus cælestes scrutantur, magno opere hor-ter, ut & Gerharti & Leonharti mei rationes æqua lance examinent, prius inuictas rationes, ex armario artis suæ depromptas, nobis ostendant, quam illos errasse pronuncient: ac ita rem illam agant, ne plus apud præceptorum suorum autoritas, quam ipsa Veritas ualuisse uideatur. Meum quoq̃ adhortationem, ut animo æquisimo accipiant, reuerenter & uehementer peto.

DIES MORTIS CHRISTI.

Quemadmodum de anno, ita non minus de die mortis CHRISTI vari- sciuntur autorum sententiæ, alijs 25 Martij: alijs uerò 3 Aprilis mor- Dominicæ adsignantibus. Gerhartus ponit diem 2 Aprilis. Sed idem mor- ti CHRISTI adscribit annum 35: quod ne nimis turbet lectorem, sciendum est, Gerhartum ordiri numerationem annorum CHRISTI ab anno 2 Olymp. 194 inclusiue: ideo post CHRISTI annum 34 necessario inseruit an- num integrum, ut mors CHRISTI cum anno 4 Olymp: 202 concurreret. Iam si retrahatur natalis CHRISTI ab anno secundo ad tertium Olymp. 194, erit intercalaris ille annus Gerharti idem, qui nobis est 34 CHRISTI. Nos hanc Mathematicorum litem nequaquam faciemus nostram: sed in ce- rum demonstrationibus libenter ac tuto acquiescemus, si eas accurata ipsorum studia ac labores aliquando nobis protulerint: idq̃ ut propter publicam omni- um utilitatem faciant, communi nomine ipsos multum oramus ac obor- stamur.

QUATVOR PASCHATA MINISTERII Christi post baptismum.

Tempori ministerij CHRISTI alij tria paschata tribuere, alij quatuor, alij quinq̃: Quatuor autem Paschata in Euangelistarum narrationibus hoc modo deprehendimus. Primum pascha describitur Ioan: 2, quo eie- cit Dominus uendentes & ementes e templo. Secundum exprimitur Matth. 12. Marci 2. Luca 6. ubi Lucas nominat Sabbatum *ἡμέραν τῶν ἄρτων* (is dies erat à Paschate octauus, & apud Iudæos non minori solemitate ce- lebratur, quàm primus: quemadmodum uulgò nunc dies à Paschate octauus appellatur Dominica Quasi modò geniti) quando discipuli manibus uellebant spicas. An hoc Pascha omiserit Ioannes, qui ferè solet tantum *ἡμέραν τῶν ἄρτων* id est, ab alijs prætermissa recitare, non affirmamus. Tertium habetur Ioan: 6. Matth: 14. Marci 6. Luca 9. in historia de 5 panibus, ubi addit Ioannes, propinquum fuisse Pascha. Quartum & ultimum, de quo om- nes

nes Evangelista.

Ignatius in Epistola ad Trallianos : Expletis tribus annorum decadibus, CHRISTVS baptizatus est à Ioanne, & ubi prædicauit Euangelium, signa & prodigia patrauit triennio, mortuus est & resurrexit. Quidam id probare conantur ex dicto Luca 13 : Ecce eijcio dæmonia hodie & cras, & tertia die consummabor. Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare.

Aliqui typum Exodi 12. de agno Paschali accommodant ad tempus prædicationis CHRISTI. Agnus segregabatur die decimo, & maclabatur 14: Ita CHRISTVS anno 30 segregabatur ad ministerium. & voce Baptiste proclamabatur, digitoq; monstrabatur agnus DEI ad maclationem pro peccatis mundi destinatus. Maclabatur autem anno 34. Verum aliquantò apertius, minusq; infirmum & obscurum est, quod Luca 13. Dominus per Parabolam de sui ministerij quadriennio incoato ait: Ficum habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in ea, neq; inuenit. Dixit autem vinitori: Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficu ista, & non inuenio: excinde eam: quorsum etiam terram inutilem reddit? Ille verò respondens dixit ei: Domine, dimitte eam etiam hoc anno, vsquequo fodero circum eam, & misero stercore, &c. Vbi stercorationis mentione designat CHRISTVS immensam copiam beneficiorum & miraculorum, quibus ultimo ætatis & prædicationis sue anno Iudæos obruit, eosq; tanquam extremo remedio ad sanio rem mentem reuocare conatus est.

Firminus argumentum ex contrarijs colligi potest in hunc modum. Anni 3½ complectuntur menses 42, siue dies 1260: qui numeri reperiuntur in Daniele & Apocalypsi. Et pleriq; veterum exponunt illud Danielis: Tempus, tempora & dimidium temporis, de annis 3½. In Apocalypsi verò 42 menses vel dies 1260 tribuuntur durationi tyrannidis Antichristi: qui cum sit CHRISTO (specie quadam & pretextu similitudinis) longe dissimilimus, maximeq; contrarius, & ideo Antichristus merito dicatur, non permittitur seuire ultra menses 42, siue dies 1260, quibus totidem anni respondent. Nam in annis ministerij CHRISTI similitudo quadam est eius temporis, quod ascensionem Domini consecutū est. Pharisei CHRISTVM persequabantur mensibus 42, siue diebus 1260, siue annis 3½. Ita futurum significabatur, ut Ecclesia premeretur iugo tyrannidis Antichristi, non quidem perpetuo, sed tempore definito, quod persecutionibus Pharisaicis ἀναλογία seu proportione quadam responderet.

Daniel: 7. & 12.
Apocal: 10.
11. 12. 13.

CONCILIATIO CHRONOLOGIÆ

Eusebianæ cum nostra.

Peculiarem habent annorum mundi supputationem Eusebius & reliqui scriptores Græci, petitam ex deprauatis numeris versionis Græcæ LXX interpretum Genes: cap: 5. & 11: ex quibus à creatione rerum vsq; ad diluuium

ISAGOGE

uium colligunt annos 2242, ubi Ebraeis tantum prodeunt 1657, quae est di-
 screpantia annorum 586. Deinde, à diluuiio ad natalem Abrahamae Eu-
 sebius habet 942: Ebrae 292: Quae est distantia annorum 650. Abundant
 itaq; Graecis ab Adamo ad Abrahamum anni 1236. Postremo, ab
 Abrahamo ad natum CHRISTVM supputat Eusebius 2015, (nos 2021.)
 In uniuersum à mundo condito ad CHRISTVM 5199. Inde subtractis an-
 nis superfluis 1236, recidit natalis CHRISTI in annum mundi 3963: quem
 numerum Funcius retinuit.

Examinandi sunt igitur & corrigendi Graecae versionis numeri ad
 textus Ebraici veritatem, & ubi Graeci codices ponunt natalem Seth ad
 230 Adae: ex Ebraicis ad 130 referendus est: idq; in ceteris etiam numeris
 viciosis fiat. Qua de re praclare Augustinus: Rerum, inquit, gestarum fides
 ab ea lingua reperenda est, ex qua interpretatum est, quod habemus.

Nobis id abunde satisfacit, quod Eusebius ait secundum Ebraeorum sup-
 putationem, Abrahamae annum 51 incidere in annum mundi 2000. Inde ad
 templum Salomonis habet annos 933. Hinc ad captiuitatem Babylonicam
 442: in quo numero abundat decennium. Nam Regi Ammon tribuit Euse-
 bius cum LXX interpretibus annos 12: ubi fontes Ebraici & Iosephus ha-
 bent 2. Subtracto igitur decennio, relinquentur 432. & hoc pacto concordabit
 nobiscum Eusebius in anno captiuitatis Babylonicae 3365. Finem vero
 70 annorum exilij Babylonici non rectè accommodat Eusebius ad secundum
 annum Darij Hystaspis, cum constet ex S. literis, eos sub Cyro finiendos fuisse.
 Non quidem in eo fallit Eusebius, quod à 2 anno Darij numerare docet usq;
 ad CHRISTI natalem annos 518: & ad eius baptismum 548: sed quod à
 fine captiuitatis ad N. C. numerat 518, non 535, hic à vero deflectit spatio
 annorum 17: idq; ex eo existit, quod 70 annos captiuitatis in Darium ex-
 tendit.

Pendet itaq; conciliatio Chronologiae Eusebiana cum nostra, ex his
 tribus.

- I. Ex correctione numerorum versionis Graecae, Gen. 5. & 11.
- II. Ex omissione decennij in regno Ammon (4 Reg. 21.)
- III. Ex vera constitutione seu applicatione anni ultimi captiuitatis Ba-
 bylonicae ad tempora Cyri:

2000	3365
933	70
432	17
3365	518
	3970

Quae verò de Eusebiano errore monuimus, illa quoq; de supputationibus
 Origenis, Epiphaniij, Cedreni, Nicephori, & aliorum, quotquot numeros ex
 LXX mutuati sunt, velimus dicta esse.

CONTI.

CHRONOLOG.
CONTINUATIO ANNORVM A NATO
CHRISTO ad annum CHRISTI 532.

37

Anno CHRISTI 532 Dionysius Exiguus, Abbas Romanus, annos à
natiuitate CHRISTI primus numerare docuit: cuius supputationem Ec-
clesia hodie sequitur, & vsu ipso approbat. Horum autem 532 annorum
continuatio trium interuallorum determinatione absolui potest.

- I. A nato CHRISTO ad Censorinum.
- II. A Censorino ad Diocletianum.
- III. A Diocletiano ad Dionysium Abbatem.

I.

Censorinus ab anno primo Iuliano (ante N. C. 45) supputat 283 ad sua
vsq; tempora, id est, ad annum 2 Olymp. 254: à N. C. 239.

II.

Inter Censorinum & Diocletianum intercesserunt 45: quod perspicitur,
si Diocletiano annum Domini 285 adsignandum esse comprobetur. Quia
inter 239 & 285, est distantia 45, utrinq; exclusis annis extremis.

III.

Diocletiani principium hac ratione desinitur. Dionysius scribit an-
num CHRISTI 532 esse æra Diocletiani annum 248. Ergo primus Dio-
eletiani fuit 285 CHRISTI. Præterea scribit Eusebius, excitatam
fuisse persecutionem in Christianos anno 19 Diocletiani: Et Constantinum
Magnum creatum esse Cæsarem anno 4 persecutionis, hoc est, 22 à principio
imperij Diocletiani. Hunc vero primum Constantini annum, testantur
Socrates & alij Græci scriptores Ecclesiastici, fuisse annum 1 Olymp: 271.
Retro igitur dinumeratis annis 22 ab Olympiade 271 ineunte, incidit Diocle-
tiani principium in annum CHRISTI 285: Et Constantini Magni primus
in annum CHRISTI 306. iunge 239, 45, & 248, colliges 532 à N. C.
ad Dionysium.

Deinceps Ecclesia Abbatis Dionysij rationes secuta, supputat annos
CHRISTI ad nostra vsq; tempora: & hodie numerat annum Domini nostri
ex virgine nati 1576, qui nobis est conditi mundi 5546: in cuius vere incipit
annus ab V. C. 2327: in æstate verò annus 3 Olymp: 588. id est à prima O=
lympiade annus 2350 desinens: & 2351 iniens: à principio Constantini Ma-
gno 1270: ab anno primo (connummerato) Dionysij Abbatis 1045: & ab an-
no primo à Iulio Cæsare emendato 1620, ipso tamen anno emendationis vel
confusionis excluso.

ISAGOGE

3970	3219	3196
1576	2327	2350
5546	5546	5546
306	531	3926
1270	1045	1620
1576	1576	5546

Iudei recentiores, à condito Adamo ad N. C. supputant 3760: quibus si adijcias annos CHRISTI, prodibit annus æræ Judaicæ 5336, concurrentes ex ipsorum sententia cum hoc anno nati CHRISTI 1576. Ordiantur autem annos suos ab autumno: ideoq; presenti anno CHRISTI 1576, ineunte autumno, incoant annum mundi 5337. Aberrant illi à veritate spacio annorum 210.

Nos, ut Ecclesiæ DEI gratulamur certam annorum à nato CHRISTO supputationem: ita ad seriem annorum mundi usq; ad CHRISTVM pertendendam vel inquirendam, expositione nostra viam quandam monstrare, & aditum patefacere conati sumus.

I.

ADMONITIO DE VOCABV- lis Chronologicis.

Usi sunt veteres in temporum supputatione peculiaribus vocabulis: quæ etsi horridiora minusq; latina videantur: tamen docendi causa nobis quoq; usurpanda fuere. Talia sunt: exclusiue: inclusiue: annus currens, imens, completus, plus minus completus. Scite enim dictum est: Usu valere vocabula ut nummos. Si itaq; voces illæ sæpiuscule occurrent, & aures delicatas subinde ferient, cogitabit Lector declarandi necessitate, perspicuitatiq; studio à nobis fuisse adhibitas, & singulis artibus atq; scientijs sua esse vocabula τεχνικὰ, quibus artifices id, quod volunt, quodq; ad artem pertinet, efferunt. ijs suo quodam iure ac privilegio sine reprehensione utuntur.

Neq; verò paulum interest in supputando, an aliquis annus accipiatur ut currens: an verò ut completus: id est, an presenti annorum summa adijciatur & connumeretur: an verò ab ea excludatur & remoueat. In distantiarum itaq; supputationibus accuratè obseruetur, ubinam anni completi: ubi incoati intelligendi sint: Quis nam annus presenti numero includendus, quis eximendus sit: idq; priuata cuiusq; diligentia reliquimus, nec vbiq; inculcauimus, aut toties monuimus, quoties opus erat: ne ociosa ac odiosa repetitio vocum, (exclusiue & inclusiue) lectori tedium pareret, & nobis annotandi laborem auget.

Exemplum. A diluuiio ad exitum Israel: ex Aegypto numerantur 797 excluso anno diluuij 1657: eodem incluso 798.

Annus

Annus mortis CHRISTI est vel 4003: iniens & currens: vel 4003 completus, id est, 4004 iniens. Interuallum inter duas migrationes Iudeorum ex Babel est annorum 80, incluso 7 Artaxerxis: eodem excluso 79.

Ad horum vocabulorum classem referatur fictitia vox Aera, qua significatur fixum ac certum aliquod principium publicæ supputationis: Germanis dicitur ein Jahrzal: de quo vide 3933.

II.

ADMONITIO DE HARMONIIS
& interuallis temporum.

Annotauimus passim interualla quedam temporum, & numerorum (praesertim rotundorum) harmonias: id à nobis factum esse intelligatur, non prauo studio, quasi DEO numerorum vincula superstitiose ac impiè iniiciamus: aut nos vel alios ad isthac momenta astringamus: sed ut vel Lectoris memoria adiumenti aliquid subministremus: vel animo eius illa subiiciamus, quorum cogitatione in sapientiæ, prouidentiæq; diuinæ admirationem ac laudem rapiatur.

Desinit DEVS liberrima voluntate regnorum periodos, mutat tempora, gubernat euentus, & metas constituit hominum furoribus, quos tandem sequuntur pænae & fata accersita. Diligentia tamen est pijs hominibus digna, considerare interualla liberationum & pænarum, variasq; vices mutationum: ut mentes ad timorem DEI, aliosq; pietatis motus excitentur. Ideoq; in narrationibus Biblicis plerumq; memorabilibus euentibus sollicitè adscribuntur annorum numeri, & mensium ac dierum nomina, ut his veluti notis commonefacti, tempus temporis, euentum euentui, & interualla interuallis accurate conferamus, & redeuntibus seculis similibus, de similibus pænarum aut liberationum recursu piè diuinemus. Quæ igitur diuersis temporibus DEI disponentis voluntate apud Iudeos vel alias gentes gesta sunt, ea recitamus sicut acciderunt: nec numerorum harmonias ipsi gignimus: sed ex annorum mundi serie genitas, Lectorum oculis spectandas proponimus: Stoica interim necessitate procul remota, & omni superstitione prorsus exclusa.

III.

ADMONITIO DE APPLICATIONE
Olympiadum ad annos mundi.

- I. Omnes anni mundi Centenarij vel millenarij, cadunt in nouam Olympiadem: idq; in Indice consignauimus sub his centenarijs, 3200, 3300, 3400, & sequentibus.
- II. Nullum principium nouæ Olympiadis cadit in annos mundi qui desinunt in hos dennarios numeros: 10, 30, 50, 70, 90: sed in biennium proximè antecedens vel sequens: 8, 12, 16, &c.

I S A G O G E

III. *Anni mundi desinentes in hos denarios, 20, 40, 60, 80, 100, & singula ante vel post eos quadriennia incoant nouam Olympiadem: sed in annis CHRISTI fit contrarium, quia denarij isti: 10, 30, 50, 70, 90, & singula ante vel post eos quadriennia, indicant ineuntis Olympiadis annum, & quod obseruatu dignum est, annorum mundi & CHRISTI (quorum utriq; Olympiadas incoant) hæc est $\alpha\upsilon\theta\upsilon\gamma\iota\alpha$.*

Anni Mundi desinentes in	80.	100.	20.	40.	60.
in annis CHRISTI desinunt in	10.	30.	50.	70.	90.

& utriq; principium dant nouæ Olympiadi.

III.

ADPLICATIO ANNORVM ROMÆ

conditæ ad annos mundi, & CHRISTI.

Annus primus Romæ condita nobis est 3220: ergo inquisiturus annum V. C. subtrahere 3219 ab anno Mundi, de quo queris: prodibit annus V. C. Exemplum: Augustus Cesar natus est Cos. Cicerone an: M: 3909: aufer inde 3219: emerget annus V. C. 690. CHRISTVS conceptus & natus est 3970: hinc aufer 3219: produces V. C. 751.

Si verò scire desideras, Quotus annus Romæ, quolibet anno CHRISTI agatur: adde 751 ad tuum annum à nato CHRISTO, proveniet annus Romæ tunc currens. Exemplum. Adde 751 ad præsentem annum CHRISTI 1576: habebis ei concurrentem ab V. C. 2327. Memorabile est, quod Carolus V. Imp: natus est, exeunte Iubilæo 45 post Romam conditam: id est, anno V. C. 2250 propè completa: quod patet iunctis 751 & 1500: ubi scitur, 2251 incoari mense Aprili eodemq; finire V. C. 2250.

V.

ADPLICATIO ANNORVM

CHRISTI ad annos Mundi.

Annus nati CHRISTI (de quo questionem instituis, quotus sit annus Mundi) adde ad 3970: habebis annum Mundi concurrentem anno CHRISTI. Exemplum. Carolus V. Imp: nascitur anno CHRISTI 1500: hinc annum CHRISTI adde ad 3970: prodibit annus M: 5470: qui est à morte Salomonis 2500: vides itaq; inter Salomonis obitum, & Caroli natalem, intercedere 50 Iubilæos.

Et hæc quidem habui, clarissime & doctissime Doctor CASPARE, quæ de temporum ratione tecum amanter conferrem: de quibus, si erudite doctrinæ tuæ sententias & censuras mecum communicaueris, rem facies, & humanitate tuæ, & coniunctione nostra dignissimam.

Tribuitur tibi consentientibus eruditorum testimonijs, publicaq; omnium, qui te norunt, prædicatione, præter doctrinæ excellentiam, iudicij relictitudinem & dexteritas eximia: quam ut in hoc libello examinando te adhibiturum placeat, ne confidimus: ita eidem opusculo nostro eam optamus felicitatem, ut tui similes

smiles (in quibus Hubneros nostros, Thomam ac Tobiam numeramus merito) Lectores quam plurimos reperiat: qui ad lectionem hanc adferant, mentis oculum sanum, doctrina purgatum, perspicacem, candidum, & rectè dextrèq; iudicantem.

DEO aeterno Patri, Filio & Spiritui sancto, ordinis in natura rerum conditori, ac temporum, vite, salutisq; nostræ auctori, sit laus, honor, & gloria ad omnium seculorum aeternitatem,

A M E N.

A. B.

Tempora qui condis, numerumq; ab origine texis,
CHRISTE, tuas laudes nos numerare doce.

CLARISSIMO ET HONORATISSIMO VIRO D. THOMAE HVBNERO: DOCTRINAE ERVDITAE, ET ELOQVENTIAE laudibus præstanti: amico veteri & vero:
Abrahamus Bucholcerus S. D.

Vlcunda mihi fuit Epistola, qua & iudicium tuum de opusculo meo Chronologico, pro amicitiae nostrae iure ac lege, liberè, candidè, atq; amanter exponis, & querelam adfers, tibi cum D. Casparo communem, de decurcato harmoniarum catalogo. Mones etiam, non vt pergam: sed planè vt festinem, maiorisq; operis editionem quam maturimè perficiam & absoluam. Qua in re agnosco veterem, vel morem, vel amorem in me tuum, quo nunquam desinis me ad piam & necessariam grauissimorum laborum tolerantiam cohortari: Ac parèrem omnino tibi, strenueq; pergerem, si per me solum id staret. Verum nosti, in aeterni DEI manu omnia nostra sita esse, & eo non suggerente vires ac robur, frustra nos niti & laborare. Equidem, vt dicam quod res est, haectenus in suscepto labore, ob valetudinis infirmitatem, progressus sum & tua & mea voluntate tardius. Expecto tamen caelestis medici salutiferam dextram, cuius ope si conualuero, vel meliusculè saltem habuero, de pristina diligentia in opere pertexendo nihil prætermittam. Harmoniarum acerrimum cumulationem accepisses, si paucorum tantum amicorum commodum spectandum, nec potius publicæ utilitatis ratio habenda: neq; etiam priuatum ex calumnijs periculum, prudenter mihi declinandum fuisse. Nimis enim verum est, Thoma, Paulinum illud: Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Id si me quoq; secutum esse

g iij

existi

4

I S A G O G E

existimabis, iam harmoniarum (præsertim nostra tempora respicientium) paucitatem nihil miraberis.

Cæterum quod mihi quæstionem proponis Chronologicam, lætor in meis castris te tam feliciter militare, tibiq; studij utilissimi fructus & amœnitatem gratulor. Bonæ profectò explicationi (quod olim Magnus ille præceptor noster probare solebat) quæstio tua occasio nem præbet: atq; fit hic, quod ille dixit: Doctè qui quærit, seq; alioq; docet. Et alioqui arctissima nostra coniunctio, & amicitia, quæ, DEO autore, cum ætatis nostræ primis annis cœpit & accreuit, atq; nunc in annum 39 sese extendens, felicibus subinde radicibus & ramis aucta, viret ac durat, facilè me excitat & impellit, vt summa voluntate tibi respondere, & vera, accurataq; explicatione satisfacere cupiam, cum alioqui tractationem hanc, in librum commentariorum nostrorum, fuissem reiecturus.

Quæris: Cur Isagoge non alleget Regulam Eratosthenis, quam Dionysius Halicarnassensis nominat incorruptam, & ad eam aliorum Chronographias exigendas censet. Regulam illam, nullus autor, quod scia, recitat integrè: nisi quod Clemens Alexandrinus lib: 1. stræmat: hæc summa capita Chronologiæ Eratosthenis decerpta proponit his verbis: A capta Troia inquit, ad descensum Heraclidarum, Eratosthenes supputat annos 80: Hinc ad conditam Ioniam 60: ad Lycurgi tutelam 159: ad annū qui prima præcessit Olympia 108: à prima Olymp. ad expeditionem Xerxis 297: Hinc ad principium belli Peloponnesiaci 48: ad cladē Atheniensium acceptam à Lacedæmonijs 27: ad pugnam Leuctricam 30 (rectius 34:) ad Philippi Macedonis mortem 35: ad Alexandri mortem 12. Hæc ille. Eratosthenes igitur, quia à prima Olympiade ad cladem Atticam numerat 372 (iunctis 297: 48 & 27) confert cladem illam in annum 4 Olymp: 93: quod liquet ductis 4 in 93. Deinceps habet 30 vsq; ad pugnam Leuctricam. Hic mendum subest, & pro 30 legendum 34. Nam si 30 anni inter duas illas pugnas interfuisent, recideret clades Leuctrica in an: 2 Olymp: 101: quorum neutrum fieri posse, idoneis testibus euinci & comprobari potest.

I. Pausanias lib: 8 & 6: pugnam Leuctricam refert ad an: 2 Olymp: 102. Strabo item adfirmat Helicen & Buram deletas biennio ante res Leuctricas: & Pausanias lib: 7 copulat Helices & Buram interitum cum anno 4 Olymp: 101.

II. Diodorus per omnia Pausaniæ consentiens metitur spacium inter duas illas pugnas annis 34: siue octo Olympiadibus & biennio.

III. Polybius lib: 1: inter pugnam ad Ægospotamos & Leuctricam interponit annos 19 & 16: id est, 35: vbi obseruandum, quod Poly-

L

Polybius connumerat ipsum annum pugnae ad Ægospotamos: qui nobis est annus M: 3567: Eo autem excluso, relinquuntur 34.
 IIII. Omnium scriptorum consensu obiit Alexander Magnus an: 1. Olymp: 114: id est, à prima Olympiade anno 453. Iunctis autem, secundum Clementis annotationem, annis 297. 48. 27. 30. 35.
 V. Idem colligitur ex annis, quibus vel nati vel mortui sunt, Iso= crates, Plato, Aristoteles & Demosthenes: Horum inquam ætates, ad annorum numeros, à Plutarcho, alijsq; consignatos, & ad Prætorum Atticorum seriem, non congruerent, si inter duas illas pugnas tantum 30 annorum interstitium poneretur. Habes sententiæ meæ rationes, quibus interim te, frater cariss, instruendum duxi, dum in libro Commentariorum sub anno 3601 vberius ista à me explicentur: Ac facile patior, vt hanc Eratosthenis tabulam, ita vt dixi correctam, ad Isagoges calcè adijcias, & ad eam omnia nostra examines: idq; si feceris, deprehendes, fat scio, inter Eratosthenis & nostræ Isagoges supputationes, consensum admirabilem: imò poteris hac breui tabella vti, tanquam statuis Mercurialibus, quibus in præcipuis Græcorum temporibus digerendis, ab omni errore libereris, & in vitam regiam ac rectam reuoceris & reduceris. Bene vale & salue virtutum: deq; locis alijs, sicubi hæres, plura ad me perscribe. Si Græcum exemplum librorum Clementis Alexandrini apud Caselium tuum, vel alios amicos, viros doctos, reperies, inspice quæso locum illum, & vide, num Græcus codex habeat annos 30. Mihi hæctenus, post diligentissimam etiam inquisitionem, nulla Græci codicis copia fieri potuit.

TABVLA ERATOSTHENIS.

2788	Troia capta
80	
2868	Descensus Heraclidarum
60	
2928	Ionia condita
159	
3087	Lycurgi tutela
108	
3195	Annus proximus ante 1. Olympiadem
297	
3492	Expeditio Xerxis
48	
3540	Bellum Peloponnesiacum
27	

3567 Clæ

4

ISAGOGE

3 5 6 7 *Clades Attica ad Aegospotamos*
 3 4

3 6 0 1 *Pugna Leuctrica*
 3 5

3 6 3 6 *Mors Philippi Macedonis*
 1 2

3 6 4 8 *Mors Alexandri Magni.*

*Summa: à capta Troia ad mortem Alexan-
 dri, anni 860.*

AMPLISSIMO VIRO,
NOBILITATE GENERIS, DOCTRINA
ERVDITA, HVMANITATE LITERATA, ET PRAE
 claris virtutum ornamentis praestantissimo Domino, **SEBA-**
STIANO HOFFEMANNO: Gorlicensi &c. Patrono &
 amico suo reuerenter & officiose colendo
 Abrahamus Bucholcerus S. D.

QVANTA humanitate ac benevolentia exceperis Paulum Bernauum, à me Gorlicium, ut typis Chalcographicis corrigendis praesset, ablegatum, multis ille verbis, iustaq; oratione predicauit, & ea de te commemorauit, quorum ego cognitione magnopere delectatus sum. Praeterquam enim quod te cum honestissima coniuge belle Valere nunciastis, hoc quoq; addidit, te Deorum, quod dici solet, vitam viuere, & beato quodam, diuinitusq; concesso ocio frui, quod à te in negotia omnium laudatissima, literarumq; studia, totum conferretur & impenderetur. Quam ego felicitatem non possum non vehementer tibi gratulari, & ut diuturna, perpetuaq; sit, tota mente exoptare. Intractando quidem Paulo, homine bono, bonorumq; benevolentia digno, quod liberalitatem ostendisti tuam, non nouum nobis aut inopinatum accidit, ut qui dudum sciamus, quam amanter complerentur, at non edentula, loquitur, illa sunt quae varie profecto animum meum affecerunt, & nouum ac multiplex ad te scribendi argumentum suppeditarunt. Repetis enim sermonem quendam meum, de admirandis Harmonijs, quas praesentia tempora offerunt, si cum vetustis conferantur, & aurem mihi doccas, quod in Isagoge tacitus illas praeterierim. Equidem si nosse te scirem doctissimum Philosophum & Medicum, Doctorem Casparum, crederem vos duos Hoffmannos conspirasse ad me obiurgandum & obtundendum, ob diminutum Harmoniarum numerum: Sed quia nullam inter vos noticiam intercedere

tercedere suspicor, quid possum aliud, quam fortunam meam vel ridere vel incusare, quod in una eademq; causa, ad me oppugnandum, amicorum preciorum suffragia concurrant, quodq; ea qua alter precibus obtinere contendit, alter ex postulatione & iure à me extorquere conetur. Ut autem ista se habeant, nondum tamen me pœnitet consilij, de Harmonijs quibusdam prætermittendis, aut earum recitatione in aliud tempus vel locum differenda.

De dicto domus Eliæ quod sententiam meam sciscitaris, aut potius priusmi nostri colloquij repetitionem flagitas, nunc tibi libens obtempero, meamq; sententiam breui scripto comprehensam ad te mitto, ut eius accessione Isagoge nostra augeatur. Ad te etiam auctarij loco, & ut liberalior tibi videar, distantiarum quarundam Syluulam, quam antea quoq; intimus meus amicus

R. D. LEONHARTVS KRANTZHEMIVS germanico sermone edidit, me ita tum præcipiente & impellente. Nam quod plurimi norunt, Leonhartus, & ego, in extruendo opere Chronologico, operas mutuas tradidimus, & quicquid multorum annoru spacio, utriusq; nostrum sedula cura, diligentia, labore & studio inueniri potuit, in cõmune contulimus, adeo, ut ad adificij illius perfectionem parum admodum defuturum fuisset, nisi de particularibus quibusdam euentibus, Chronologiae vel inserendis, vel eximendis, diuersam quandoq; tulissemus sententiam, & quisq; nostrum postea, suo iudicio, priuatq; studio, iam hunc, iam illum autorem secutus, in opere cæpto quaedã immutanda esse censuisset, qua diuersitas tandem Leonharto & mihi separatae editionis occasionem præbuit. Et hæc quidem eò tibi commemoro, ne tu me prorsus de alieno liberalem existimes. Postrema epistolæ tuæ clausula expetere te ostendit historiolum tyrocini mei, & curriculi Chronologici, quod eam iudices tibi ad studium historicum feliciter absoluendum profuturam. Verum id exponere, minime est ἐπισημῶν, & ego dudum ei rei tacita cogitatione destinaui locum alium. Verè affirmare possum, me in studium istud, non iudicio & consilio ingressum: sed casu delapsum esse, cum in discrepantibus Chronographorum supputationibus conferendis & conciliandis desudarem. Fortè enim tum, inter studiorum labores, deferebar lectionis cursu, ad Iubilæorum supputationem, quam cum ad rationis Funcianæ silum porro deducturus essem ad CHRISTVM, indicavi me rectius facturum, si ab anno 2493 exorsus, numerarem etiam Sabbata agrorum, de quibus Leuit: 25 præceptum erat. Hoc dum ago, cadit mihi primum Sabbatum terræ in annum 2500: cui Funcius terræ partitionem ex Iosue cap: 14 assignauerat. Resilio primum, & miror consursum Sabbati & partitionis, cum illud ex hac dependere debeat. Hic scrupulus etsi me duriter premeret, non tamen effecit, ut de Funcianæ supputationis certitudine addubitarem.

Alterum scrupulum iniecit mihi omisio undecennalis interregni sub Vzia Rege Iuda, ubi integrum mihi non erat, tueri amplius Funcium, aduersus apertissima scripturæ sacræ verba 4 Reg: 15: quibus initium regni Vzia ad 27 Ieroboami alligatur. Ita demum cæpi Funciana diligentius excutere &

atten-

I S A G O G E

attentius considerare: atq; hæc à me fiebant eo ipso anno, ijsq; ferme diebus, quibus Funcius Regiomonti miserè peremptus est. Ex eo igitur tempore, sciam iam 12 annis Chronologica tracto, saxumq; tam grande & graue, cum certâ rei familiaris & valetudinis iactura uoluo, non tam mea quàm aliorum uoluntate, & uolenti cuiusdam fati mei urgentissima necessitate: nec rariò cogitem. Quia uerò tu, humanissime D. SEBASTIANE, opinionem eam de me, nescio unde, concepisti, ut speres, si meis monitis atq; exemplo edocearis, te in historiarum pelago tutius & expeditius nauigaturum, uolui hac breui subiectione cursum tuum promouere, & unum aut alterum scopulum, cautè declinandum, tibi monstrare, ut intelligeres, quàm ego meam uoluntatem ad tuam attemperare, omneq; studium ac officium ad tuam utilitatem componere & comparare cupiam, nec tu fidem meam accusare, aut chartaceum munusculum à me tibi denegatum, queri possis. Quare & in bonam spem erigor, te pro mentis tuæ candore, epistolam hanc animo optimo quo certe scripta est, accepturum, nostraq; omnia in partem meliorem interpretaturum. Bene uale, meq; tui amantem, studiosum & obseruantem, redama. Salutem reuerenter adscribo D. Ottomanno, cuius hospitio per liberali ante annos 23 nouus in Silesia hospes usus sum: Et affini tuo, cuius nomen mihi excidit, Semideum dici credo: Magnis item Scholæ uestræ, in quibus, Maistero, Ludouico, Mylio, & stelligero Atlanti Sculteto: reliquisq; amicis communibus.

Ego Gorlicium cogito, cum primùm aura mitescere cæperit, ut operas nostras Typographicas inspiciam & urgeam. Fieri potest, ut in domum quoq; tuam inuolem, simul tibi dicturus, salue, & uale: rectà inde ad Maisteri Musas. Nam ille toto iam septennio me inuitant & expectant. Tuum interim erit uidere, ut Abrahamum cum accurrerit, Chronicis obseruationibus, ex Archiuis templorum ac urbium undiq; conquisitis, præclare instruas, ac dites: hospitemq; tuum ijs codicibus, de quibus nomen habet, probè onustum dimittas. Hæc scribo 28 die Ianuar: à nato CHRISTO 1574: à condita inclyta urbe Gorlicio, 448 anno. Ita enim in uetustis manu scriptis Annalibus annotatum reperi, urbis uestræ fundamenta iacta esse à Sobieslao anno CHRISTI 1131: id est, anno mundi (ut nos supputamus) 5101: Hac sanè ratione urbs uestra sumpsisset exordium ineunte nouo saeculorum Mundi centenario. Nam annus CHRISTI 1130, qui extructio nem proximè antecepsit, est annus Mundi 5100: id est Iubileus Mundi conditi 102: Mosis 52: Baptismi & prædicationis CHRISTI 22: Est item à Iubileorum Mosaicorum principio annus 2600. Tu si certiora de patria tuæ origine nosti, quæso me doceas. Ego quod in uetusto illo Codice legi, apud te amicum talem, urbisq; tam spectatæ filium, deponere uolui ac debui.

DE DICTO DOMVS ELIÆ.

Reperitur in Iudeorum scriptis dictum Rabini cuiusdam Elia, qui ait, mundum duraturum 6000 annis: quos per partes ita distribuit.

Annos 2000 assignat primo tempori mundi, quod nominat Inane, partim ob hominum, populorum, urbium, ædificiorum, & legum politicarum paucitatem, partim ob diuinarum patefactionum raritatem, quæ eo tempore nondum ita personuerant ac repleuerant mundum, ut sequentibus seculis: Præsertim vero, quod prima promissio de Messia in Paradiso Adæ & Eue tractata, certa determinatione nondum alligata fuerit ad aliquem populum, ex quo ille oriturus esset.

Duos millenarios assignat durationi Legis, id est, tempori à vocatione Abrahæ usq; ad CHRISTVM: id quomodo metientium sit, diximus in Isagoge. Certè admirandum est, quod nostra supputatione à nato Abraham ad natum CHRISTVM totidem prodeunt anni, quot à mundo condito ad Abrahæ vocationem elapsi sunt, nempe 2023. Rursus à vocatione Abrahæ ad N. C. tot sunt anni, quod ab Adamo condito ad Abrahæ natalem decurrerunt, nempe 1948. Anni autem 1948, & 2023 hic habendi sunt pro completis: ut 1949 atq; 2024 in supputationem veniant.

1948	2023
2023	1948
3971	3971

Duos postremos millenarios, quintum & sextum (qui tamen non complebuntur) tribuit Messia. Etsi autem dictum hoc non tribuimus Elia Propheta: tamen nec ijs assentimur, qui illud citra omnem inquisitionem, ut falsum & ἀπίστον rejciunt. Nam & ad feriendos suo gladio Iudeos, commodè eo uti possumus: & numeri Bibliorum sacrorum non ita procul recedunt à terminis ab Elia descriptis: ut vocatio Abrahæ tantum annis 24 distat ab anno M. 2000: Baptismum verò CHRISTI coincidere cum anno M. 4000, totum syntagma operis nostri Chronologici ostendit. Deniq; ad integram annorum M. seriem ab Adamo ad Baptismum CHRISTI vel deducendam, vel animo complectendam, nihil poterat dici accommodatius & compendiosius.

Merito igitur dictum hoc Iudaicum, undecunq; oritur sit, non quidem pro rationum nostrarum fonte, sed pro longarum supputationum compendio ponimus: & Iudeos Rabinorum suorum verbis iugulamus, eò quod Messiam conspici oportuerit anno M. 4000: qui, ut ipsi hodie supputant, ante annos 1337 præterijt: (ut verò nos numeramus, ante annos 1547.) & tamen cæci illi homines imaginarium suum Messiam expectare non desinunt. Atq; hoc sine istud Elia dictum contra Iudeos allegat Munsterus, de quo plura in Isagoge nostra. Colligunt autem Iudei annorum M. sex millenarios ex Genesi, dubijs & infirmis, ut solent, coniecturis: quarum prior est, quod in primo versu Genes: litera κ , quæ mille significat, sexies

h

repetita-

I S A G O G E

repetatur. II. Quòd sex primi patres præfigurent sex tempora M. & septimus Enoch raptus in cælum designet tempus æterni Sabbati in vita futura. III. Quòd analogia quadã sex dies creationis adumbrent sex millenarios AD. quæ coniectura etiam extat apud Ecclesiasticos scriptores. *Irenæus lib. 1.* Quot diebus, inquit, hic factus est mundus, tot & millenis annis consummatur. Et propter hoc ait Scriptura: Consummavit DEVS die sexto omnia opera sua & requieuit die septimo. Hoc autem est & antefactorum narratio, quemadmodum facta sunt, & futurorum Prophetia. Est enim dies Domini, quasi mille anni. In sex autem diebus consummata sunt, quæ facta sunt, manifestum est, quoniam niam consummatio ipsorum sextus millesimus annus est. *Beda tom. 4.*

pag: 23 & 13 in Genes. & Glossa ordinaria Bibliorum, atq; alij quidam ex patribus collationem instituunt sex dierum creationis, & sex millenariorum mundi. Verum nolimus transformare Creationis historiam in allegoriam, etsi negari non potest, multa in primo illo opere facta esse, quæ rerum figurarum imagines & picturas mirificè representent. *Illud forte dignum*

est obseruatu quòd annus nati CHRISTI 1530 fuerit à mundo condito 5500: id est, ipsum medium millenarij ultimi. Itaq; nostra supputatione laudatissimus & potentissimus Imp. Carolus V. velut alter mundi sol, Comitibus illis Augustanus celeberrimis præsedet in ipso medio ultimi millenarij mundi: id est, anno M. 5500: ad quem si addantur iterum 500: complebitur sextus millenarius. Sed Rabi Elias ait, sextum millenarium non expletum in: Ergo nos qui medium eius (5500) non solum attingimus, sed etiam 47 annorum decursu superauimus, secundum Eliæ sententiam, non ita procul abesse sumus à fine mundi. Verum extremi diei annum, qui soli DEO est cognitus, definire, non est Chronologicum neq; Theologicum: & temeritas esset, ad ea scrutanda penetrare velle, quæ angelos in cælo ignorare non pudet.

5500	Carolus V. 1530	1530	5500	Carolus V.
500		47	47	
6000		1577	5547	

C A T A L O G V S D I S T A N T I A R V M.

INter primos Chronologici studij nostri labores accidit, ut vicissitudo supputationum diuersa temporum interualla nobis offerret, quæ cum peculiari charta, in hunc usum destinate, inscriberentur, nata est inde hæc Syluula, in qua non solum climactericos, ut nominant, complexi sumus: Sed ex infinito illo distantiarum numero selectiores quasdam, & quarum exempla in sacris euentibus frequentius occurrunt, coaceruauimus, easq; cum candido lectore communicandas esse duximus, ut cum alijs in toto Chronologia corpore hinc inde sparse lateant, in tabellæ formam contracta, & illustri loco posita, magis conspiciantur, & uno intuitu plures simul comprehendantur, atq; etiam à querentibus sine longiore inuestigatione, sub titulis suis collocata, citius reperiantur. Non hoc nunc agimus, ut cuiquam hic, vel admirandi aliquid mysterij

mysterij reuelemus & ostentemus vel curiosarum aut superstitiosarum cogitationum materiam subministremus: Sed ut lectoris memoria & industria quoquo modo consulamus, ac monstratis compendijs & adiumentis, grauem vel ediscendi vel querendi laborem studiosis minuamus, quod fieri posse credimus, si crebra tabella huius inspectione distantias illas familiariter sibi notatas reddiderint. Nam ea quæ oculis crebrius obuersantur, plerunq; facilius menti imprimuntur, & memoria infixæ tenacius ac firmitus hærent: ut hinc quoq; locum habere videatur illud:

Segnius iritant animum demissa per aures
Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus.

Intelligentur autem in his distantijs anni aliàs incoati, aliàs completi: vel ut Chronographi loquuntur, nunc exclusiue, nunc inclusiue accipiuntur: quod necessario faciendum erit, si quando in his spacijs annus aliquis abundante vel deficere videbitur. Et hæc causa est, cur annos ab exitu ex Aegypto numeremus aliàs ab anno 2453: aliàs à 2454. Idem si in cæteris quoq; euentibus nos fecisse lector cognouerit, cogitabit supputationis diuersitate nos ad hanc necessitatem adactos fuisse. Exactam in his interstitijs atq; præcisam numerationem annorum querant qui possunt. Nos eam nec præstamus, nec pollicemur.

280 ANNI:

id est: quater 70.

- A natali Abrahæ, ad mortem Isaaci 280.
- A condita regia Salomonis (inclus:) ad Romam conditam.
- A morte Alexandri Magni, ad mortem Iulij Cesaris.
- A regno Seleuci primi, ad Monarchiam Augusti.
- A nato Demosthene (inclus:) ad natum Ciceronem.
- A morte Demosthenis & Aristotelis (inclus:) ad mortem Ciceronis.
- A pugna apud lacum Regillum, ad pugnam seu cladem Cannensem.
- A regno Pipini R. Francorum, ad mortem docti & pij R. Roberti: & ad Henricum I. R. Gallie.
- A morte Ottocari R. Boemia (victi & interfecti à Rodolpho Habsburg:

Imp:)	ad mortem Caroli V. Imp:				
1949.	2940.	3648.	3661:	3586.	
2229.	3220.	3928.	3941.	3866.	
3650: inclu:	3477. inclu:	N.C:	750.	1278.	
3929.	3756.	N.C.	1030.	1558.	

350:

id est, quinquies 70.

- A diluuiio, ad mortem Nohe. Gen: 9.
- A nato Peleg & condita turri Babylonica, linguarumq; confusione, ad natalem Esau & Iacob. 350 pleni.

b ij

A nato

I S A G O G E

- A nato Nahor, avo Abrahæ, ad natum Ioseph.*
A nato Thara, patre Abrahæ, ad mortem Isaaci.
A vocatione Abrahæ, & promissione seminis benedicti, ad natum Moysen.
A diluuiio Deucalionis, ad aduentum Aeneæ in Italiam.
A partitione terræ sanctæ, ad gubernationem Samuelis.
A gubernatione Samuelis, ad natum Romulum.
A morte Iosue ad natalem Davidis.
A dedicato templo secundo, ad eiusdem profanationem, collocato idolo Iouis Olympij in templo. 1. Maccab: 1.
A regno Davidis, ad morbum Ezechiæ & fugam Sennaherib.
A regno Darij ultimi Regis Persarum, ad mortem Augusti.
A morte Alexandri Magni, ad gubernationem Pilati.
A nato Constantino Magno, ad regnum Mahometi pseudoprophete.
A Pharamundo primo R. Francorum, ad Caroli Magni regnum.

1656.	1758.	1850.	1879.	2023.	2440.
2006.	2109.	2200.	2229.	2373.	2790.
2500.	2850.	2511.	3456.	2890.	3635.
2850.	3200.	2860.	3806.	3240.	3985.
3648.	N. C.	272.	419 inclus:		
3998.	N. C.	622.	768.		

Reperiuntur & anni 350, sed aliquoties repetiti, in distantiarum spacijs.
ut bis 350 sunt 700: de quo numero infra in centenarijs.

- Ter 350 sunt 1050: Tot anni effluxerunt*
A nato Thara, ad mortem Davidis.
A perfecta Regia Salomonis, ad mortem CHRISTI.
A Mose ex aquis extracto, ad Monarchiam Cyri, & captiuitatis Babilonicæ finem.
A nato Iosua ad regnum Darij Hystaspis, & ad conditum templum secundi.

1879.	2953.	2374.	2401.
2930.	4003.	3434.	3451.

Sexies 350 sunt 2100 de quo in Centenarijs.

397: & 395.

- Ab exitu ex Aegypto, ad Samuelis gubernationem 397.*
A morte Mosis, ad regnum Davidis in Hebron.
A partitione terræ, ad regnum Davidis in Ierusalem.
A templo Salomonis condito, ad repertum librum legis in templo.
A Roma condita ad natum Alexandrum Magnum.
A morte Salomonis, ad templi desolationem, & ad captiuitatem Babilonicam 395.

Amigra-

A migratione Esdræ & instauratione Urbis Ierusalem ad captam à Pompeio Hierosolymam 395.

2453. 2493. 2500. 2934 inclus: 3219.

2850. 2890. 2897. 3330. 3616.

2970. 3514.

3365. 3909.

Hic quoq; numerus reperitur aliquoties geminatus in his exemplis.

Ter 397 sunt 1191. Tot sunt

A morte Aeneæ ad mortem Augusti Caesaris.

A Samuelis initio ad excidium Ierusalem sub Tito.

2794. 2850.

3985. 4041.

Quater 397 sunt 1588. Tot sunt

Ab exitu ex Aegypto ad ultimum excidium Ierusalem sub Tito.

A condita Turri Babylonica ad regnum Nebucadnezaris Magni.

A confagratione Sodomorum ad Alexandri Magni regnum.

A morte Ioseph ad feminam Alexandram in Iudea regnantem.

2453. 1758. 2048. 2310.

4041. 3346. 3636. 3898.

Quinques 397 sunt 1985. Tot sunt

A nato Abraham ad Herodem auferentem sceptrum à Iuda.

A diluuiio ad Monarchiam Alexandri Magni.

1949. 1656:

3935. 3642.

Decies 397 à condito Adamo ad natum CHRISTVM.

430.

A vocatione Abraha, ad exitum ex Aegypto: 430. Exod. 12.

A partitione terræ, ad regnum Salomonis.

A morte Iosue, ad dedicationem templi Salomonis.

A condito templo Salomonis (inclus:) ad eius vastationem anni 430 & dies

430 circiter.

A visione Ezechielis de nouo templo, ad Encœnia Maccabæorum: 430 pleni.

A regno Samsonis, ad Romam conditam.

Ab expeditione Xerxis ad bellum ciuile Iulij & Pompeij.

A Roma condita ad mortem Alexandri Magni 429.

2023. 2500. 2511. 2933. 3378.

2453. 2930. 2941. 3365. 3809.

2790. 3492. 3219.

3220. 3922. 3648.

b ij

490.

ISAGOGE

490.

id est, septies 70.

Hunc numerum exprimit CHRISTVS dicens Petro: Remitte septuagies septies. Et Daniel nominans 70 hebdomadas annorum.
A nato Abraham, ad diluuium Deucalionis 490 pleni. Euseb:
A diluuiio Deucalionis, ad regnum Salomonis.
A migratione Esdræ & Instauratione Urbis Ierusalem, ad mortem CHR.

STI. Dan: 9.

A Monarchia Cyri, ad Monarchiam Iulij Cæsaris.
A condito templo secundo, ad Monarchiam Augusti.
A regno Tarquiniij Superbi, ad Augusti imperium.
A visione Danielis de 4 bestijs siue Monarchijs, ad natalem Augusti.
A morte Cyri, ad Herodem Romæ coronatum in Regem Iudææ.
A coronatione Caroli Magni, ad mortem Imperatoris Rodolphi Habspurgij.
A coronatione Uratislai Regis Boëmorum, ad mortem Maximilianij

II. Imperat:

1949.	2440.	3514.	3434.	3452.	3439.
2440.	2930.	4004.	3924.	3942.	3929.
3419.	3442.	N.C. 801.	1086.		
3909.	3932.	N.C. 1291.	1576.		

Bis 490 sunt 980. de quo numero paulo post.

Ter 490 sunt 1470. Tot effluxerunt

Ab exitu ex Aegypto ad Monarchiam Iulij.

A partitione terre sanctæ & Iubilæorum Mosaicorum initio ad natum

CHRISTVM.

2454.	2500.
3924.	3970.

Quater 490 sunt 1960. Tot decurrerunt

A morte Adæ, ad regnum Davidis.

A diluuiio, ad natalem Alexandri Magni.

A nato Abraham, ad natum Augustum.

930.	1656.	1949.
2890.	3616.	3909.

515.

A dedicatione templi primi, ad dedicationem secundi.

A dedicatione templi secundi, ad primum annum CHRISTI.

A regno Samuelis, ad captiuitatem Babylonicam.

A reparatis muris Ierusalem sub Nehemia, ad excidium Urbis sub Tito.

A regno Davidis in Ierusalem, ad regnum Cyri.

A regno

A regno Cyri, ad mortem Iulij.

A morte Salomonis, ad mortem Darij Hystaspis 515 pleni.

2941. 3456. 2850. 3526. 2898.

3456. 3971. 3365. 4041. 3413.

3413. 2970.

3928. 3486.

A perfecta & completa Regia Salomonis, ad mortem Augusti 1030: id est, bis 515: pleni.

2954.

3985.

Ab erecto tabernaculo in deserto, ad baptismum CHRISTI 1545: id est, ter 515.

2455.

4000.

518.

A condito templo primo sub Salomone, ad conditum templum secundum.

A condito templo secundo, ad natum CHRISTVM.

Ab exitu ex Aegypto, ad distractionem regnorum Iuda & Israel mortuo Salomone.

2934. 3452. 2453.

3452. 3970. 2971.

532. Annus Cycli Magni.

A diluuiio, ad mortem Eber Patris Ebraorum.

A nato Eber, ad mortem Iacob.

A morte Iacob, ad excidium Troia.

A regno Nini, ad diluuium Deucalionis.

A nato Iosua, ad conditum templum Salomonis.

A nato Romulo, ad natum Ennium Poëtam.

A morte Romuli, ad mortem Plauti Poëta.

A Roma condita, ad imperium Annibalis hostis Romanorum.

A desolatione templi & orbis Ierusalem, & captiuitate Babylonica, ad re-

gnantem in Iudaa faeminam Alexandram.

A visione Ezechielis de templo nouo (inclus:) ad captū à Pompeio templum.

A regno Cyri ad natam appellationem Augusti.

A postrema visione Danielis ad conceptum Baptistam.

A condito templo secundo ad mortem Augusti: 532 pleni.

A regno Longimani ad Imperium Vespasiani Maioris.

A migratione Esdrae ad dedicatum Romae templum pacis.

Ab imperio Henrici Aucupis Imp: ad captam à Turcis Constantinopolin 532 pleni.

I S A G O G E

A coronatione Ferdinandi I. R. Hispaniarum ad mortem Caroli V. & imperium Ferdinandi Imp: 532 pleni.

A regno Mahometi ad imperium Friderici I. Barbarosse.

A regno Caroli Magni ad regnum Ottomanni Magni R. Turcorum.

A morte Caroli Martelli, & natali Caroli Magni (inclus:) ad imperium Rodolphi Habsburgij Imp:

A morte Caroli Magni ad imperium Caroli IIII.

A regno Pipini in Gallia, ad vespervas Siculas, quando uniuersi penè Gallia Sicilia occisi sunt.

A primo Rege Francorum baptizato ad mortem pij & docti Regis Gallie Roberti, & ad regnum Henrici I.

A condita vrbe Misena ad natalem Friderici Electoris Saxonie conditoris Academia Vuitebergensis.

A regno Hugonis Capeti R. Gallie, ad imperium Caroli V. Imp:

1656.	1724.	2256.	1908.	2401.	3201.
2188.	2256.	2788.	2440.	2933.	3733.
3256.	3219.	3365.	3378.	3413.	3437.
3788.	3751.	3897.	3909.	3945.	3969.
3452.	3508.	3514.	N.C. 920.	1025.	
3985.	4040.	4046.	N.C. 1453.	1558.	
621.	768.	741.	814.	750.	499.
1153.	1300.	1273.	1346.	1282.	1030.
930.	988.				
1462.	1520.				

Bis 532 sunt 1064. Tot anni elapsi sunt

A nato Davide, ad Monarchiam Iulij.

A regno Davidis, ad renouatum ab Herode templum secundum.

A condito templo Salomonis, ad gubernationem Pilati.

A dedicato templo Salomonis (inclus:) ad mortem CHRISTI.

2860.	2890.	2934.	2941 inclus:
3924.	3954.	3998.	4004.

Ter 532 sunt 1596. Tot decurrerunt

A natali Mosis eiusq; extractione ex aquis, ad conceptum CHRISTVM.

Ab exitu ex Aegypto, ad mortem Vespasiani Maioris, & imperium Titi.

2374.	2454.
3970.	4050.

560.

Id est: octies 70.

Anato

- A nato Mose, ad templum Salomonis.*
- A completa Regia Salomonis, ad Esdræ migrationem & initium hebdomadam Danielis, urbisq; Hierosolymorum instaurationem.*
- A regno Davidis, ad regnum Darij Hystaspis.*
- A regno Davidis in Ierusalem, ad Pascha primum templi secundi.*
- A captiuitate Babylonica & inflammato templo Salomonis, ad Monarchiam Iulij.*
- A regno Caroli Magni ad Philippum VI. Valesium Regem Francorum.*
- Ab Hugone Capeto Rege Francorum (inclus:) ad coronationem Henrici II. Regis Gallia.*

A primo Rege Francorum baptizato, ad mortem Henrici I. Regis Gallia.

2373.	2954.	2890.	2897.	3365: inclus:
2933.	3514.	3450.	3457.	3924.
N. C. 768.	987.	499.		
N. C. 1328.	1547.	1060.		

606.

- A morte Adæ, ad conditam arcam Nohe.*
 - A gubernatione Samuelis, ad dedicatum templum secundum.*
 - A iactis fundamentis templi secundi sub Cyro, ad eiusdem excidium sub Tito: id est: a soluta captiuitate Babylonica ad excidium vltimum.*
 - A Roma condita ad deletam à Romanis Carthaginem 607.*
 - A captiuitatis Babylonica principio (inclus:) ad natum CHRISTVM.*
- | | | | | |
|-------|-------|-------|-------|-------|
| 930. | 2850. | 3435. | 3219. | 3364. |
| 1536. | 3456. | 4041. | 3826. | 3970. |

784.

- A diluuiio Nohe, ad diluuium Deucalionis.*
 - A diluuiio Deucalionis, ad Nabonassarem.*
 - A Nabonassare, ad mortem Tiberij Imp:*
 - A nato Romulo, ad mortem Augusti.*
 - A morte Romuli, ad imperium Vespasiani Maioris.*
 - A condita Roma, ad mortem CHRISTI.*
 - Ab imperio Tiberij Imp: ad coronationem Caroli Magni.*
 - A sine regni Longobardici in Italia, ad mortem Caroli V. Imp:*
 - A baptismo CHRISTI, ad mortem Caroli Magni.*
 - A nato CHRISTO, ad baptizatum Vuitichindum Regem Saxonum, totamq; Saxoniam CHRISTO & Carolo Magno subiugatam, anni 784. pleni.*
- | | | | | |
|-------|-------|-------|-------|-------|
| 1656. | 2440. | 3224. | 3201. | 3256. |
| 2440. | 3224. | 4008. | 3985. | 4040. |

3219.

ISAGOGE

3219. N.C. 16. 774. 30.
4003. N.C. 800. 1558. 814.

3970.
4755.
N.C.
785.

910.

A vocatione Abrahamæ & promissione seminis benedicti, ad templum Salomonis 910. Exod. 12. & 3 Reg: 6.

A morte Ioseph ad Romam conditam.

Ab erecto tabernaculo in deserto, & exploratione terræ, ad inflammationem templi Salomonis & exilium Babylonicum.

A captiuitate Babylonica, ad Constantini Magni imperium (exclusiue)

A nato Abraham, ad natum Dauidem (exclusiue)

A regno Dauidis in Ierusalem, ad Iudam Maccabeum.

A morte Dauidis, ad apertum eius sepulcrum ab Hyrcano.

A morte Salomonis, ad virilem togam Ciceronis, qua sumpta venit in forum: 910 pleni.

A confirmato primatu Pontificis Romani, ad Lutheri disputationem aduersus Tezelium.

2023. 2310. 2455. 3365. 1949. 2897.

2933. 3220. 3365. 4275. 2859. 3807.

2930. 2970. N.C. 607.

3840. 3881. N.C. 1517.

980.

id est: bis 490: vel: decies & quater 70.

A regno Semiramidis, ad conditam Regiam Salomonis.

A migratione Iacob in Aegyptum, ad Romam conditam.

Ab exitu ex Aegypto, ad exitum Israëlitarum ex Babel.

A nato Abraham, ad mortem Dauidis & coronationem Salomonis.

A coronatione Salomonis (inclusiue) ad natum Augustum.

A nato Augusto, ad Henricum Aucupem Imp:

A perfecta Regia Salomonis, ad regnum Herodis.

A regno Dauidis, ad Aristobulum, qui primus post captiuitatem Babylonicam sumpto diademate se pro Rege Iudeorum gessit.

A nato Dauide, ad apertum Dauidis sepulcrum ab Hyrcano.

A Roma capta duce Totila, ad Romam captam nostro tempore.

1960. 2239. 2454. 1949. 2930. 3909.

2941. 3219. 3434. 2930. 3909. 4889.

2954. 2890. 2860. N.C. 547.

3634. 3870. 3840. N.C. 1527.

CEN

CHRONOLOG. CENTENARII ET MILLENARII.

47

ANNI 100.

- Anato Abraham, ad natum Isaac. Gen. 17. Rom: 4.
 A vocatione Abrahæ & reuelata promissione de CHRISTO, ad mortem
 Abrahæ.
 Ab Augusti Monarchia & victoria Actiaca, ad excidium Ierusalem.
 A regno Samsonis, ad regnum Davidis.
 A tertio bello Punico, ad bellum ciuile Iulij.
 A morte Ennij, ad natalem Virgilij.
 Ab exilio Coriolani, ad exilium Camilli: 100 pleni.
 A regno Iosie Regis Iuda ad regnum Cyri.
 A morte Iosie, ad mortem Cyri.
 Anato Maximiliano I. Imp: ad mortem Caroli V.

1949.	2024.	3941.	2791.	3823.	3803.
2049.	2124.	4041.	2891.	3923.	3902.
3482.	3313.	3343. inclus:		N. C. 1459. inclus:	
3583.	3413.	3442.		N. C. 1558.	

200.

- A morte Sardanapali (inclus:) ad regnum Nebucadnezaris.
 A regno Cyri, ad regnum Philippi Macedonis, patris Alexandri.
 Anato Ioseph, ad natum Iosua 201.
 A morte Ioseph, ad mortem Iosua 201.
 A Samaria condita, ad Romam conditam.
 A morte Solonis, ad mortem Platonis.

3148.	3412.	2200.	2310.	3021 inclus:	3424.
3347.	3612.	2401.	2511.	3220.	3624.

300.

- Anato Mathusalem, ad translatum Enoch. Gen. 5.
 Anato Eber (patre Ebraeorum) ad vocationem Abrahæ.
 A morte Iosua, ad mortem Samsonis.
 A Troia condita, ad eius excidium.
 A regno Iosias, ad captiuitatem Babylonicam.
 A Monarchia Alexandri Magni, ad Monarchiam Augusti.
 A LXXII. interpretum Græca translatione Bibliorum, ad mortem Christi.
 A Monarchia Augusti, ad natum Constantinum Magnum.
 Anato Romulo ad natum Socratem 300 pleni.
 Anato Socrate, ad mortem Ennij.
 A regno Iosie, ad regnum Philippi Macedonis, patris Alexandri.
 A regno Philippi Macedonis, ad primum consulatum Iulij 300 pleni.

A morte

ISAGOGE

A morte Othonis Magni, ad imperium Rodolphi I. Habsburgij.

A confirmato ordine Prædicatorum, ad Lutheri initium.

A confirmato ordine Franciscanorum, ad primos Monachos, & Monasterij fugientes, & matrimonia contrahentes nostro sæculo.

687. 1724. 2511. 2488. 3065. 3641. 3704.

987. 2024. 2810. 2788. 3365. 3941. 4004.

3941. 3202. 3503. 3313. 3612. N.C. 973.

4241. 3503. 3803. 3612. 3913. N.C. 1273.

1216. 1223.

1516. 1523.

400.

A bello Peloponnesiaco, ad Monarchiam Augusti.

A nato Socrate, ad natum Virgilium Poëtam.

A morte Socratis (inclusi) ad annum primum nati CHRISTI.

A regno Cyri, ad mortem Iudæ Maccabei.

A Monarchia Alexandri Magni, ad excidium Hierosolymorum sub Tim.

A dissoluto Decemvitorum imperio Romæ, ad Monarchiam Iulij.

A regno Longimani, ad natalem Augusti, & Consulatum Ciceronis 401.

3541. 3503. 3572 inclusi: 3413. 3641. 3524.

3941. 3902. 3971. 3813. 4041. 3924.

3508.

3909.

500.

A diluuiio Deucalionis, ad conditam Regiam Salomonis.

Ab exitu ex Aegypto, ad perfectam Regiam Salomonis.

A morte Ioseph, ad mortem Samsonis.

A regno Latini, ad mortem Romuli.

A perfecta Regia Salomonis, ad conditum templum secundum.

A condito templo secundo, ad eius renouationem sub Herode.

A morte Xerxis, ad mortem Tiberij.

A morte Cyri, ad mortem Antonij & Cleopatræ, et ad Augusti Monarchiam.

A morte Sardanapali, ad mortem Alexandri Magni.

A condito templo Salomonis, ad finem captiuitatis Babylonice, & ad iacta

fundamenta templi secundi sub Cyro: 501.

A regno Dauidis, ad mortem Nebucadnezaris, & exaltationem Iechonia.

A fine captiuitatis Babylonice, ad captam ab Herode urbem Ierusalem.

A capto Cræso, ad mortem Pompeij & Monarchiam Iulij.

A principio belli Peloponnesiacci, ad imperium Vespasiani.

A morte

CHRONOLOG.

A morte Darij Hystaspis, ad imperium Tiberij.
A morte Henrici I. (inclus:) ad mortem Henrici II. Gallia Regum.

2440.	2453.	2310.	2756.	2953.	3453.
2940.	2953.	2810.	3256.	3453.	3953.
3508.	3442.	3148.	2934.	2890.	3435.
4008.	3942.	3648.	3435.	3390.	3935.
3425.	3540.	3486.	1060.		
3924.	4040.	3986.	1559.		

600.

A nato Noha, ad diluuium, Gen. 7.
A diluio ad mortem Iacob.
*A fine captiuitatis Babylonica, ad persecutionem Neronis aduersus Chri-
 stianos.*
*A condito templo secundo, ad mortem Titi Vespasiani, qui templum illud
 destruxit.*
Ab imperio Henrici Aucupis, ad imperium Caroli V.

1056.	1656.	3365.	3452.	N.C.	920.
1656.	2256.	4035.	4052.	N.C.	1520.

700.

A regno Ioseph, ad regnum Salomonis.
A condita Regia Salomonis, ad Monarchiam Alexandri.
A regno Nimrodi, ad regnum Troianum.
A morte Isaaci, ad mortem Dauidis.
A nato Romulo, ad natum Virgilium Poëtam.
A regno Nabonassar, ad Monarchiam Iulij.
*A dedicatione templi Salomonis, ad Alexandrum Magnum ingredientem
 urbem Ierusalem, & parcentem Iudæis.*
A morte Sem, ad natum Dauidem.
A morte Sennaherib, ad mortem Antonij & Cleopatra.
A partitione terra promissæ, ad Romuli natalem.
A nato Constantino Magno, ad mortem Ottonis Magni.
A coronatione Caroli Magni, ad natum Carolum V. Imp:

2230.	2941.	1788.	2229.	3201.	3224.	2941 inclu:
2930.	3641.	2488.	2930.	3902.	3924.	3640.
2159.	3241.	2500.	N.C.	272.	800.	
2860.	3942.	3201.	N.C.	973.	1500.	

800.

ISAGOGE

800,

A nato Seth, ad mortem Adæ. Gen: 5.

Ab obitu Cyri, ad natalem Constantini Magni.

130. 3442.

930. 4242.

N.C.

272.

900.

Ab exitu ex Aegypto, ad transmirationem Iechonia.

Ab obitu Zachariae sacerdotis in templo interfecti, ad mortem CHRISTI.

A morte Salomonis ad Aristobulum, qui post captiuitatem Babylon: principatum in Regiam dignitatem commutauit.

2454. 3103. 2970.

3354. 4003. 3870.

1000.

Primum hic repetamus octo exempla mille annorum in Isagoge hoc ordine enumerata:

A regno Dauidis ad Ciceronem Romæ dicentem causas.

A regno Dauidis in Ierusalem ad Alexandram Iudæorum Reginam.

A morte Dauidis ad mortem Ciceronis: vel: à coronatione Salomonis, ad imperium Augusti.

A dedicato templo Salomonis, & condita domo Regia Salom: ad Monarchiam Augusti.

A condito templo Salomonis, ad Herodis regnum.

A perfecta Regia Salomonis, ad templum ab Herode renouatum.

A morte Salomonis, ad natalem CHRISTI.

Ab ethiopum cæde sub R. Assa, ad mortem CHRISTI. Hactenus Isagoge.

A regno Cecropis (primi Regis Atheniensium) ad regnum Cyri.

Ab exitu ex Aegypto, ad permissionem Dary Hystasspis, de reparando templo secundo.

A conflagratione Sodomorum, ad fulmina Eliæ, quibus centum viros perdidit.

A regno Nimrodi, ad excidium Troiæ.

A Monarchia Augusti, ad mortem Ottonis Magni 1001 pleni.

Ab imperio Iustiniani, ad Ferdinandum coronatum in Regem Boemiæ & Ungariæ nostro seculo.

A morte Iustiniani Imp: ad mortem Ferdinandi Imp:

A morte Iustini iunioris, ad mortem Maximiliani II. Imp:

A nato Constantino Magno, ad imperium Rodolphi I. Habspurgij. 2891.

CHRONOLOG.

2891.	2898.	2930.	2941.	2934.	2953.
3891.	2898.	3930.	3941.	3934.	3953.
2970.	3004.	2412.	2453.	2048.	1788.
3970.	4004.	3412.	3453.	3048.	2788.
3942.	N.C.	527.	N.C.	565.	576.
4943.	N.C.	1527.	N.C.	1564.	1576.
N.C.					1273.
973.					

1100.

- A diluio ad Regnum Latini : à quo dicti Latini.*
 - A diluio Deucalionis, ad bellum Peloponnesiacum.*
 - A morte Samsonis, ad natalem Augusti, & consulatum Ciceronis.*
 - A regno Davidis in Ierusalem, ad Pilatum regnantem Hierosolymis.*
 - A dedicato templo Salomonis, ad ultimum excidium templi & urbis Ierusalem sub Tito.*
 - A conflagratione Sodomorum, ad exitum Sardanapali.*
 - A concepto & nato CHRISTO (inclus:) ad captam à Christianis Ierusalem, & ad mortem Godfridi Bilonai primi Regis Hierosolymorum.*
- | | | | | |
|-------|-------|-----------------|-------|-------|
| 1656. | 2440. | 2810: (inclus:) | 2898. | 2941. |
| 2756. | 3540. | 3909. | 3998. | 4041. |
| | | | N.C. | N.C. |
| | | | 28. | 71. |
- | | |
|-------|-------|
| 2048. | 3970. |
| 3148. | 5070. |
| | N.C. |
| | 1100. |

1500.

- A partitione terræ sanctæ, ad baptismum CHRISTI.*
 - Ab exitu ex Aegypto, ad templum ab Herode renouatum.*
 - Ab imperio Augusti, ad regnum Matthiæ Regis Ungariæ, & ad natalem Maximiliani I. Imp:*
 - A baptismo CHRISTI, ad comitia Caroli V. Imp: anno 1530.*
 - A Roma condita, ad Pipinum Regem Francorum.*
 - A nato CHRISTO, ad natum Carolum V. Imp:*
- | | | | | | |
|-------|-------|-------|-------|-------|-------|
| 2500. | 2453. | 3929. | 4000. | 3220. | 3970. |
| 4000. | 3953. | 5429. | 5500. | 4720. | 5470. |
| | | N.C. | N.C. | N.C. | N.C. |
| | | 1459. | 1530. | 750. | 1500. |

ISAGOGE

1600.

A diluuiio, ad mortem Romuli.

A diluuiio Deucalionis, ad excidium Hierosolymorum sub Tito.

A bello ciuili Iulij & Pompeij, ad pugnam Mauricij Electoris, & Alberti Marchionis.

A morte Iulij Caesaris, ad mortem Caroli V.

A victoria Actiaca, ad victoriam Venetam ad Naupactum.

A morte Antonij ad mortem Sigismundi II. Regis Poloniae.

A primo ingressu Iulij Caesaris in Britanniam, ad mortem Henrici VIII. Regis Angliae.

1656.	2440.	3923.	3928.	3941.	3942.
3256.	4041.	5523.	5528.	5541.	5542.
		N.C.	N.C.	N.C.	N.C.
3917.		1553.	1558.	1571.	1572.
5517.					
N.C.					
1547.					

2000.

A morte Adae, ad mortem Dauidis.

A regno Dauidis, ad imperium Henrici Aucupis Imp:

A condito templo Salomonis, ad initium Christianismi in Polonia & Silesia.

A morte Salomonis, ad imperium S. Henrici Imp:

A regno Nini, ad natalem Augusti & Consulatum Ciceronis.

A natali Abrahae, ad Tribunitiam potestatem Augusti.

A natali Isaaci, ad mortem Vespasiani senioris, & imperium Titi.

A fine captiuitatis Babylonicae, ad natalem Erasmi Roterodami.

930.	2890.	2934.	2970.	1908.	1949.
2930.	4890.	4935.	4971.	3909.	3949.
	N.C.	N.C.	N.C.		
	920.	965.	1001.		
2049.	3435.				
4050.	5436.				
	N.C.				
	1466.				

2100.

id est, sexies 350. vel: tricies 70.

A condita Arca Nohe, ad regnum Alexandri Magni.

A nato Abraham, ad mortem Vespasiani Maioris.

A regno Beli, ad Augusti Monarchiam.

A regno

CHRONOLOG.

A regno Nini, ad mortem Tiberij Caesaris.
 A diluio, ad cladem Romanorum ad Cannas.
 A morte Salomonis, ad mortem Godfridi Billioni Regis Hierosolymorum,
 anno CHRISTI 1100.

1536.	1949.	1843 (inclusi)	1908.	1656.	2970.
3636.	4050.	3942.	4008.	3756.	5070.
	N.C.				N.C.
	80.				1100.

2500.

Ab exitu ex Aegypto, ad imperium Othonis III. Imp:
 A morte Salomonis, ad natum Carolum V. Imp:

2453.	2970.
4953.	5470.
N.C.	N.C.
983.	1500.

3000.

Ab exitu ex Aegypto, ad annum CHRISTI 1484. de quo vide Lichtenbergium.

A morte Mosis, ad editam nostro seculo germanicam versionem librorum Mosis.

A partitione terræ sanctæ, ad comitia Augustana Caroli V. anno 1530.

2454.	2493.	2500.
5454.	5493.	5500.
N.C.	N.C.	N.C.
1484.	1523.	1530.

Reliquas distantias quæ vel ad hos titulos, vel ad alios Centenarios, a nobis prætermisissos, pertinent, reperiet Lector suis quandoq; locis in Chronologia annotatas. Nos ex immenso illo cumulo has tantum delegimus, inq; Catalogum hunc retulimus, ut Lectori studioso, syluulam hanc nouis titulis, pluribusque distantijs augendi & locupletandi occasionem atq; exemplum præberemus.

Distantiæ incidentes in annum

CHRISTI nati 1578.

Hic præsens annus CHRISTI 1578: est à mundo condito 5548.
 A diluio irruente 3892: eodem finito 3891.
 A condita turri Babylonica & confusione linguarum 3790.
 A uocatione Abrahæ 3523.
 Ab instituta circumcissione, & Sodomorum conflagratione 3500.

ISAGOGÉ

- Ab exitu Israël ex Aegypto 3095.*
A morte Mosis 3055.
Ab excidio Troia 2760.
A condito templo Salomonis (inclus:) 2615.
Ab ignea pluvia Elia, qua centum Legatos Ochozia perdidit, 2500.
Ab exitio Sardanapali 2400.
A principio Olympiadum 2353 iniens in astate. Nam huius anni astate incipit Olympias 589.
A Roma condita 2329, iniens die 21 Aprilis.
Ab inflammatione templi Salomonis 2183.
A fine captivitatis Babylonica 2113.
A condito templo secundo sub Dario 2096.
A morte Davidis 2618: Salomonis 2578: Artaxerxis Longimani 2001: Alexandri Magni 1900: Iulij Caesaris 1620: Pompeij 1624: Augusti 1563.
A Monarchia quarta initio sub Iulio Caf: 1624.
A victoria Actiaca & Monarchia Augusti 1607.
A concepto CHRISTO 1579 incipiens die 25 Martij.
Ab baptismo CHRISTI 1548.
A morte CHRISTI (inclus:) 1545 incipiens die 28 Martij: secundum eorum numerationem, qui referunt mortem Domini ad 34 etatis eius incoatum. Sed secundum alios, qui referunt mortem Domini ad 33 incoatum, incipit hoc anno, die 28 Martij, annus à morte CHRISTI 1546: incluso & connumerato ipso anno mortis.
Ab excidio templi & Urbis Ierusalem sub Tito 1507.
Ab imperio Constantini Magni 1272.
Ab imperio Theodosij Magni (inclus:) 1200.
Ab imperio Iustiniani Imp: 1051.
Ab initio regno Mahometi, annus Iulianus 956, die 15 Iulij completus.
A principio regnorum Caroli Magni 810.
A coronatione Caroli Magni in Imperatorem Rom: 778.
A translato imperio Francorum ad Saxones sub Henrico Aucupe 659.
Ab imperio Otthonis Magni 642.
Ab imperio Rodolphi I. Imp: (Habsburgij) 305.
A nato Socrate 2046: Isocrate 2012: Platone (inclus:) 2005: Demosthene (inclus:) 1962: Aristotele (inclu:) 1961: Cicerone (inclus:) 1683: Virgilio 1646: Horatio 1641: Ouidio 1619.
A morte Socratis 1976: Isocratis 1914: Platonis 1924: Demosthenis & Aristotelis 1898: Terentij 1735: Ciceronis 1619: Virgilij 1595: Senecæ & Lucani 1512: Plinij 1497.
A Consulatu Ciceronis & natali Augusti Caesaris 1639.

Anato Carolo Magno 836: Rodolpho Habsburgio Imperatore 360: Friderico III. Imp: 163. Maximiliano I. Imp: inclus: 120: Philippo Carolo V. patre 100: Carolo V. Imp: 79: Friderico Electore Saxonie (qui Lutherum primus fouit) 116: Ioanne Reuchlino sine Capnione 123: Erasmo Roterod: 112.
A morte Constantini Magni 1241: Theodosij Magni 1184: Iustiniani 1013: Caroli Magni 765: Henrici Aucupis 642: Ottonis Magni 605: Friderici primi Barbarosse 388: Caroli IIII, 200: Rodolphi I. Habsburgij 287: Sigismundi Imp: 141: Friderici III. Imp: 85.
A morte Beati Ambrosij 1180: Hieronymi 1158: Augustini 1148: Leonis Magni 1117: Gregorij Magni 974: S. Bernhardi 425: Petri Lombardi 414: S. Dominici (à quo ordo Prædicatorum) 357: S. Francisci 352: S. Bonauenturae & Thomæ Aquinatis 304: Tauleri 129: Gersonus 149.
A Synodo Nicena 1253: Constantinopolitana 1197: Ephesina 1147: Chalcedonensi 1127.
A condita Constantinopoli 1247: eadem capta à Turcis 125.
A capta Roma à Gottis 1168.
Ab editis Institutionibus Iuris 1045.
Ab initio Christianismi in Polonia & Silesia 613: In Liuania 392.
Ab initio ordinis Teutonicorum militum in Prussia 389.
Ab instituto ordine Monachorum Prædicatorum 380: Franciscanorum 370.
A victo & occiso Rege Boemiae Ottocaro ab Imp: Rodolpho Habsburgio 300.
A regno Friderici III. Imp: & inuenta Typographica 138.
A primo certamine Lutheri & Tezely de Indulgentijs 61.
A Confessione Augustana, Carolo V. exhibita, (completus) 48: & incipiens 49: die 25. Iunij.

Typographus Lectori.

EST par est ut sine autoritate, vel eius qui autor est, vel qui aliquid in vulgus ex his nostris officinis emittit, nihil à Typographo tentetur: Ipse autem noster autor, de Epistola clariss. & doctiss. Viri Dn. D. Caspari Hofemani, qua sequitur, nihil permisit significauerit: tamen cum amici quos autor in his locis habet, & iuberent, ut à me ederetur, & periculum in se recipere: Ita ego eorum voluntati acquiescendum, & hanc excusam nostris typis hoc in loco subiiciendam esse putavi. De autore utroque placando, ij qui mihi autores fuerunt, viderint: Ego neq. autoritatem ipsorum defugere volui, neq. committere, ut per me stetisse videretur, quo minus hac in parte iunioribus & discendi cupidis, gratum fieret. Cum certe & Epistola ea sit, & ei annexa tabella, qua augere rerum scientia iuniores possit. Vtere igitur his Lector candide & vale.

ISAGOGE
EPISTOLA CLARISSIMI ET
DOCTISSIMI VIRI, CASPARI HOFFE-
MANNI, artis Medicæ Doctoris, ad Abrah: Buchol.

S Literas tuas benevolentia plenas, Reuerende Vir & amice mihi multis no-
minibus carissime, vnâ cum Isagoge Chronologica, mihi nominatim inscri-
pta, accepi, libroq; mox cursim euoluto, magnopere sum & honore mihi habito
delectatus, & publicæ utilitati gratulatus. Atq; nunc quidem, quod me delege-
ris, cuius nomen scriptis tuis honestares, ago tibi gratias magnas & meritas. In-
telligo quanto tibi factus sim obligatior, nec modica mihi iniecta est cura & solli-
citus, atq; etiâ cupiditas gratitudinis meæ declarandæ, & ostendendi, quanti fa-
ciam insigne istud animi tui optime erga me affectu argumentum. Cœterum quod
in Epistola tua tantum mihi tribuis, quantum me mea tenuitas agnoscere non si-
nit, nisi impudentissimus esse sustineam: id amoris abs te datum est, non rei, vi-
deoque te in cœteris rebus oculatum, hic tamen cœcuiuisse, & iudicio lapsum esse,
qui meæ tenuitatis conscius, amorem præponderare passus sis. Quod prioris
nostræ consuetudinis in aula, veterumq; dictionum & factorum memoriâ mihi
renouas, cum illustri mentione eorum, quibus cum nobis dulcis fuit familiaritas,
adeo mihi gratum accidit, vt ista legens perfundi me voluptate senserim. Erant
omnes quos nominas viri doctissimi & laudatissimi, & præter hos multi alij ma-
gni & sapientes viri, qui vel officij gratia, vel accersiti, subinde aulam frequen-
bant, vt Illustriss. D. Catharinæ aula, Academia verius, quam aula dici posse vide-
retur. Sermones nostri erant nunc de pietate, nunc de sanitate, nunc de intricat-
tis causis quæ inciderant, sæpe Philologici aliquid ex rebus vetustatis proponeba-
tur, recitabantur historiarum, cum commemoratione præclare dictionum & factorum,
accommodabantur illa ad temporum rationem, te nobis præeunte, asperge-
bantur ioci liberales, sales innoxij, omniaq; festiuitate multa condiebantur, vt
nemini tædium obrepere posset. Nulla in nostro sodalitiõ simultas, maleuolen-
tia aut concertatio. Ipsa Domina fauore eximio te prosequabatur, eratq; mira
totius aulæ erga te benevolentia. Sed mentione soceri mei D. Guari VVeigandi
beatæ memoriæ, luctum mihi redintegras. Quam ille vir erat eximius eruditio-
ne, sinceritate, & medicæ artis peritiâ. Excoluerat ingenium ipsius optimus in-
geniorum formator Philippus. Excellens ille medicus Stephanus VVildius ar-
tem medicam illi tradiderat & filiam, & erat alioqui in medendo, & aliâs magnæ
solertiæ & dexteritatis, multaq; in eo humanitas & vrbaneitas. Felix mihi tum
videbar, quod Francofurti, quasi in medio degens, Crosnæ haberem socerum
mei amantissimum, & te talem amicum, Custrini vero D. Adrianum Albinum
Cancellarium, alterum soceri mei generum, erga me non aliter, ac si frater ger-
manus esset, affectum. Vtinam multos huic viro similes haberet Respublica, qui
ad res politicas, præter iuris cognitionem, adferrent ingenium eruditione per-
politum, & mores incorruptos, tum prudentiam, vsum rerum, dexteritatem in
dijudicatione causarum, ac præterea fidem & vocem. Multo plures inuenias,
qui leges bonas cogant esse in mancipio malorum affectuum, & qui lucro inhi-
antes, controuersias constituere malint, quam tollere. Verum his omisis,
ad quorum recordationem refricatione tua delatus sum, venio nunc ad Isago-
gen, de qua publico nomine tibi gratias ago, quod acutè à te inuenta & diligen-
tissime supputata, aliâq; non tam congesta, quam ordinatissimè digesta, quæ ali-
us sedulo occultasset, omnes cognoscere, quam solus scire maluisti. Ac vehemens-
ter laudo studium tuum indefessum, mirificam sagacitatem, industriam labor tuus
rem, & laborem immensum. Scio te reperturum plurimos, quibus labor tuus
non tantum summè placiturus sit, sed qui vltro etiam animi sui gaudium, ob osten-
sum

sum Ariadnes filium, apud te professuri, eoq; nomine dignas tibi gratias acturi
 sum. Ne tu autem homo mirus es, qui tanto studio sententiam meam de tuo
 opere exquiris, & enixe petis ac obtestaris, ut quid in eo mihi displiceat, signifi-
 cem, atq; etiam, si Dijs placet, censorem me libri tui constituis. Id nimirum re-
 quirendum erat ab aliquo diuittis ingenij homine, qui in hoc studio aliquandiu
 decurrisset, & ad iudicandum adferret cognitionem exactam rerum illarum, de
 quibus iudicium suum esset interpositurus, quicq; ocio abundaret necessario, ad
 considerandum tam abstrusa. Tibi verò non ignota est studiorum meorum ratio,
 ac nosti præterea, quam mihi sit vita negociosa, dum nemini non de valetudine
 tua me consulenti, fidelem operam medicam præstare studeo. Ad alium igitur
 peritorem hanc provinciam deferas oportet, qui artifex ipse de artifice iudicare
 possit. Ne tamen petitionem tuam nullo loco habuisse videar, tuq; postea à me ni-
 hilo iudicatum conqueri & stomachari possis, exponam sanè quid sentiam, ac no-
 tabo quædam, magis ut morem geram voluntati tuæ, & fidem tibi faciam perlecti
 operis, quam quod opus sit quicquam tale à me scribi. Primum placet mihi bre-
 uis illa & artificiosa annorum à condito mundo vsq; ad Christum deductio & con-
 tinuatio. Supputatio item annorū Nabonassaris, quos gemina copulatione necis-
 cum annis sacrorum Bibliorum, vnde sequens omnis series dependet. Iubilæorū
 quoq; exordium egregiè à te è tenebris in lucē productum est. Sed si quem alium,
 me imprimis afficit mirifica Harmoniarū congruentia & concinnitas, veluti quod
 ostendis paria spacia à primo templo vsq; ad secundum: & à secundo vsq; ad Chris-
 tum. Sentio non deliniri tantum animum meum, sed obstupescere ad tantam eius
 sententiam, quæ sæpe porior est argumentis, & multa, quæ alioqui non venissent in
 mentem, cogitanda & considerata suggerit. Quoties locerum meum D. Gua-
 rum, piæ memorię, memini ex ore tuo totum pendere, cum harmoniarum memo-
 rabilia exempla recitares, & ex similitudine numerorum similes euentus demon-
 strares. Veluti cum à morte Iulij Cæsaris ad mortem Caroli V. numerares annos
 1600. Totidem à bello ciuili Cæsaris & Pompeij, ad nostri temporis bellum
 Actiæ, ad pugnam prope Naupactum, vbi Turcæ profligati sunt.
 De Hebdomadum Danielis supputatione explicatissima & dexterrima amo-
 te, quod hic quoq; certū numerandi initium constituis, idq; ex firmis & apertissi-
 mis fundamentis. Res profectò pietatis plena, & labore impenso digna, ex defini-
 to annorum numero, infallibili supputatione, aduentū tot sæculis expectati Mes-
 sia, apertissima demonstratione ob oculos ponere, ut is sine dubitatione & erro-
 re agnoscere possit. Facit hoc ad religionis nostræ certitudinem, & ad refutandas
 vanae Iudæorum blasphemias. Hic si quis industriæ tuæ se nihil debere affir-
 met, ingratus sit oportet. Ac miror perspicuitatem demonstrationis, ut legens
 recorder dicti tui, cum nescio cui recitationi hoc epiphonema accineres: Hæc
 non quaesita, sed secuta sunt. Accessit etiam libro tuo dignitas ex insertis
 obiter explanationibus rerum scitu dignissimarum, quæ reconditam eruditionem
 sapient. Veluti quod insigniores aliquot typos veteris testamenti quasi enucleas-
 tos proponis, & aptissimè accommodas non rebus tantum, verum etiam tempo-
 ribus. Nec minoris precij sunt illa, quæ adfers de partitione terræ promissæ, de
 primitijs fructuum, de botro, de paschate Ezechia, de 47 cap: Ezechielis, vbi ad
 dictum domus Eliæ ingeniosè accommodas 4 millenarios Ezechielis. Præ-
 clara sanè hæc omnia; Sed est præterea alius insignis locus, & nescio an non præ-
 cipuis, nempe Applicatio Cos. Romanorum & Imperatorum ad tempora
 CHRISTI, & horum omnium ad Olympiades. Hanc partem libri plurimum
 mirantur & laude vehunt eruditi. Ac quidam cum ad hunc locum legendo per-
 uenisset, & nodum difficil. m, qui (ut credibile est) diu ipsum torserat, explica-
 tum inuenisset, exclamauit: Gordius hic nodus non ense sed arte solutus. Tu
 certe

I S A G O G E

certè eo in loco mirificum te artificem præbuiti, & præstitisti quiddam conium-
ctum cum eximia utilitate. Nam ut reliqua tenebris inuoluta facuissent, tamen
tempora CHRISTI illustrata, & cum Olympiadibus conciliata esse, magnum
est. Neque enim video, quomodo Hebdomadam Danielis supputatio à certo ali-
quo principio, secundum Olympiades, usque ad CHRISTI mortem deduci possit,
nisi CHRISTI tempora ad Olympiadas certa ratione alligentur.

Expofui quid præcipuè mihi placeat in opere tuo. Nunc quid ego & popu-
lus mecum delideret, audi: quandoquidem id non solum cupidè experere vide-
ris, sed etiam iubes, flagitas, vrges. Age, non defugiam autoritatem tuam, præ-
sertim cum ^{ὁμόφωνος} habeam clarissimum & eruditissimum virum, Thomam Flus-
bnerum tuum. Quinetiam iure hoc facturum videor, posteaquam mihi ex dedica-
tione iam aliquid in Isagogen iuris accessit. Intelligo te de alia editione cogi-
tare, ut labor tuus in manus hominum emendatior veniat. Hic primum pote-
ram illud obijcere, quod res tantæ amplitudinis adumbrasse potius, quam plene
depinxisse: tardioribus etiam quædam sepelisse videri potes, quæ nemo non ple-
niora esse optaret. Sed ignoscimus tibi nunc Isagoges scriptori, nosque spe maio-
ris operis sustentamus, ubi te omnibus cumulatè satisfacturum confidimus. Il-
lud verò miror & doleo, Chronologiæ seriè saltem dimidiatam proponi, nec por-
rò deductam esse ad nostra usque tempora. Dices, iniquè tecum agi, quod non con-
tenti ijs quæ communicasti, & pro quibus gratiæ agenda erant, de Indicis breui-
tate conqueramur, & te vtrò etiam accusemus. At, ego malim te plenam apud
omnes inire gratiam. Sunt enim qui non minorem aviditatem ad recentiora,
quam ad vetera adferant, & semper morosi aliqui inveniuntur, qui fastidiant ea,
quibus ad integritatem aliquid deesse videtur. Isti omnes placarentur, si ea quæ
sequuntur ad nostra usque tempora, annecterentur. Nondum audisti omnia.
Nam in textura quoque deuiatum esse res loquitur ipsa. Habet Isagoge tua septem
Harmonias ex certis temporum intervallis sumptas, ubi inter legendum oculi
mei multò plures requirebant: plures certè meus focer, ego & alij, ex te audierat
mus. Ut enim maximè voluisses ingenij tui fortum constitutioni corpusculi tui
conformare: non tamen ad illum corporis tui statum in Indice contextendo respici-
cere debuisses, quo à morbo macer & iunceus prorepere soles, quasi cum cicadis
rore passus sis: Ea enim ratione factum est, ut pauciores, quam expectaueramus,
Harmonias enumerares, & nos magna utilitate fraudaremur. Præsidium quæres
ex nomine Indicis. At, ego hanc illi vocem deesse conqueror, locuples. Da igitur
prodeat corpulentior, auctior, & locupletior. Eius rei exemplum sit ludus qui-
dam tuus (ut tum appellaueras) Chronologicus, de quo verba tua tibi occinam,
quæ in foceris mei Chronicis tua manu consignata reperi. Memoratu, inquis, fa-
ciles, & nonnunquam memorabilibus eventibus insignes sunt anni mundi, in
quibus occurrunt iidem numeri, sed repetiti, in denario & centenario, Ut anno
mundi 3232 geminantur 32 in denario & centenario: sic in 3434: 3636: 3838:
4040: 4242: 5050: 5252: 5454: ubi eorundem numerorum iteratio conspicu-
citur in denario & centenario.

Anno igitur mundi 3232 decem tribus Israel abductæ sunt in Assyrios, tot
tumque Idolatricum illud regnum desijt.

Anno 3434 Cyrus capta Babylone, interfectoque Balthasare Rege Assyrio-
rum, Persicæ Monarchiæ fundamenta iecit.

Anno 3636 Alexander Magnus, mortuo patre Philippo, Regnum Mace-
doniæ adiit.

Anno 3838 Simon Maccabæus in conuiuio, à genero suo sceleratè interfe-
ctus est: Et Scipio Africanus Minor secundum consulatum gessit.

Anno

Anno 4040 (CHRISTI 70) sublati s̄ medio Galba, Otthone, & Vitellio, Vespasianus Maior imperare cœpit, & filio Tito urbis Hierosolymæ obsidionem commendauit, quæ & anno sequenti excisa est.

Anno 4242 (CHRISTI 272) natus est Constantinus Magnus.

Anno 5050 (CHRISTI 1080) Rudolpho Duci Sueviæ præcisa est destra, ad Marsburgum in prælio aduersus Imperatorem, cui obedientiæ fidem iurando promiserat.

Anno 5252 (CHRISTI 1282) Galli ferè vniuersi in tota Sicilia deleti sunt, ad campanæ sonitum, quo plebs ad vespertinas preces conuocabatur: vnde dicta vespere Siculæ.

Anno 5454 (CHRISTI 1484) auorum nostrorum memoria multa acciderunt reatu non indigna: sed in his illud eminet, quod N. N. vitæ suæ annum primum tunc egit. Agnoscis eruditum ludum tuum, Agnoscis verba tua, Abraham, quæ miror cur tu Harmonijs vel obseruationibus Chronologicis non inuenieris, cum & me & alios Chronologiæ studio deditos ea commemoratione immo primis iuari ac delectari intelligas: teq; moneo & oro, vt talibus obseruationibus alteram editionem libri tui impleas, neq; nos ea vtilitate priues. Etsi enim rationes non ita dubiæ sunt, cur tu de nostris temporibus odiosiora quædam prouidenter reticueris & dissimulaueris: tamen etiam monendus & rogandus es, ne prorsus parca manu nos alas, sed mensura paulò ampliore desideria nostra expleas. Ego in meum vsum mihi tabulam, totius Ilagoges capita continentem, parauit, quam descriptam, cum his literis mitto, vt eam inspicias, corrigas, auctioremq; mihi remittas. Videatur illa sanè parui momenti esse: sed vt hoc quoq; scias, Doctissimo Monauo placuit: ac mentiar nisi falsi sunt alij quidam, sibi lucis aliquid inde affulisse, cum antea caligantibus oculis animum ad scopum non intenderent.

Quod ad maioris operis editionem attinet, nimis tu lenta expectatione nos torques, neq; tamen video causam alicuius momenti, cur ab edendi consilio non dico resilire, sed saltem editionem procrastinare debeas. Poterat incipientem deterrere difficultas, cum tibi initio idem acciderit, quod aurigis, quibus ad inuicta tendentibus noua orbita est perfringenda. Sed nunc complanatis itineribus, quid habes quod tergiuersationi tuæ obtendas? Tu fortasse meticulosa & suspicaci cogitatione tibi pericula confingis, inuidiæ telis obijcere te nolles, calumnias horres, censores iniquos metuis, aut fortasse tædet tantum laborem ingratis defus dare. Atqui horum nihil est, quod te ab edendo retardare, multò minus deterrere aut abducere debeat, si rem rectà reputeris. Primum enim neq; tu, neq; quisquam alius ex omni mortalium numero rem eò perducet, vt omnium obloquentium ora obstruat. Nec hominis est præstare, quid quisq; suspicetur, sentiat, fingat, rodât, carpat, in tanta ingeniorum petulantia, & iudiciorum prauitate. Pendere autem à iudicijs vulgi, stultissimè prærunq; de rebus iudicantis, & vertere se ad quorumlibet placita, affectus, æstimationes, approbationes, & improbationes, patiq; animum suum ad aliorum voluntates circumagi, quale sit, intelligis ipse. Tibi abunde satis esse debet, quod animo integro ad scribendum accesseris, & quod verè eruditus & bonis tua probentur. An tu pluris facies hominum maledicorum & maleferiarum voces obrectatrices, quàm honorifica plurimorum insigniter doctorum iudicia & cohortationes assiduas, quibus ad pergendum incitaris? Vel D. Ioannis VVeidneri, amici nostri literæ, quibus annexus erat fasciculus literarum, laudem operi tuo plena manu tribuentium, Argentorato, Basilea, & aliunde missarum, animum & calcar tibi addere debebant, vt maturares, nec diutius tam desideratum opus premeres. Quod si morosiores aliqui, à quibus dissentis, obstrepere volent, tum tu partes illas cede Leonharto Krentzheimio tuo, viro (vt apparet) mirè diligentis, magnæ eruditionis, & multæ lectionis, Ille, cui plus

I S A G O G E

plus cum Mathematicis rei est, si quod bellum ingruet, profligare rixaturis
 entes poterit. Porro si quis ingratitude hominum labores suos metiri ve-
 lit, is nunquam de Repub: bene merebitur. Desudari illa ingratis & iniquis
 graue est, fateor. Sed homini erga publicas utilitates bene affecto non tam
 cogitandum est, quid ab ingratis obueniat incommodi, quam quid ad alios
 commodi redeat. Hæc verò laborum iniquitas compensabitur absq; dubio
 æternis præmijs: Et vigebit apud posteros nominis tui memoria, monumentis
 ingenij tui impressa. Utinam saltem tibi valetudo esset paulo commodior & fir-
 mior, vt corpusculum tuum, hoc laborum onus aliquanto melius sustinere posset.
 Nam vires, calculi cruciatibus, & alijs morbis, quos non aliunde quam ex inde-
 fatigabili studio contraxisti, vehementer attritas esse non ignoro. Et quia proxi-
 mis literis de presenti valetudinis statu conquereris, adiunxi in scheda cum his li-
 teris colligata formulas remediorum, vbi & viam ostendo, & documenta præ-
 scribo (sed obtemperato) quomodo vires attritæ & à prioribus morbis quasa-
 tæ, instaurandæ, & ad pristinum vigorem reducendæ sint. Istis remedijs Chro-
 nologiam me promouere arbitror, si dem operam, vt tibi suppetant vires ad eam
 perficiendam.

Habes epistolam bene longam, in qua scripsi, quod sensi, nec testimonio
 um hoc gratiæ, sed veritati dedi. Spero autem tibi nequaquam aduersum fore,
 quod pusillanimitatem tuam aliquot verborum stimulis excito, teq; ad ma-
 ioris operis editionem maturandam extimulo, quandoquidem tot nominibus
 coniuncti sumus. Coniunxerunt nos primum fata, cum eodem anno simus in lu-
 cem editi, atq; etiam vno propemodum mense. Nam quinque saltem diebus me-
 ætate superas. Coniunctos nos habuit vna aula. Coniunxerunt nos honestissia
 ma studia, sententiæ, opinioniones, mores, voluntates: Et (vt Flacci verbis vtar)

*Fraternis animis quicquid neget alter & alter
 Annuimus pariter.*

Deniq; coniuncti sumus arcano quodam naturæ sensu, quo alter erga alter
 rum affectus est, vt iam nullum officium inter nos nouum sit, & si quid ab al-
 tero in alterum proficiscitur, id non nouam amicitiam constituere, sed veterem
 declarare videatur. Manebimus etiam, quoad superstites erimus, coniuncti ani-
 mis, etiam si corporibus seiuncti simus, nostramq; amicitiam mutuis officijs coles-
 tum deferamur. Tu interim perge de publicis studijs bene mereri, & illuz
 strare gloriam DEI. Illius bonitas te ad plurimos annos incolumem
 seruet, clementer tueatur, conatus prouehat, cœpta secundet,
 cursum fortunet, addat vires & robur, vt feliciter opus
 tuum (& post hoc alia) absoluas, quo relinques po-
 sterituis monumentum ære perens
 nius. Bene vale.



CHRONOLOG. IDEA ISAGOGES.

54

1.	Annorum à creatione mundi, usq; ad natum Christum, sunt 3. spacia.				
2.	Creatione	} ad	Templum Salomonis	} anni	2934.
3.	Templo condito		Finem captiuitatis		505.
	Fine captiuitatis Babylonica		Babylonica Natum Christum		535.

I.
Propositio
fol. 2. b.

PRIMUM SPACIUM constat ex Biblijs. De hoc non est controuersia, nisi in uno anno. Alij ponunt 2933: alij 2934. fol. 3. a.

II.
Confirmatio, à fol. 3. a. usque ad 18. b.

SECUNDUM (fol. 3. a.) supputatur ex { Ezechielis annis 390, cap. 4.
Libris Regum.
Paralipomenon.

TERTIUM (fol. 5. b.) In hoc spacio (videlicet à captiuitate Babylonica usq; ad CHRISTUM) desinit continua series annorum in Biblijs.

Iam quæritur, Vnde petenda sit deductio annorum 535. usq; ad CHRISTUM. Ex Ethnicis scriptoribus: quorum anni connectendi sunt cum annis Bibliorum.

Vbi fit connexio?

In duobus locis, & ex duobus autoribus.

In connexione	1.	} concurrunt Ieremias &	Ptolemaeus, anno M. 3347. Is Ieremia est primus Nebucadnezaris, et Ptolemeo primus Nabopolassar.
	2.		Xenophon, anno M. 3435. Et is est annus 23 regni Cyri: Monarchie vero eius primus: primus item solutæ captiuitatis Babylonice.

Nam Xenophon ait, Cyrum vixisse in Monarchia Persica, post captam Babylonem annis 7.

Sic alligatae sunt historiae Ethnicae ad sacras: praequam quod Regum Persicorum cum prima connexionione conciliantur.

OBSERVANDUM praeterea: Regem quendam nominari Nabonassarem: cuius annos Ptolemaeus exactissime supputat. Hi anni multis locis alligari possunt:

- Ad Nabopolassarem.
- Ad S. Biblia.
- Ad Olympiadas.

I. Ad Nabopolassarem.

Nabonassaris annus primus alligatur à Ptolemeo ad Nabopolassarem, quod ait, quintum Nabonassaris esse 127 Nabonassaris. Subtrahere 127 ab anno 5 Nabonassaris: relictum primus Nabonassaris in annum M. 3224 prope completum.

II. Ad S. Biblia.

Cum his connectuntur Nabonassaris anni, ex eo, quod liquido demonstratur (fol. 23. a.) Nabonassarem esse eum, quem sacra litera vocant Salmanassarem: qui 50 tribus abduxit in Assyriam.

III. Ad Olympiadas.

Ad has alligantur anni Nabonassaris 4 modis: qui recensentur fol. 7. a.

VIDE igitur telam Chronologicam.

1. Annis Bibliorum alligantur Nabopolassar & Nabonassar.
2. Nabonassar: alligantur Olympiades.
3. Olympiadibus copulantur anni V. C. Roma enim condita est anno 1 Olymp. 7. testibus Dionysio & Solino.
4. Ex annis V. C. dependent Cos. quorum primi inierunt magistratum anno V. C. 245. testibus Dionysio & alijs.
5. Ex Consulibus tmpp.

ISAGOGE

6. Ex Imp. Augusto & Tiberio anni CHRISTI. Nam 15 Tiberij concurrat cum
 30 CHRISTI. Imò luculentis testimonijs demonstrari potest, in quos annos
 Olympiadum, V. C. Cos. & Tiberij cadat annus CHRISTI 30.
 His rationibus iungantur HARMONIAE, (fol: 10. b.) velut coniecturæ.

- 1. } Iubileis.
- 2. } Millenarijs, & dicto R. Elie.
- 3. } Ex Ezechielis cap. 47.
- 4. } Interuallis certis temporum: quorum recitantur 7 à fol 14. a. vsq. ad 18. b.

III.
 Confuratio
 à fol. 18. b.
 ad 24. a.

EXPLICATIO SENTENTIARVM, QVAE OPPONVN-
 tur ab alijs Chronographis, secundum seriem annorum M. de
 quibus aliquid est controuersia: videlicet

Annorum Mundi	}	fol.	1949	18. b.
			2024	20. b.
			2971	21. b.
			3134	23. a.
			3224	23. a.
			3514	24. a.

In HEBDOMADIBVS DANIELIS demonstrantur tria.

I. 80 anni interstitij inter duas migrationes Iudeorum ex Babel: priorem sub Cyro, &
 posteriorem sub Artaxerxe. Inter Chronographos enim disceptatur, quantum
 annorum fuerit interuallum

- inter } 70 annos captiuitatis Babylonica.
- } 70 hebdomadam Danielis initium.

Hic igitur demonstratur id esse annorum 80.

II. Initium hebdomadam: ab anno 7. Artaxerxis.
 70 hebdomades sunt anni 490.

III. Finis hebdomadam: moriente CHRISTO, anno 4. Olymp. 202.

Postea quaedam explicantur
 DE TEMPORIBVS CHRISTI.

1. 2. 3. 4.	} de ann:	}	fol.	Natiuitatis	32. a.
				Baptismi	33. a.
				Mortis	34. a.
				Ministerij Christi	35. b.

ADMONITIONES.

- 1. De versionis LXX interpretum numeris.
- 2. De continuatione annorum CHRISTI vsq. ad nostra tempora. Item de vocalibus
 Chronologicis, de harmonijs, Olympiadibus, annis Romæ & CHRISTI.

F I N I S.



CANDIDISSIMO LECTORI

ABRAHAMVS BVCHOLCERVS S. D.



Xcellens Chronographus, Dionysius Halicarnasensis, regulam Eratosthenis, qua ille temporum Græcorum rationes dilucidè & exquisitè exposuerat, laudibus eximijs ornat, ac affirmat, hanc esse normam accommodatissimam, qua quis in discrepantibus autorum supputationibus, vel corrigendis, vel conciliandis tutò uti possit, eiusq; fidem certis de caussis esse exploratissimam. Praclarum sanè testimonium de certitudine supputationum

Eratosthenis, & à scriptore graui, docto, atq; historiarum Græcarum & Romanarum peritissimo prolatum: sed cui hoc unum deest, quod Dionysius non nominatim recenset annorū spacia, quibus Eratosthenes tempora distinxerat & descripserat. Faciunt & alij autores honorificam mentionē Eratosthenis, ut Chronographi præstantissimi: Sed illi quoq; nuda laude contenti, ipsius regulæ verba non recitant. Solus Clemens Alexandrinus, autor, ut nihil aliud dicam, vniuersæ antiquitatis Græcæ callentissimus, summa cæpta regulæ Eratosthenis lib. 1. Stromat. perstrinxit, eaq; recitatione Chronologicis studijs ad omnem posteritatem bene consuluit. Verùm hic quoq; aliquid accidit incommodi, quo diuini illius beneficij fructus, propemodum nobis ereptus fuisset. Nam cum in versione latina pro 34, legeretur 30: numeri illi vitiose descripti, supputationem confusam & corruptam gignebant, ac veluti cum in scala uno aut altero gradu exempto aut remoto, conscendentem periclitari necesse est, rationes omnes temporum perturbabant, easq; labyrinthis infinitis inuoluebant. Me quidem multis annis, hic nodus valde solitarii librorum Clementis inueniendo, desperantem. Sciscitatus etiam ea de re fuerat sententiam meam Thomas Hubnerus, vir mihi amicissimus: cui quid rescripserim, docet epistola ipsi inscripta, & appendicis vice, ad Isagogen adiecta. Interim verò dum Græcum codicem passim exquiro, accidit mihi, quod dicitur in versu:

Sæpe dat vna dies, totus quod denegat annus.

Nam duo fratres Monani, Iacobus & Petrus, doctrinæ multiplicis ac solida laudibus clarissimi, & virtutum omnium, humanitatiq; ornamentis nobilissimi, cum ex epistola mea ad Thomam intellexissent, me desiderare Clementem Græcum, præter meam opinionem, è diuite Bibliotheca sua, Græcum codicem Clementis Vratislavia ad me miserunt: quem librum, cum incredibili auaritate, locum controuersum inspecturus, percurrerem & euoluerem,

*

deprehen-

deprehendi illum ipsum numerum, à Clemente annotatum esse, quem de bonis honorum autorū rationibus ac testimonijs reponendum, & pro 30 rectius 34 legendum esse, satis audacter pronunciaueram. Insigni profecto beneficio me affecit hac laudatissimorum DD. Monauorum liberalitas: pro qua & ipsis perpetuam beneuolentiam, gratitudinem & obseruantiam me debere, publicè profiteor: & Chronologiae studiosos hortor, ut si qua ex hac annotatione utilitas ad ipsos reditura est, huius beneficij autores, eorumq; nomen debito honore ac fauore perpetuo prosequantur. Ut verò lector Eratosthenis regulam, à Clemente traditam, in conspectu habeat, & ad eius prescriptum, quascunq; Chronographias examinet ac demetiatur, ascribenda duxi hoc loco verba graeca Dionysij & Clementis: quae si quinq; rationibus illis, quas in epistola ad Hübnerum exposuimus, addita fuerint, tota reliqua supputatio magno certitudinis argumento suffulcietur & stabilietur, & huius ueluti sideris indicio in vasto Chronologiae pelago supputantium cursus felicissimè gubernabitur. Ego, lector optime, in his publicandis, quod sanctè affirmo, nihil nisi commune omnium commodum specto: teq; oro, ut certò tibi persuadeas, Dulce mihi esse, de bonis bene & pie mereri. Bene uale.

Dionysius Halicarnass. lib. I. p. 46.

κάτωρ δὲ πόρκι Ἑλληνικῶν μὲν οὐχ ἔριξα χρόνον, ἐπιμελής δὲ γενόμενος, εἰ καὶ τῶν ἄλλων, εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἰστορίας, ἔτεσιν ἀποφαίνα, δυσὶ καὶ τριῶν κοντα καὶ τετρακοσίοις ὑπερέσσαν τῶν Ἰλιακῶν. ὃ ἵπποι οὐτὶ ἀναμνησθεῖς τοῖς ἑρατοσθένους χρόνοις, κατὰ δὲ πρῶτον ἔτι πίπτει τῆς ἐβδόμης Ὀλυμπιάδος. ἢ δ' ἐστὶν ἡ κανονικὴ ἡγεῖα, οἷς ἑρατοσθένους κέρη, ἢ πῶς ἄρ' ἔς ἀπενθύνοι τοὺς Ῥωμαίων χρόνους τῶν Ἑλληνικῶν, ἢ ἑτέρωθεν ἡλωτά μοι λόγῳ.

Id est:

Portius Cato graecam temporum rationem non indicat, alioqui cum esset diligens collector antiquae historiae, dicit, quadringentis triginta duobus annis posteriorem bello Iliaco: quod tempus dimensum iuxta Eratosthenis Chronographias, incidit in annum primum Olympiadis septima. Esse autem incorruptas regulas, quibus Eratosthenes usus est, & quomodo ad eas dirigenda sit Romana temporum ratio, alio tractatu declarauimus.

Clemens Alexandrinus lib. I. Stromat. p. 125. 126.

ἑρατοσθένους ἢ τοὺς χρόνους ὡς ἀναγράφει. ἀπὸ μὲν τροίας ἀλώσεως ἐπὶ ἡρακλιδῶν καὶ βοθροῦ, ἔτι ὀγδοήκοντα, ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τῶν ἰωνίας κτίσεων, ἔτι ἑξήκοντα. τὰ ἢ τούτοις ἔτι μὲν τῶν ἐπιβοπῆων τῶν λυκέρων, ἔτι ἑκατὸν πενήκοντα ἑννέα. ἐπὶ ἢ προκυδωνίων ἔτι δὲ πρῶτων Ὀλυμπίων, ἔτι ἑκατὸν οκτώ. ἀφ' ἧς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τῶν πρῶτων διαβάσεων ἔτι διακοσίων ἐννεήκοντα ἑπτά. ἀφ' ἧς ἐπὶ τῶν ἀρχῶν τῆς πελοποννησιακῆς πολέμου, ἔτι τεσσαράκοντα οκτώ, ἢ ἐπὶ τῶν καταλύσεων καὶ ἀθωαίων ἡπάρ ἔτι εἰκοσιεπτά: ἢ ἐπὶ τῶν ἐν λευκίῳις μάχῃ, ἔτι τριακοντατέσσαρα, μετ' ἧς ἐπὶ τῶν φιλιπποῦ τελευτῶν ἔτι τριακονταπέντε: μετὰ ἢ ταῦτα μετὰ τῶν ἀλεξάνδρου μεταλλαγῶν, ἔτι δώδεκα. πάλιν ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἀναρῶν ὑπατοῦ ἐπὶ Ῥώμης κτίσεων σωάγεος ἔτι εἰκοσιτέσσαρα. ἐντεῦθεν ἐπὶ τῶν βαβυλωνίων ἀναρῶν ὑπατοῦ ἐγένοντο ἐπὶ ἔτι διακοσίων τεσσαράκοντα τρία. ἀπὸ ἢ τῆς βαβυλωνίων ἀλώσεως ἐπὶ τῶν ἀλεξάνδρου τελευτῶν, ἔτι ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἑξ. ἐντεῦθεν ἐπὶ τῶν αὐγύστου νίκης, ὅτε αὐτῶν ἀπὸ σφαξεν αὐτὸν ἐν ἀλεξανδρείᾳ, ἔτι διακοσίων ἐννεήκοντα τέσσαρα, ὑπάτευσεν αὐγύστου ἐπὶ τῶν τὰς. ἀφ' οὗ χρόνος ἐπὶ τῶν ἀγῶν, ὅρ' ἔθηκε δομετιανὸς ἐν Ῥώμῃ, ἔτι ἑκατὸν δεκάτέσσαρα.

Id est:

Eratosthenes autem tempora sic describit. A capta quidem Troia, ad Heraclidarum deinceps sum, anni octoginta. Hinc ad conditam Ioniam, anni sexaginta. Quae autem deinceps conieciuntur, ad Lycurgi quidem tutelam, anni centum quinquaginta nouem. Ad annum autem qui

qui prima præcedit Olympia, anni centum octo. A qua Olympiade ad transitum Xerxis anni ducenti nonaginta septem: à quo ad principium belli Peloponnesiaci, anni quadraginta octo: & ad cladem, quam à Lacedæmonijs accepere Athenienses, anni viginti septem: & ad pugnam Leuctricam anni XX XIII. Post quam ad Philippi mortem, anni XXX V. Post hæc autem ad Alexandri obitum, anni XII. Rursus à prima Olympiade nonnulli dicunt ad Romam conditam colligi annos XX IIII. Hinc ad Babylonis à Datio euerfionem, anni circiter ducenti quadraginta tres. A capta autem Babylone, ad mortem Alexandri, anni centum octoginta sex. Hinc ad victoriam Augusti, quando Antonius sibi ipsi mortem conscuit Alexandria, anni ducenti nonaginta quatuor, cum tunc esset Augustus iij. Cos. A quo tempore, ad certamen, quod Romæ exhibuit Domitianus, anni centum quatuordecim.

CONTINUATIO ANNORVM A Troia excidio, ad natum Christum.

Annos 1182, qui ab excisa Troia, ad natum Christum decurrerunt, distribuemus in tria intervalla: nempe annorum 860: 294: & 28: qui numeri iuncti, producant 1182.

Primum intervallum à clade Troiana, ad excessum Alexandri Magni constat annis 860 (bis 430) quod probatur ex Eratosthene & Clemente, qui gemina via procedunt ad ambitum 860 annorum complendum & absolvendum.

Eratosthenes.	Clemens.
2788 Troia clades.	2788
80	407
2868 Descensus Heraclidarum.	3195 Olympiad.
60	24
2928 Ionia condita.	3219 Roma.
159	243
3087 Lycurgi tutela.	3462 Babylon captâ.
108	186
3195 Annus præcedens Olympia.	3648 Mors Alexandri.
297	
3492 Bellum Xerxis.	
48	
3540 Bellum Peloponnesiacum.	
27	
3567 Pugna ad Aegospotamos	
34	
3601 Pugna Leuctrica.	
35	
3636 Mors Philippi Macedonis.	
12	
3648 Mors Alexandri Magni.	

Secundum intervallum, à morte Alexandri, ad mortem Antonij, quartum Consulatū Augusti, complectitur annos 294: probatur per Ptolemaum,

* ij Clemens

Clementem, Censorinum, Eusebium, & per Olympiadas. Nam omnium scriptorum consensu obiit Alexander anno 1. Olymp. 114: Antonius periit anno 3 Olymp. 187: quod probatur per sequens spacium. Interuallum autem inter 114, & 187 Olymp. eiusq; medium, comprehendit 73. Olympiadas, & biennium, id est, annos 294.

3648

294

3942.

Tertium interuallum à morte Antonij, ad natum Christum, est annorum 28: idq; probatur per Clementem, Eusebium, Epiphanium, Dionysium, Censorinum, Velleium, Dionem, &c. item per catalogos Coss: per annos aetatis & imperij Augusti, reliquorumq; Imp: quod demonstrabimus in libro Commentariorum. Item per annos Nabonassar, Olympiadum & Romae condita. Nam Antonius interiit anno Nabonassar 718: à prima Olympiade 747: à Roma condita 723. Christus autem natus est post Nabonassar annis 746: à prima Olympiade 775: à Roma condita 751.

746 775 751

718 747 723

28 28 28

3224 Nabonass. 3195 Olymp. 3219 Roma.

746 775 751

3970 3970 3970

Summa trium interuallorum.

860 2788

294 1182

28

1182

3970.

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO, DOCTRINA, PIETATE RELIGIOSA, ET SAPIENTIA PRAESTANTISSIMO Dn. Abrahamo Bucholcero, &c. amico & fratri carissimo S.



Emper ego Clariss. & Reuerende vir Abrahamae, amice colende, & amaui historica studia, & quantum vitae meae generis occupationes & curae mihi me reliquerunt, in ea incubui. In ea namq; semper fui sententia, vt vitam putarem esse nullam prorsus: eruditionem aut nullam etiam aut perexiguam, sine historiarum cognitione: quippe quae ad vitam recte viuendam, exempla nobis proponit: praecipua vero quae studia nobis praebent, non nuda, sed personis quasi in scenam productis illustrat. Quae ratione

ratione illa, omnibus hominibus quæcunq; etiam sit conditio, vitæ est magistra.
 Sed in historia censui quasi animam in suo corpore, esse annorum veram suppu-
 tionem: & qui in ijs annotandis diligentem nauarunt operam: magnum cum
 historię & rebus præclare gestis, tum vitæ addidisse decus. In quorum numero
 sit nomen, & dicam plurimum tibi posteritatem (si quam tamen promittunt
 nobis ista secula) debiturum: haud credo quod magnopere reprehendi queat, fe-
 cero. Me igitur studiosum historię, quæso mi vir Clariss. sine ex te *ισορροπία*
ισορροπία vnum atq; alterum quærere: neq; adeo tam meo nomine, quam eorum
 omnium in quorum manus ista tua ventura sunt. Cupio enim controuersiam,
 inter te & nonnullos alios, qui eruditæ doct. laudem sibi vendicant, & in annis
 supputandis operam præclaram impenderunt, aut componi: aut tuam illam ra-
 tionem omnium aliorum superare calculum, planum fieri. Græci quod nemini
 non percognitum est, suos annos & tempora Olympiadib. metiuntur: vt vna
 cum ijs etiam historia ipsorum initium capiat. Quæ enim ante Olympiades eue-
 nit præclara, habent illi sanè pauca: quo Ecclesiæ vt vetustior, ita verior est his-
 toria. Earum autem initia non esse eadem ab omnibus posita tutemet minime
 ignoras: quo fieri necesse est, vt reliqua deinde annorum series, & eorum suppu-
 tatio, alijs item sit alia: & non tam turbentur harum rerum studiosi, cum quem
 nullissime sequantur, non vident: quam ipsa numerandi annos & tempora recta
 ratio luxetur. Neq; libet mihi omnes producere, vt tecum quasi in arena decera-
 tent: paucos & eos notissimos commemorabo tantum. Chytræus qui ante ali-
 quot annos & ipse cepit in publicum edere Chronologiæ specimen: & suas ra-
 tiones accommodare ad duos illos historię græcæ ocellos Herodotum & Thucy-
 didem: quorum etiam præfert nomina prima pagella: Initium Olympiadum in
 annum mundi 3187. vel 3188. ponit. Quem annum dicit secundū esse re-
 gis Iothan. Quare autem nominet 3187 aut 3188, etsi habeo quæ dicerem,
 tamen ex te id potius audire cupio. Victorinus quoq; vt video, in illa Chrono-
 logia quam adiunxit libris Samuelis, Reg. & Paralip. in historiam regni Iudæ &
 Israelis à Saule vsq; ad exilium Babylonicum: idem initium in annum mundi
 3188 collocat: in annum vero secundum regni Iothan. Funccius ille tuo cal-
 culo nobilitatus Chronologus: Olympiades initium fuisse refert anno 3189
 quem margini ascripsit commentariorū lib. 1: anno 3188 quem habet Chrono-
 logia: quicq; Iothan ei est primus, cum sit duobus superioribus secundus.
 Atq; vt ne solos hosce & quasi omni destitutos comitatu tibi obijciam: hic se tue-
 tur autoritate Eusebii, & temporum quadam conueniente serie, tam eorum quæ
 præcedunt, quam quæ sequuntur. Ille autem Diodori se sequi signa dicit, magni
 trus in annum Troiæ captæ 405. initium statuendum Olympiadū: Funccius
 autē mi Vir Reuerende, ab hac meta longe exorbitans, Ecce clauum figis in an-
 no 3196, quo Vzias obiit. Vt interuallum sit inter tuum & illorum initium
 annorum 8 vel 9. Quo initio tam diuerso facto, reliqua quoq; & quidem me-
 morabilia facta, diuersa sortiantur tempora necesse est: cuius rei pauca adduce-
 mus exempla. Alexander M. cepit regnare Olymp. 111 anno primo: qui est
 annus mundi Chytræo 3628: Funccio 3629: Abrahamo nostro 3636:
 Quem annum Victorinus retro actum, putat *ἀναλυσις* sua constituere initium
 Olympiadum, in annum M. 3628. 2. reg. 15. & esse ante Christum natum
 334. qui tibi est 335. Vt isthic in annis mundi sit interuallum 7 aut 8 annos
 tum: ante Christum tantum vnus anni. De Christo etiam videamus. Eius cons-
 ceptio incidit in annum mundi 3961 Chytræo: in annū M. 3962 Funccio.
 Tibi vero in annum 3970: vbi rursus Chytræus vno ad minimum anno prior
 rea ponit Funccio: Funccius quam tu priorem octennio, vt de Baptismo, &
 anno mortis, breuitatis causa nihil addam. Et tamen Funccius Olympiadis

194 tertium numerat annum, quem tu quoque constituis. Sed vnum adhuc res-
 stat, de bello Peloponnesiaco; alterum de Longimano. Chytræus bellum id cepisse
 scribit anno 3536; Longimani anno 38. Funccius in annum sequentem, id
 est 3537 initium collocat, & tamen in eundem Longimani; ita Chytræus in an-
 num 4 Olymp. 87; Funccius in primum Olymp. 88. At tibi istius belli prin-
 cipium facit annus M. 3541; Olymp. 87 secundus. Qua ratione initium
 etiam Thucydidæ historiæ vobis variat & Xenophontæ. Neque hæc tamen
 prosequar prolixius. Ad Longimanum igitur venio; Ei attribui video à Funce-
 cio annos 44. Seruat vestigia ita ut cepit Chytræus, eidem etiam 44 attribuens,
 omnium penè ut loquitur consensu, & in annum sept. belli Peloponnesiaci etiam
 finem vitæ ipsius transferens, adductis aliquot testimonijs; atque adeo regni in-
 itium, quod refert in annum M. 3500, primum autem Olymp. 79 demonstra-
 do etiam ostendens; cum Funccio sit 4. Olymp. 78. In cuius regis annis, cum
 plurimum sit ut ego puto momenti; tamen tibi cum istis neque initium regni, neque
 finis & vitæ & regni, neque annorum numerus in regni administratione constat.
 Cepit igitur Artaxerxes regnare, ut tu vis, anno M. 3508. Olymp. 79 pri-
 mo; regnavit annos 40 tantum; vitam cum morte commutavit anno 3547.
 Hæc sunt & similia cum principijs, tum progressionibus ac finibus diuersa, quæ
 tamen me Epistola non patitur ita uti vellem, persequi. Etsi autem scio quæ illa
 gogæ tua in medium ferat; tam obseruando in annum 3134 de vndecennij in-
 terregno regis Vzix; quàm de Nabonassare qui sit Salmanassar S. scriptura;
 quæ mihi vehementer probantur; & vnde hæc non difficulter componi posse
 sit; tamen mirifice te oro cum ut me de his sciscitantem æquo feras animo; cum
 ut ea explicare & rationes tuas verbosius exponere ne graueris. Erit id & mihi
 plane gratissimum; & harum rerum studiosi (quoniam ea sunt publica futu-
 ra) plurimum tibi debebunt. Ac ego quidem eò confidentius à te & perficere
 quasi fronte petere contendereque volui; quo magis scio, te opus hoc tuum non
 aliud in finem instituisse; quàm ut præclare tam de Ecclesia, quàm de Rep. mere-
 rere. Quod ut porro facere possis Deo opt. max. cui seruit tua opera, & te ipsum
 & valetudinem tuam tenuem & infirmam commendo.

Qui te amat

Ioach. Meisterus Gorl.

RESPONSIO ABRAHAM I

BVCHOLCERI ad Epistolam præcedentem.



*Ignissima bono viro virtus est, doctissime Maister. in
 re honesta & ad amici utilitatē pertinente, si facultas ad-
 sit, vltro ei commodare, nihilque officij recusare. In quam
 sententiam cuidam roganti, Qui nam labores sint suauissi-
 mi, eleganter respondit vir sapiens: omnium dulcissimos
 sibi esse labores amicorum causa susceptos. Quando igitur
 tur tu quoque in eorum es numero, quos verè & multum amo, facere non pos-
 sum, quin in eo quod petis, summa voluntate tibi gratificer, & quanti te sit-
 ciam hoc qualicumque officio tester. Atque ut rem latissime patentem, varijque
 Chronographorum certaminibus dudum agitatum in pauca conferam, de
 cuius Funccij rationibus tibi respondebo. Nam illum reliquis, qui in eodem
 curriculo desudarunt, non immerito, meo quidem iudicio, præfero: Tum quod
 tricesimum Mosis Iubileum cum Christi anno 30 iungendum ostendit: Tum
 quod*

quod annos Nabonassaris rectè computare & ad eos reliquas temporum ratio-
 nes accommodare & exigere docuit, eosdemq; cum annis sacrorū Bibliorum
 rectè copulauit, Et, quod penè maximum est, hebdomadam Danielis princi-
 pium rectè constituit ac definiuit. Quo nomine sanè ei & immortales à po-
 stero gratas, & nominis debetur sempiterna memoria. Itaq; ubi mihi cum
 Funcchio conueniat, ubi discedendum fuerit, breuiter ostendam: meamq; ti-
 bi sententiam, tam de Olympiadum initio, quàm de belli Peloponnesiaci tem-
 pore & Artaxerxis Longimani regno, euidentibus testimonijs comprobabo:
 contrariam non refutabo, sed suam cuiq; relinquā, qua ille suo arbitrato uti-
 tur. Vides enim quanta sit hoc seculo inter eruditos odiorum acerbitas, ut
 protinus capitale sit, si uel uerbulo à quopiam dissentias, ut ut à te stet ue-
 ritas, cui de uia cedere omnes oportebat. Conuenit mihi cum Funcchio in
 temporū supputatione, usq; ad extructum à Salomone templum, anno mun-
 di conditi 2934. Ab eo deinceps dissidemus ad mortem usq; Uziae regis Iu-
 dae: quod interuallum Funcchio constat annis 254: mihi uero 263. Unde
 haec inquis nouennij distantia? Ex illo praecipue interregno undecennali, quod
 Funcchio in Uziae temporib. omisit, de quo & dixi ego in Isagoge, & tu men-
 tionem facis in tuis litteris. Etsi enim non est inter me & Funccium undec-
 ennij sed tantum nouennij distantia, cuius rei ut sunt multa causa: ita à no-
 bis alio loco recensentur: tamen hoc nouennium, quo discrepant utriusq; ra-
 tiones, non aliunde est, quàm ex illo undecennio omisi interregni: duobus de-
 inde annis facile absorptis in praecedentium Regum annis non nimis exacte di-
 gressis aut computatis. Id quod ex eo fit probabilius, quod illa inter me &
 Funccium nouennij distantia incipit cum Uziae principio, & cum eiusdem obitu
 definit: quippe ab obitu Uziae eodem consensu uterq; numeramus annos 169
 ad captiuitatem Babylonicam. Ex eadem interregni omissione etiam illud
 emergit, quod Funcchio templum Salomonis durasse scribit annos 423: ego
 annos 432 inchoatos. Item, quod Uziae mors Funcchio cadit in annū mun-
 di 3187: mihi in 3196, manente utrinq; illo nouennij dissidio. Quibus
 annis M. 3187, & 3196 si addantur anni 169, quot uterq; ad captiui-
 tatem numeramus, eueniet Funcchio 3356: mihi autem 3365, annus tem-
 pli desolati. Ex quibus omnibus facile est cuiq; coniecturam facere, quam ob
 causam initium Olympiadum ad alium M. annum à Funcchio: ad aliū item
 à me referatur:

Funcchi supputatio:	Noltra:
2933 Templum Salo.	2933 Templum.
254	263
<hr/>	<hr/>
3187 Mors Uziae	3196 Mors Uziae.
3187	3196
169	169
<hr/>	<hr/>
3356 Desolatio templi	3365 Desolatio templi.

Quod autem interstitium inter Troiae excidium & inter primam Olympia-
 dem sit annorum 408.: & non 405 uel 406: de ea controuersia te, Io-
 achime,

achime, remitto ad librum Commentariorum ubi sub anno M. 2788: probatissimorum autorum, Eratosthenis, Diodori, Dionysij, Solini, & Clementis Alexandrini testimonijs, planum faciemus, recte à nobis interuallum hoc 408 annorum spacio definitum esse. Hæc de diuersis initijs Olympiadum inter me & Funccium. De aliorum, ut dixi, supputationibus iudiciū meum non interpono. Nam quare parcendum putem nomini doctissimorum virorum: nec laudem mihi ex aliorum suggillationibus, ut nostri seculi fert consuetudo, querendam existimem: cum me natura mea docet, quam tibi notam esse puto, quæq; plane abhorret ab illa criminandi conuiciandiq; libidine: tum merita tantorum virorum præclara postulant. Etenim cum illi magno suo labore, nec sine eruditionis opinione, in Chronologicis egregiam nauarum operam, præstiterintq; in ijs quantum potuerunt: relinquamus sane illis sententia dicenda proponendaq; libertatē: ac patiamur illos impune à nobis dissentire, cum in hisce nec salutis nec capitis periculum metuendum sit. Mihi satis sit ut ne clypeum amittam: De gladio non sum sollicitus. Scis enim Græcos putare solitos eos potius, qui in acie clypeum, quam qui gladium amisissent: quod putarent eum militem meliorem esse, qui in se suoq; corpore tuendo, quam qui in hoste feriendo occupatus esset. Hoc autem gladio potius, illud clypeo fieri credebant. Quare & mihi meam sententiā defendendam potius, quam alienam prolixè & odiose confutandam esse existimo. Neq; enim præstare debeo, quid quisq; scribat aut statuatur: fides penes autorem esto: sed id agere, ut mihi rationes meæ recte constant, eaq; saluæ & explicatæ sint. Placet vox, Romanorum rerū scriptoris non postremi, Velleij Paterculi: qui confutati uincula cuiusdam hoc attexit: Hæc scribo, inquit, non ut arguam sed ne arguar. De me sane profiteri id possum, me multa in Chronologicis ultro & uolentem transiisse, ubi res confutationem flagitabat. Aut si omnino confutatio instituta fuit, feci illud, non ut quenquā arguerem, sed ne ipse ego arguerer. Quare quid ego in unoquoq; Chronographo desiderem, rectius tibi intra priuatos parietes in aurē in susurrabo, quam publico clamore ingeram. Neq; uero quod Dn. Sebastiano Hofemano & tibi dico, id omnibus dico. De principio igitur belli Peloponnesiaci & annis regni Longimani, si quod petis, uoluntati tuæ morem gesserō, operæ precium non paruum me facturum puto, nam hic est locus ille, qui Funccium tantopere torset, quod ipsemet de se fatetur: ac nimis uerum est peritissimos quosq; nostri seculi Chronographos lapsos esse, uel hæsitasse in principio belli Peloponnesiaci constituendo: quorum pleriq; retulerunt bellum illud ad principium Olympiadis 88 & Longimano assignarunt annos regni 44. Nos uero statuimus belli istius principium ad annū primum Olympiadis 87 pertinere, & Longimano non 44 sed 40 annos ascribendos esse. Cuius nostræ sententiæ rationes ordine hoc loco enumerabimus.

I. Ptolemæus lib. 3. cap. 2. connectit Apseudis Attici præturam cum anno Nabonassaris 316, quem Diodorus refert in annum 4. Olympiadis 86, ita ut ea Olympiade desinente, ipse quoq; Prætor esse desinat, & in eunte Olympiade 87, inchoetur prætura Pythodori, à cuius magistratu Thucydides auspiciatur bel-

in bellū Peloponnesiacum. Nobis & Olympias 87 & Pythodori principiū
 cadit in estatem anni M. 3540: finis vero in 3541: Idq̄ totū dependet ex
 ista conexione Olympiadū cum annis Nabonassaris, & ex copulatione septi-
 mi anni Cambysis cum 225 anno Nabonassaris, item ex anno mortis Ale-
 xandri qui est 424 Nabonassaris & primus Olympiadis 114. Applicato
 naq̄ 316 Nabonassaris, ad an. 3540, concurret 10 mensis Pythodori (qui
 Thucydide teste, bello Peloponnesiaco dedit principiū) cum 317 Nabona-
 saris. Quod autem pratores Attici à Diodoro rectè descripti & annis Olym-
 piadū rite accommodati sint, testatur perpetuus Græcorum scriptorū cum eius
 dispositione consensus. Certe Dionysius Halicarnass. Atticos Archontes eodem
 modo recenset, quo Diodorus, ab Olympiade 75, vsq̄ ad an. 3. Olymp. 84.
 quod est spacium annorū 39. Hunc consensum labefactant ij qui Diodorum
 mendaciy arguunt.

I. Thucydides & Diodorus numerant annos 50 à discessu Xerxis è Gra-
 cia, vsq̄ ad huius belli initiū, id est, ab Olymp. 75 ad 87. Nec aduersatur
 hic, quod Eratosthenes numerat 48. Nam exclusis extremis annis sunt 48:
 quæ inclusis 50. Præterea Thucydides à pugna Marathonica, ad hoc bellū nu-
 merat annos 60, nempe ad 50 annos addito decennio quod inter pugna Ma-
 rathoniam & bellum Xerxis effluxit. Pugna autem Marathonica à grauisi-
 mi quibusq̄ scriptoribus alligatur ad Olympiadem 72, à qua ad Olymp. 87
 decurrerunt 15 Olympiades, id est, anni 60, ab anno M. 3480 ad 3540.
 Eratosthenis item regula numerat à prima Olymp. (inclusiue) ad transitum
 Xerxis 297 & inde ad bellum Peloponnesiacum 48. Hi anni iuncti con-
 summant 345 & tot annos complectuntur 86 plena Olympiades.

3195	3195
345	297
3540	3492
	48
	3540

III. Dionysius & Diodorus communibus suffragijs referunt Philiscū Præ-
 torem Atticū ad principiū Olym. 83 (quo Romæ dissolutū est Decemuirorum
 imperiū) nobisq̄ est an. M. 3524, unde ad Pythodorū facilis est progressus,
 præsertim Plutarcho nobis suffragante in libello de vita decem Rhetorū, ubi
 ait, Isocratem natū esse Olymp. 86, Archonte Lysimacho (alias Nausima-
 cho) quem constat vixisse annis 98 & septennio maiore fuisse Platone. Ca-
 pit autem nobis natalis Platonis in an. 4 belli Peloponnesiaci, alijs in tertiū .s.
 plus minus completū. Ibidem Plutarchus alios quoq̄ illorū temporum pratores
 Anticos recenset, adscripto ijs Olymp. numero, quod ipsum quoq̄ sententiā no-
 stram adiuvat. Dionysius item Halicarnassensis in vita Isocratis scribit,
 Isocratem natū esse Olymp. 86, prætere Athenis Lysimacho, anno 5. ante bellū
 Peloponnesiacū, & mortuū esse an. etatis 98, prætere Charonda, paucis diebus
 post pugnam ad Cheroneam. Hi 98 anni rectè colliguntur à natali Isocratis
 (M. 3536) vsq̄ ad eius obitum (M. 3634) & quintus annus etatis Iso-
 cratis

fil.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

3
(by 2/3)

INDEX CHRONOLOGICVS: MONSTRANS

ANNORVM SERIEM A MVNDO CONDITO ad annum nati Christi 1580. Hoc consilio institutus, vt studiosi & Chronologiae condendae paradigma cernant, & temporum mundi ordinem animo facilius comprehendant.

Abrahamo Bucholcero
autore.



M. D. LXX X.

ALEXANDER GIBSON
GILCHRIST & CO. MERCHANTS
10, BISHOPSGATE, LONDON
Printed and Published by
GILCHRIST & CO. 10, BISHOPSGATE, LONDON

Advertisement
1870



M. D. C. C. C. C.

Autor Lectori S.



Erto & prudenti consilio opusculum hoc, humanissime Lector, Indicis nomine ac titulo in manus tuas venire volumus, ut intelligeres, nequaquam hic integras historiarum narrationes, sed nudam ac rudem annorum consignationem contineri, quae initio nobis instituenda fuit, ut Isagoges nostrae Regulas, annexo Indice tanquam Paradigmate illustratas, Lectoris animo & oculis clarius ac dilucidius pro-

poneremus. Ut autem munitissima arces quandoque facilius benevolentia quam violentia expugnantur: ita amicorum imperiosis, violentisque precibus, ne dicam importunis efflagitationibus, necessitas quadam mihi est imposita, Indicem hunc accessione aliqua locupletandi, & ad nostrum usque seculum, serie temporum continuata, deducendi. Ex qua annorum delineatione quidam affirmare ausi sunt, disputationibus nostris Chronologicis aliquid lucis affulsum, & studiosis ad uniuersi mundi historiam, una quodammodo conspectu con-templandam, memoriaque complectendam subsidij aliquid accessurum. Quibus ego respondere sum solitus, persimiles eos mihi videri illorum, qui nimia sitis impatientia, exemplo Darij Regis, cuius Cicero meminit, ex impuris lacunis aquam suauis, quam domi vinum meracum ex mundis vasibus bibere se, iurent ac gloriantur. Etenim historiarum solidam cognitionem, non solum ex compendijs, uel riuulis aut turbidis lacunulis: sed ex ipsis etiam fontibus, iustaeque magnitudinis scriptis hauriendam ac percipiendam esse. Haec etsi uere a me dicebantur, mihiq; laborem hunc recusanti, satis superque patrocinari poterant: Tamen illi quos dixi, nunquam destiterunt quiritari: Indicem dimidiatum saltim proponi: cuius bona parte fraudari Chronologiae studiosos: complendum esse beneficium, cui tam multa ad integritatem desint: maiorem esse gratiam beneficij cito dandi, etsi id sit exiguum: quam beneficij diu dilati, etsi id sit maximum. Eadem tandem ratione illi me expugnarunt, & diu reluctantem compulerunt, ut laborem solum huius congerenda in me recipere, & qualecunque Syntagma Chronologicum adornarem, ac luci permitterem. Non autem hic recensuimus Imperiosos, Graecos: aut Reges Galliae aliarumque nationum: aut Romanos Pontifices, quorum omnium enumeratio ad plenioris Chronologiae corpus pertinet: Sed temporum telam contexuimus, quomocumque inter se connexis & coaptatis Mundi conditi & nati CHRISTI annis, atque tabularum spatij inscripsimus, uel Imperatorum, qui Romanam Monarchiam ad nos transmiserunt, appellationes: uel doctorum & clarorum aliquot uirorum nomina ac aetates: uel vulgares quosdam notioresque euentus: ubi nonnunquam etiam unice uerbuli aut nude alicuius nomenclatura consignatione lectorem ad uberiores historiae integrae cognitionem inuitare, & ad ipsos autores remittere atque deducere uolumus.

Quod si uerò concisa annotatiuncularum istarum

breuitas aliquibus erit paulò molestior: ij sciant, me hîc non scripsisse Chroni-
 con, sed Chronologiam: quæ si temporum rationes non ineptè, nec adòyos expo-
 nat atq; expediat, munere suo perfuncta erit, ut ut ipsas historias prolixè &
 operose non recitet. Nec sanè præter ius, & æquum, me facturum arbitror, si
 in Isagoges meæ Regulis declarandis & illustrandis, ad amicorum imperium
 ac voluntatem, nunc succincta, nunc fusiore exemplorum commemoratione
 utar, ut viris illis, quibus ob singularem in me beneuolentiam ac studium de-
 beo plurimum, aliquid saltem gratiæ reponere & remitti uoluisse uidear.
 Hanc itaq; farraginem, pia, officiosaq; mente, Lector optime, tibi oblatam,
 ut equi boniq; consulas, te etiam atq; etiam oro. Meorum uotorum sum-
 ma est, ut ex hoc agello, mea manu confito, messis amplissima bonarum &
 DEO gratarum frugum ad te redeat, & ut meo labore tui labores minuan-
 tur, studiaq; Chronologica felicissimè prouehantur. Bene uale. 1580.


V. C. Urbis conditæ.

An. N. C. Ante natum Christum.

N. T. Nouum Testamentum.

V. T. Vetus Testamentum.

* Asteriscus dubitationis nostræ est index, & significat an-
 num illum indefinitè poni, id est, circa illud tempus id
 ei se factum, nec certam anni consignationem apud au-
 tores extare.



CREA

Anni
mundi.

CREATIO COELI ET TERRAE: ANGELO- RVM ET HOMINVM.

Anni
ante N.
Christū
3970

	Etates patrum ante diluuium ex Genes. cap. 5.	
	ADAM vixit annos 930. A creatione Adam incipiunt præter Mosen hi Chronographi.	
	I. Paralipomenon liber primus, complectens annos 2930, ab Adamo condito ad mortem Dauidis.	
	II. Iosephus Iudæus in Antiquitatib. Iudaicis comprehendit histo- riam annorum 4037. (vt nos numeramus) ad annum Christi vsq. 67.	
	III. Orosius presbyter ad annum Christi 416. Mundi 4386.	
	IV. Sulpitius Seuerus ad annum Christi 400. Mundi 4370.	
	V. Beda ad annum Christi 725. Mundi 4695. Omittimus recens- tiores.	
130	Seth Nasc. ætatis Adæ 130. vixit 912.	3841
	Adam à nato Seth vixit annos 800. Genes. 5. Obserua paria esse spacia à nato Seth, ad natum Isaac: & ab Isaac ad conceptū Baptistam vtrinq. 1919.	
235	Enos Nascitur ætatis Seth 105. vixit 905.	3736
	Enos primus est patrum quos videre potuit Noha: cum quo vixit 84 an.	
325	Cainan Nasc. ætatis Enos 90. vixit 910.	3646
395	Mahalaleel Nasc. ætatis Cainan 70. vixit 895.	3526
460	Iared Nasc. ætatis Mahalaleel 65. vixit 862.	3511
622	Enoch Nasc. ætatis Iared 162. vixit 365.	3349
687	Mathusalem Nasc. ætatis Enoch 65. vixit 969.	3284
874	Lamech N. ætatis Mathusalem 187. vixit 777.	3097
930	ADAM MORITVR.	3041
	Cum Adamo vixit Seth an. 800: Enos 695: Cainan 605: Ma- halaleel 535: Iared 470: Enoch 308: Mathusalem 243: La- mech 56. Hinc addiluuium 727. Ad mortem Christi 3074.	
987	Enoch, septimus ab Adam, translatus est in cœlum, ætat. 365.	2984
1042	Seth Mor. ætatis 912: A morte Adami 112.	2929
1056	Noha Nasc. ætatis Lamech 182. vixit 950.	2915
1140	Enos Mor. ætatis 905. vixit cum patre suo Seth annos 807. cum Noha annos 84.	2831
1235	Cainan Mor. ætatis 910. Vidit omnes patriarchas, Adamū annis 605: Noham 179.	2736
1290	Mahalaleel Mor. ætatis 895. Vidit omnes Patriarchas: Adamū an- nos 535: Noham 234.	2681
1422	Iared M. ætatis 962. Vidit omnes Patriarchas: Adamum an- nis 470. Noham 366.	2549
1536	Ministerium Nohæ, & arcæ fabricatio. Genes. 6.	2435
1559	Iaphet Nasc. ætatis Nohæ 500.	2415
1651	Sem Nasc. ætatis Nohæ 503. vixit 600.	2412
1656	Lamech Mor. ætat. 777. Vidit omnes Patriarchas. Adamū an. 56.	2320
1657	Mathusalem M. ætatis 969.	2315
	DILVVIVM: & finis mundi seu seculi primi.	2314
1658	NOHA, ætatis 600 (plus minus completo) ingreditur in arcam die 17: mensis. 2. Genes. 7.	
	Noha egressus ex arca die 27 mensis 2. Genes. 8.	2313
	A iij	Annus

- Annus primus seculi secundi.
- 1659 Ætates patrum post diluuium vsq̄ ad Abrahamum ex Gen. cap. 11. 2312
- Arphaxat Nasc. ætatis Sem 100. vixit an. 438. 2277
- 1694 Salah Nasc. ætatis Arphaxat 35. vixit an. 433. 2247
- 1724 Eber (à quo Hebræi) Nasc. æt. Salah 30. vixit an. 464. Hinc ad 2213
- vocationem Abrahæ 300.
- 1758 Peleg Nasc. ætatis Eber 34. vixit 239. annos.
- Extructio turris Babel : Confusio linguarum : Dispersio gentiũ,
- Genes. 10. 11.
- Annus mundi secundi 101. Hinc ad natalem Abrahæ 191. 2183
- 1788 Regu Nasc. ætatis Peleg 30. vixit annos 239.
- * **REGNUM NIMRODI** circa hæc tempora, Genes. 10.
- Annus seculi secundi 131, ante Troiam conditam 700.*
- Hinc ad Ninum 120.*

MONARCHIA PRIMA.

- Quidam hinc ordiuntur Monarchiam mundi primam, videlicet Æsyrriorum, quæ Diodoro teste durauit annis 1360, vsq̄ ad mortem Sardanapali. Nos hinc ad Troiæ excidium numeramus 1000. 2151
- 1820 Serug Nasc. ætatis Regu 32. vixit an. 230. 2128
- 1843 Belus II. Æsyrriorum Rex dictus Saturnus, annis 65. Euf. Hinc ad Sardanapali interitum numerat Augustinus 1305: nos ad Cyri mortem 1600: ad Alexandri Magni Monarchiam 1800: Augusti 2100 inclus. 2121
- 1850 **IVBILÆVS 37. à Creatione.**
- Nahor auus Abrahæ Nasc. ætatis Serug 30. vixit an. 148.
- Hinc ad natum Abraham 99. 2002
- 1879 Tharah pater Abrahæ Nasc. ætatis Nahor 29. vixit annos 205. 2091
- 1880 **REGNUM SICYONIORVM:** Regum Catalogum vide apud Euf. primus est Aegialeus ante natum Abraham 73. 2063
- 1908 *Ninus in Assyria regnat an. 52.*
- Est annus mundi secundi 251, à diuisione terræ, & condita turri Babylonica 150.
- Hinc ad Sardanapali interitum numerat Eusebius 1240. Nos ad natum Augustum Casarem 2000 plenos, ad mortem Iulij 2020. Tiberij 2100.*
- IVSTINVS ET ROSIVS** incipiunt. Orosius sacras historias ex Mose recitat: sed profanorum euentuum narrationes hinc orditur. 2022
- 1949 **ABRAHAM** patriarcha nascitur: ætatis Tharæ 70. vixit annos 175. Hinc ad natalem Davidis 911: ad Baptismum Christi 2051: ad Augusti Cæs. Tribunitiam potestatem (id fuit summi fastigij, regisq̄ dignitatis vocabulum) 2000: ad mortem Vespasiani senioris & imperium Titi 2100: pleni.

TERTIA MVNDI ÆTAS, &c.

- 1950 **EVSEBII** Chronologia incipit ab hoc anno: qui est Iubilæus à mundo cond. 39: secundũ Ebræorũ supputationem, quã ipse annotat. 2021
- 1959 Sara coniunx Abrahæ nascitur, Genes. 17, vixit an. 127. 2012
- 1997 Peleg Morit. ætatis 239, Obijt primus inter patres à diluuiõ nato. 1974
- 1998 Nahor Mor. ætatis 148. Hinc ad regnum Davidis in Ieruf. 900. 1973
- 2000 **IVBILÆVS MVNDI 40.** mediũ tempus inter creationem & baptismum Christi. 1971
- Noha

1006	Noha Mor. ætatis 950, à diluuiio (irruente) 350, Genes. 9.	1965
	Cum Noha vixerunt ante diluuium: Enos 84, Cainan 179, Malaleel 234, Jared 366, Mathusalem 600, Lamech 595, Sem 97.	
	Post diluuiū: Sem 350, Arphaxat 347, Salah 312, Eber 282, Peleg 248, Regu 218, Serug 186, Nahor 156, Thara 127, Abraham 57.	
1020	Circa hæc tempora credimus Abraham à DEO vocatū ex Vr Chalætorum, migrasse in Haran: ibiq; mansisse quadriennio.	1951
1024	Abrahæ promittitur Christus.	1947
	Vocatio & migratio Abrahæ ex Haran, primusq; eius ingressus in terram promissam ætatis 75, Gen. 12.	

**INITIVM RERVM
IYDAICARVM.**

	Hinc ad exitum ex Ægypto 430, Exod. 12. Galat. 3. Ad Iulij Cæsaris monarchiam 1900.	
1027	Regu Mor. ætatis 239, Genes. 11. Funus 4 à diluuiio.	1944
1034	Agar fit coniunx Abrahæ, ætatis Abrahæ 85, Genes. 16.	1937
1035	Ismael Nasc. ætatis Abrahæ 86, Genes. 16. Hinc ad regnum Herodis in Hierusalem 1900.	1936
1048	CIRCVMCISIO instituta, Genes. 17, Sodomorum conflagratio, Genes. 19, à diluuiio annus 392, à morte Nohæ 42. Hinc ad baptismum institutum (qui circumcisioni successit) 1952, ad Christi circumcisionem 1922.	1923
1049	Isaac Nasc. ætatis Abrahæ 100, Genes. 17. Hinc ad imperiū T. Veripassiani 2000 pleni.	1922
1050	IVBILÆVS MVNDI 41.	1921
1062	Serug Mor. ætatis 230, Genes. 11.	
1084	* Abraham circa hoc tempus iussus est mactare filiū Isaac, Genes. 22.	1909
1086	Thara Mor. ætatis 205, Peregrinationis Abrahæ an. 60 completo.	1887
1089	Sara Mor. ætatis 127, Genes. 23, anno Abrahæ 137.	1885
1097	Nuptiæ Isaaci & Rebeccæ, ætatis Isaaci 40, Genes. 25.	1882
1109	Arphaxat Mor. ætatis 438, Genes. 11, à diluuiio an. 440.	1874
	NATALIS IACOB.	1862
	Esau & Iacob è Rebecca Nasc. ætatis Isaaci 60, Genes. 25.	
1113	Hinc ad natalem Augusti Cæs. 1800, Davidis 751.	
1124	REGNVM ARGIVORVM , ab Inacho. Euf. Hinc ad Cecropem & regnum Atheniensem 300. Euf.	1858
	Abraham Mor. ætatis 175, Genes. 25. Sepelitur in Hebron.	1874
	Cum Abrahamo vixerunt: Noha an. 57, Sem, Salah & Eber 175, Peleg 48, Nahor 49, Thara 135, Arphaxat 148, Regu 78, Serug 101, Isaac 75, Iacob 15. Hic est annus 100, ex quo Abrahæ promissus est Christus.	
1127	Salah Mor. æta. 433. Isaac habitat in Gerar, promittitur ei Christus.	1844
1149	Nuptiæ Esau, Genes. 26. ducit autē duas vxores Iudith & Basmath.	1822
1159	Sem Mor. ætatis 600, Genes. 11, A morte Abrahæ 35.	1812
	Sem natus est anno ætatis Nohæ 503, & mortuus an. à diluuiio 503.	
	Cum Sem vixerunt: Mathusalem an. 97. Lamech 92, Noha 447. Arphaxat 438, Salah 433, Eber 435, Peleg & Regu 239, Serug 230, Nahor 148, Thara 205, Abraham 175, Isaac 110, Iacob 50.	
1172	Hinc ad natum David 700 pleni.	
1176	Ismael Mor. ætatis 137, Genes. 25.	1799
	Ogyges regnat ante Cyrum 1237, Ante primam Olympiada 1020. Euf. ex Africano l. 10. cap. 3.	1795

- 2186 Scala Iacob, Genes. 28, ætatis Iacob 77.
- 2188 Eber Mor. ætatis 464, Genes. 11. à diuisa terra 430.
- 2193 Nuptiæ Iacob, Genes. 29, ætatis Iacob 84, vxores Lea & Rachel
filix Laban.
- 2200 **IVBILÆVS MVNDI. 44.**
Ioseph Nasc. Genes. 30. ætatis Iacob 91. vixit 110.
Hinc ad baptismum Christi 1800.
- 2206 Lucta Iacob, Genes. 32. ætatis Iacob 97, & nata appellatio Israel.
- 2215 * Dinæ stuprum circa hæc tempora, Genes. 34, & internecio ciuium
Sichemorum ob stuprum.
- 2217 Ioseph venditus ætatis 17 (Iacobi 108) Genes. 37.
- 2227 Castitas Iosephi abstinentis ab hera, Carcer Ioseph, Genes. 39.
- 2228 Ioseph exponit somnium pincernæ & pistoris, Genes. 40.
- 2229 Isaac Morit. ætatis 180, Genes. 35, & sepelitur in Hebron.
Cum Isaac vixit Serug anno vno, Thara 35, Abraham 75, Sara 37,
Ismael 123, Iacob 120, Arphaxat 48, Salah 78, Sem 110,
Eber 139, Ioseph 29.
- 2230 Exaltatio Ioseph ætatis 30, Genes. 41. Hic primum euehitur Abra
hæ posteritas. Hinc ad regnum Salomonis 700: Augusti 1700.
- 2231 Primus annus fertilitatis septennis in Ægypto, Genes. 41.
- 2239 Migratio Iacob in Ægyptum ætatis 130, Genes. 47, æt. Ioseph 39.
Medium inter vocationem Abrahamæ & inter exitum ex Ægypto:
vtrinq; 215.
- 2256 Iacob Mor. ætatis 147, Genes. 47. Est à diluuiio 600, à lucta Iacobi
cum angelo, & nata adpellatione Israel 50, à visa scala cœlesti 70,
æt. Ioseph 56: à nato Eber 532. Hinc ad Troiæ excidiū 532.
ad sceptrum ablatum à Iuda per Herodem 1680 inclus.
- 2310 Ioseph Mor. ætatis 110, regni sui in Ægypto 80, Genes. 50, Anni
gloriæ sexies superarunt annos miserix Iosephi: quia 13 fuerunt
anni miserix, 80 gloriæ.
Genesis desinit à morte Iacob 54, ab eius descensu in Ægyptū 71,
à vendito Ioseph 93, à diluuiio 654. Hinc ad natum Moſen 63,
mortem Samsonis 500: Romam conditam 910: natalem Au
gusti Cæs. 1600, inclus.
- 2311 **EXODVS** liber Moſis secundus incipit complectens annos 144.
- 2333 Leui filius Iacob Mor. ætatis 137, Exodi 6.
- 2370 Aaron Nasc. hoc anno prope completo, Exodi 7. vixit annos 123.
Num. 33.

NATALIS MOSIS.

- 2373 Moſes Nasc. hoc anno prope completo, Exodi 2. 7. Ex Amram &
Iochebet, vixit an. 120, Deut. 34.
A vocatione Abrahamæ 350, à quo Moſes est septimus.
- 2374 Moſes exacto ætatis mense tertio ex aquis extrahitur, Exodi 2.
- 2400 * Historia Hiob an huc referenda sit, incertum est.
- 2401 Iosua Nasc. à nato Ioseph 200, compl. vixit an. 110.
- 2412 **REGNV M Atheniensium incipit.**
Primus regnat Cecrops an. 50. Euf. Hinc ad Cyrum 1000.
- 2414 Moſes exacto ætatis 40: occidit Ægyptium, & fugiens habitat an.
40 in Midian, Exodi 2. Actor. 7.
- 2415 Caleb nascitur, Ios. 14. superstes cum Iosua venit in terram promiſe
sam.
- 2440 Diluuium Deucalionis, Euseb. à diluuiio Nohe 784: cuius numeri medium ob
tinet conflagratio Sodomorum.

2450	IUBILÆVS 49. <i>à creatione annus quinquies 490: a</i>	1523
	nato Abraham 501.	
2453	VOCATIO Moſis: Rubus ardens non conſumitur, Exodi 3.	1518
	ætatis Moſis 80, Exodi 7.	
	Decem Plagæ Aegypti, Exodi 7, 8, 9.	
	<i>Veteres verſiculi memoria cauſa facti.</i>	
	Prima rubens vnda: ranarum plaga ſecunda:	
	Inde culex triſtis: poſt muſca nocentior iſtis:	
	Quinta pecus ſtrauit: veſicæ ſexta creauit:	
	Poſt ſequitur grando: poſtbruchus dente nefando:	
	Nona tegit Solem: primam necat vltima prolem.	
2454	EXITVS ISRAELIS ex Aegypto die 15 menſis 1, Exo-	1517
	di 14.	
	Moſes Dux populi Iſrael in deſerto annis 40.	
	Decalogi promulgatio, Exodi 19.	
2455	Hinc ad templum Salomonis 480, 3. Regum 6.	
	Tabernaculum Arcæ fœderis in deſerto erectum & dedicatum eſt, an-	1516
	no 2 exitus ex Aegypto, die primo menſis primi. Nubes gloriæ	
	Domini operuit ac repleuit tabernaculum, vt eſſet præſentiæ diui-	
	næ teſtimonium, Exodi 40.	
	Exodus deſinit die 1 menſis primi, anno 2 exitus.	
	LEVITICVS die 1 menſis 1 } incipiunt.	
	NUMERI die 1 menſis 2 }	
	Exploratores reuerſi è terra Canaan botrû miræ magnitudinis repor-	
	tant, in ligno pendentem, Numeri 13.	
2488	REGNUM TROIANVM cepit. Dardania à Dardano condita: eſſi prius	1483
	etiam in illis locis ſit regnatum. Hinc ad Troia excidium 300. Eſtq; hic	
	annus à regno Nimrodi 700.	
2493	DEUTERONOMIUM incipit die primo menſis vndecimi,	1478
	anno 40 Exitus ex Aegypto.	
	Serpens æneus erigitur, Num. 21. Hinc ad Chriſtum erectum in	
	cruce 1511.	
	Balaam maledicturus Iſraeli, benedicit ei, Num. 22, 23.	
	Aaron Mor. die 1 menſis 5. ætatis 123, Num. 20, 33.	
	Die 1 menſis 11 Moſes prælegit Iſraelitis Deuteronomium, Deut. 1.	
	Moſes Mor. ætatis 120, Sepeliuitq; eum DEVS , &c. Deut. 34.	
	DEUTERONOMIUM & } deſinunt.	
	NUMERI }	
2494	LIBER IOSVÆ incipit.	1477
	Iſraelitæ tranſeunt Iordanem exiccatum, die 10 menſis 1. Iofua in-	
	troducit Iſraelitas in terram promiſſam, Iof. 3. 4.	
	Manna ceſſauit die 15 menſis 1, Iof. 5.	
	Muri vrbs Hiericho corruunt ad ſacrorum cornuum clangorem, po-	
	puliq; DEI clamorem, Iof. 6.	
2500	IUBILÆVS à mundo condito 50.	1471
	Partitio terræ, Iofuz 14.	
	Initium Iubilæorum Moſis ſiue Legis, Leuit. 25.	
2503	Hinc ad Baptiſmum Chriſti 1500, id eſt, 30 Iubilæi.	
2504	Præputia fructuum abſcienda trienno, Leuit, 19.	1468
	Fructus terræ promiſſæ ſanctificati Domino, Leuit. 19. Hinc ad res	1467
	ſurrectionem Chriſti 1500.	
2505	Fructus terræ communes omnibus, Leuit. 19.	1466
2507	Primus annus Sabbatharius, quo ſcilicet quieſcebant agri Iſraelita-	1464
	rum, Leuit. 25.	
	<i>Sæculum Cadmi, qui literas ex Phœnicia in Græciam importauit, Euf.</i>	
	Iofua	

- 1125 Iosua Mor. ætat. 110. Iosuz 24. A morte Ioseph 200 compl. Des
 finit liber Iosuz. 1460
- LIBER IUDICVM incipit. 1459
- 2512 Othoniel II Iudex Israelit. annos 40, Iud. 3, Hinc ad Cyrum 900. 1421
- 2550 Primus Iubilæus Mosis completus, Leuit. 25. 1419
- 2552 Ehud III Iudex annos 80, Iud. 3. 1371
- 2600 * Historia de Micha & Leuitæ coniuge, an huc pertineat, incertum
 est, Iud. 19. 20. 21.
- IVBILÆVS MOSIS II. 1339
- 2632 Debora & Barak IIII præfunt an: 40, Iud. 4. 5. 1299
- 2672 Gedeon V Iudex an: 40, Iud. 6. 1259
- 2712 Abimelech VI Iudex an: 3, Iud. 9. 1256
- 2715 Thola VII Iudex an: 23, Iud. 10. 1251
- 2720 Euander in Italiam venit, Dionys. Hinc ad Romam conditam 500. 1241
- 2730 Circa hoc tempus Ruth venit in Bethlehē ex qua Boas genuit Obed
 auum Dauidis. 1236
- 2735 Saculum Herculis & Thesei.
 Hercules Cacum interficit, Dionys.
 Hinc ad Cyri Monarchiam 700. 1233
- 2738 Iair VIII Iudex an: 22, Iud. 10. 1231
- 2740 Argonautarum expeditio in Colchicam, circa hoc tempus. 1227
- 2748 Priamus rex Troie an: 40, Archilochus.
- A Sodomis incensis 700, à regno Nini 840. 1215
- Hinc ad mortem Sardanapali 400: ad mortem Alexandri M. 900.
- 2756 Latinus regnat annis 35, à quo dicti LATINI, Dionys. Hinc ad Romuli
 mortem 500, ad V. C. 464: Romuli natalem 444. Est à diluio 1100. 1211
- 2760 Iephte IX Iudex an: 6, Iud. 12. Hinc ad natalem Dauidis 100. 1205
- 2766 Abessan X Iudex an: 7, Iud. 12. 1200
- 2771 Agamemnon Mycenis regnat annis 18, Clem. 1198
- 2773 Elon XI Iudex an: 10, Iud. 12. 1192
- 2779 BELLI TROIANI annus primus. 1188
- 2783 Abdon XII Iudex an. 8, Iud. 12. 1183
- 2788 Troia exciditū, ante Romam conditam 432, Dionys. à condita turri Babylon:
 1030: excidio Sodomorum 740: Hinc ad Olympiadas 408: natalem
 Augusti 1121: mortem Iulij 1140. Hic annus est ipsum Medium inter
 diluuium & inter cladem Crassianam, quam acceperunt Romani à Parthis
 occiso Crasso: anno V. C. 700, viring. sunt 1131.
- 2789 Troiani in Siciliam nauigant, Dionys. 1182
- 2790 Aeneas in Italiam venit. Lauinium conditum. 1181
- 2791 Samson XIII Iudex an: 20, Iud. 16. Hinc ad natum Dauidem 70,
 ad eius regnum 100. 1180
- Latinus socer Aeneæ occumbit in pralio.
- Aeneas regnat annis 3. Dionys. 1178
- 2793 Anchises pater Aeneæ Mor. Dionys. 1177
- 2794 Aeneas occisus in pralio, Hinc ad Monarchiam Iulij Caesaris 1130. 1176
- 2795 Ascanius Aeneæ filius Latinorum Rex an: 38. Dionys. 1161
- 2810 SAMSON moritur, oppressus mole domus à se dirutæ, qua &
 3000 Philistini epulantes perierunt. Plures interemit moriens,
 quàm antea viuens interfecerat, Iud. 16.
- Desinit liber Iudicum: à morte Iosuz 300, Iosephi 500. Hinc ad
 natalem Dauidis 50. Augusti Cæsaris 1100: ad captiuitatem Babilonicam 555. Obserua, à morte Samsonis ad natalem Dauidis 50, à regno Samsonis ad regnum Dauidis 100. 1160
- 2811 Primus Samuelis, alias I. Regum incipit.
 Eli summus Sacerdos regnat an: 40. I. Sam. 4. Samuel

2814	Samuel nascitur anno 4 Eli, Cedrenus, à diluuiò 1157: hinc ad N. C.	1157
	totidem.	
2832	<i>Ascanius Aeneae f. moritur à morte patris 38, ab excidio Troia 44, Dionys.</i>	1139
2833	<i>Siluius frater Ascanij III rex Latinorum an: 29, Dionys.</i>	1138
2850	IVBILÆVS MVNDI 57. Mosis 7.	1121
	Arca Domini capta à Philistinis. Eli Mor. ætat. 98, 1. Sam. 4.	
	REGNVM SAMVELIS circa huius anni finem, cæpit: à nato Abraham 901, Ioseph 650, ab exitu ex Ægypto 397, à par- titione terræ 350.	
2871	Samuel cum Saule an: 40. Actor. 13.	1120
2880	Arca fœderis mense septimo pôst, quàm capta fuerat, redijt ad Israe- litas, 1. Sam. 6.	
2886	Dauid natus à morte Iosux 350, Iosephi 550, ab exitu ex Ægy- pto 406.	1111
2892	<i>Aeneas Siluius IIII Latinorum rex an: 31, Dionys.</i>	1109
2898	<i>Reditus Heraclidarum siue posterorum Herculis in Peloponnesum: Ab excidio Troia 80, Thucy: Hinc ad primam Olympiadem 328. Diod. & Eratost:</i>	1103
2901	Philistini orante Samuele fulminibus prosternuntur, 1. Sam. 7.	1101
	* Circa hæc tempora Israelitæ petierunt regem spreto Rege DEO: Samuel exponit Israelitis Ius Regis, 1. Sam. 8.	1090
	REGNVM SAVLIS.	
	Saul quærens asinas patris sui inuenit regnum, Vngitur à Samuele in Regem, & incipit prophetare cum alijs, 1. Sam. 9, 10, sistitur po- pulo in Mizpat vt Rex Israelis, 1. Sam. 10.	
2882	Nahas Ammonitarum Rex ciuibus Iabes Gilead salutem promittit oculi dextri iactura. Saul cæsis Ammonitis inclarescit & denuò confirmatur in regno, 1. Sam. 11.	1089
	Valedictio Samuelis, 1. Sam. 12. Est hic annus ætatis Sam. circiter 68: hinc ad eius obitum 7.	
2883	* Reiectio Saulis, 1. Sam. 13. 14. 15.	1088
2884	* Vnctio prima Dauidis domi paternæ in Bethlehem, 1. Sam. 16.	
2885	* Monomachia Dauidis & Goliath, 1. Sam. 17. Hinc ad mortẽ Chris- ti vinctis Diabolum 1120.	1087
2889	Mephiboseth filius Ionathæ & nepos Saulis Nasc. 2. Sam. 4.	1086
2890	* Samuel Mor. ætatis 75 circiter, 1. Sam. 25, 28.	1082
	Saul perit, 1. Sam. 28. 31, à diluuiò 1234, ab exitu ex Ægypto 437, morte Mosis 397, exaltato Ioseph 660, regno Samsonis 100.	1081
	Definit primus Liber Samuelis.	
	Incipit 2 Samuelis, al: 2. Regum.	
2891	Secunda vnctio Dauidis in Hebron ætatis 30. 2. Sam. 2.	
	REGNVM DAVIDIS.	1080
	Dauid regnat in Hebron an: 7, mens. 6. 2. Sam. 5.	
2893	<i>Latinus V rex Latinorum, an: 51, Dionys. & Euf.</i>	1078
2898	IERSALEM capta à Dauide, eiectis ac deletis Iebusæis.	1073
	REGNVM Dauidis in Ierusalem & tertia eius vnctio ætatis 38. Regnavit in Ierusalem an: 33, 2. Sam. 5. Hinc ad Pontium Pila- tum regnantem Hierosolymis 1100.	
2899	<i>Vltimus rex Athen. Codrus interfectus.</i>	1072
2900	IVBILÆVS MVNDI. 58. Mosis 8, à partitione terra 400, ætat. David 40.	1071
	* Arca introducta in urbem Ierusalem, 2. Sam. 6.	
	<i>Archontes siue Prætores creati Athenis, quorum primus fuit Medon, à quo pe- seri eius dicti Mædontida.</i>	

Adulter

- 2908 * Adulterium & homicidium Dauidis, 2. Sam. 11. 12.
 2909 * Pœnitentia Dauidis, 2. Sam. 12. Psal. 51, ætat. Dauidis 49.
 2910 SALOMON hoc ferme tempore natus est, 2. Sam. 12. ætat. Dauidis 50, regni 20, à morte Ioseph 600, Iosua 400, Samsonis 100. Hinc ad natalem Augusti Cæs. (inclusiue) 1000. Hic annus tenet locum mediũ inter exitum ex Ægypto & capt. Babyl. vtrinq; 456.
 2913 * Incestus Ammon cum Thamar, sorore Absolonis, 2. Sam. 13.
 2915 Absolon occidit fratrem suum Ammon, in conuiuio, 2. Sam. 13.
 2918 Thecuitis intercedit pro Absolone, subornata à Ioabo, 2. Sam. 14.
 2920 Absolon reconciliatur Dauidi, intercessore Ioab, 2. Sam. 14.
 2923 * Exilium Dauidis, ætat. 63, 2. Sam. 15.
 Absolon perit, tristissimo mortis genere & inusitato, 2. Sam. 19.
 Hinc ad bellum ciuile Iulij Cæs. & Pompeij 1000.
 2930 I. Liber Paralip.] desinunt.
 II. Samuelis |
 III. REGVM incipit, aliàs primus Regum.

CORONATIO SALOMONIS, 3. Reg. 1.

Rex Dauid Mor. ætat. 70, 3. Reg. 2: à morte Adæ 2000, à natali Abrahæ 980 (bis 490) completis. Hinc ad Augusti imperium 1000: ad Baptismum Christi 1070: ad excidiũ Ierusalem M. C. XL.
 2031 II. Liber Paralipom. incipit.

REGNUM SALOMONIS.

Salomon viuo patre inauguratus & vnctus à Sadock sacerdote & Nathan Propheta: regnavit an: 40, 3. Reg. 11.
 2933 Semei occisus, 3. Reg. 2. quod contra mandatum regis esset vrbe egressus.
 2934 TEMPLVM SALOMONIS conditum, ab exitu ex Ægypto 480, 3. Reg. 6. Fundamenta iacta sunt die 2 mens. 2 an: 4 Salom: 2. Paral. 3.
 Annus à vocatione Abrahæ 910: partione terræ 434: Hinc ad conditum templum secundum 518, ad Christum bis 518, ad mortem Christi 1070.

2941 DEDICATIO templi Salom:

Templum DEI Hierosolymis magna celebritate & gaudio dedicatur anno 11 regni Salom: à iactis fundamentis septimo compl. mense 7 Ethanim. Sequenti mense Bul confectum est cum omnibus veterilibus, 3. Reg. 6. 2. Paral. 5.
 Arca foederis transfertur in templum: nubes gloriæ Domini replet templum, vt vix possint à sacerdotibus sacrificiorum ceremoniæ seu ritus administrari ac perfici. Salomon ardentissimis votis DEO gratias agit, cuiusq; misericordiã suppliciter implorat, 3. Reg. 8. 2. Paral. 6.
 Distat hæc dedicatio ab erecto & dedicato tabernaculo in deserto, annis 487.

REGIA SALOMONIS.

Regia domus Salomonis extrui cœpta. Perfecta est spacio annorum 13. 3. Reg. 7. Hinc ad Romam conditam 280: Alexandri M. Monarchiam 700, Augusti 1000, ad excidium Ierusalem 100. Estq; hic an: ætat. Salom: 30 circiter: à regno Dauidis 50 compl. morte Iosephi 630, Iosua 430.

- 2944 Alba Silvius VI rex Latinorum an: 39, Dionys. Euseb.
 2953 Regia Salomonis absoluta est anno 20 à condito templo, 3. Reg. 9. Ab exitu

	Ab exitu ex Ægypt: 500. Hinc ad priorem desolationem templi & vr- bis Ierusalem sub Nebucadnezare 412: ad posteriorem sub Ve- spasiano 1088, ad Christi ascensionem in cœlum 1050.	
2954	DEVS secundò apparuit Salomoni cum absoluisset vtramq; domum, Domini & suam: magnificisq; promissis cohortatus est eum ad se- standam patris pietatem, 3. Reg. 9. Post hæc tempora Regina Austri adiit Salomonem, eius sapientiam auditura, 3. Reg. 10.	1017
2969	Salomoni amoribus victus colit Idola.	1002
2970	Salomon moritur, 3. Reg. 11. Hinc ad conceptum Christum 1000, (de quo in Isagoge) ad V. C. 250: natum Romulum 231: ad Regnum Alexandri Magni 666, ad imperium Vespasiani & ex- cidium Hierosolymorum 1070.	1001
2971	Distractio regni Salomonis. Decem tribus Israel Regem sibi constituunt Ieroboamũ: idq; dicitur Regnum Israel: quod durauit an: 262. Dux reliquæ tribus, Iuda & Benjamin, Regẽ creant Roboamũ, idq; nominatur regnum Iuda: quod durauit an: 395. Roboam I. rex Iuda, filius Salomonis, an: 17. 3. Reg. 14. Hic pa- tri in regno non in sapientia successit: quia spreto seniorum consi- lio, de sententia iuuenum, aggrauat onera publica: 3. Reg. 12. Ieroboam I. rex Israel, an: 22. 3. Reg. 14. Hic in nouo regno exco- gitata noua religione, & cultibus idolatricis, instituit festum, quod celebratur die 15. mens. 8. Altare scinditur ad Prophetæ com- minationem: Regis manus exarescit: sed precante Propheta resti- tuitur. 3. Reg. 12. 13.	1000
2973	Israelitæ triennio ambulant in via Daudis: neglectis Ieroboami ido- lis, 2. Par. 11.	998
2974	Israelitarum APOSTASIA à DEO. 2. Par. 11. Hinc ad obsi- dionem Ierusalem 390, Ezech. 4.	997
2975	Prima direptio templi Salom. 3. Reg. 14. à condito templo 42: de- dicato 34.	996
2983	Capetus rex Latinorum VII. post Aeneam regnavit an: 26. Dionys. & Euf.	988
2987	Roboam rex Iuda Mor. 3. Reg. 14.	984
2988	Abia II rex Iuda an: 3. 3. Reg. 15.	983
2991	Assa III rex Iuda an: 41. 3. Reg. 15.	980
2992	Ieroboam rex Israel Mor. percussus à DEO, 2. Paral. 13.	979
2993	Nadab rex Israel an: 2, (incoatis) 3. Reg. 15. Nadab II rex Israel filius Ieroboam occisus. Tota posteritas impij regis Ieroboami à Baasa extirpatur 3. Reg. 15.	978
3000	Baasa III rex Israel an: 24, 3. Reg. 15. IUBILÆVS MOSIS 10. Mundi conditi 60. Concurrunt hic, 60 Iubilæus & 60 annus à dedicato templo Salom: item 10 Iubilæus Mosis, & 10 annus regni Assa. ELIAS Propheta circa hæc tempora natus Homerus Poëtarum parens, floruit.	971
3004	Numerosissimus Æthiopum exercitus funditur, non tam armis quàm pñs precib. Regis Assa (circa huius anni finem: aut sequentis prin- cipium) 2. Paral. 14, ante mortem Christi 1000.	967
3005	Idola eiecta è terra Iuda anno 15 Assa: mense 3. 2. Par. 15.	966
3009	Capys rex VIII. Latinor. an: 28. Dionys. Hinc ad natalem Augusti Caf. 900.	962
3016	Baasa moritur anno 26 regis Assa.	955
3017	Ella IIII rex Israel an: 2, 3. Reg. 16. Ella occisus, 3. Reg. 16, & deleta domus Baasa. Zimri V rex Israel diebus 7, 3. Reg. 16.	954

- 3021 Amri VI rex Israel ant: 12, 3. Reg. 16, sex in Thirza, sex in Samaria, Samaria Metropolis reg. Israelitici condita, 3. Reg. 16. Hinc ad Romam conditam 200. 950
- 3028 Amri rex Israel Mor. & primus sepelitur in vrbe Samaria à se condita. Hinc ad mortem Iulij Cæsaris 900. 943
- Achab VII rex Israel ant: 22: 3. Reg. 16, superauit impietate omnes ante se Reges. 942
- 3029 Assa ægrotat ex pedum doloribus, nec quærit Dominum sed Medicos, 2. Paral. 16. 940
- 3031 Assa rex Iuda Mor. vidit 7 Reges Israeliticos suo tempore. Iosaphat III rex Iuda ant: 25, 3. Reg. 22. 938
- 3033 Visitatio Ecclesiarum sub Iosaphat, 2. Paral. 17. 934
- 3037 **E L I Æ P R O P H E T Æ** Ministerium. *Capetus Siluius rex IX Latinorum an. 13. Dionys.*
- 3038 * Fames triennij & 6 mensium, 3. Reg. 17. Lucz 4 Iac. 5. Diffat hæc fames ab ea, quæ fuit tempore Ioseph in Ægypto, annis 800. 930
- 3041 ELIAS mactat Baalitas, 3. Reg. 18. Hinc ad excidium Hierosolymorum, vbi gladio Vespasiani mactati sunt Iudæi hostes Christi: 1000. 929
928
927
- 3042 Elias ieiunat diebus 40, 3. Reg. 19. 926
- 3043 Benhadad rex Syriæ victus ab Achab, 3. Reg. 20. 924
- 3044 Syri iterum victi ab Israelitis. 3. Reg. 22. Triennij induciæ inter Syros & Israelitas. 924
- 3045 * Vineæ Naboth occupata ab Achab. Naboth interfectus, 3. Reg. 21. 924
- 3047 Bellum Achab cum Syris post triennij pacem. Impius Achab sagitta ictus perit: canes sanguinem eius ex curru defluentem lambunt, 3. Reg. 22. 923
- III. REGVM incipit.
- 3048 Ochozias, al: Ahasias VIII rex Israel ant: 2. 4. Reg. 1. Elias igne cœlesti perdit legatos Ochoziæ anno 1000 post deletos igne cœlesti Sodomitas. Ochozias Mor. 4. Reg. 1. 921
- Ioram IX rex Israel ant: 12. 4. Reg. 3. frater Ahasiæ.
- 3050 **I V B I L Æ V S** MOSIS II. *Mundi 61.* * Elias putatur translatus in cœlum, al. 3056. 919
916
915
- ELISÆI sæculum.
- 3052 Tiberius Siluius rex X Latinorum ant: 8. Ioram V rex Iuda ant: 8. 4. Reg. 8. filius Iosaphat. 915
- 3055 Iosaphat rex Iuda Mor. ætat. anno 60. 915
- 3056 Ioram fratres suos occidit: ideo Elias (siue Thesbites siue alius) Propheta per epistolam eum obiurgat, 2. Paral. 21. Quidam ad hæc tempora referunt Eliæ translationem. Ea ratione huc pertinerent plæræq; historiæ Elisæi Prophetæ, de quibus, 4. Reg. 2. 3. 4. 5. Est à diluuiò 1400. 913
- 3058 Ochozias VI rex Iuda ant: 1. 4. Reg. 8. *Agrippa Siluius rex XI. Latinorum an. 41. Dionys.*
- 3059 Ioram rex Iuda ætatis 40. sæuissimis intestinorum tormentis moritur iuxta Eliæ vaticinium. 2. Paral. 21. 912
- Ochozias rex Iuda ætatis 23. occiditur, 4. Reg. 8.
- Ioram rex Israel sagitta percussus perit. 4. Reg. 9.
- Iesabel regina & vxor Achab de fenestra præcipitatur & laceratur à canibus, 4. Reg. 9.
- Athalia tyrannicè regnat in Iuda annis 7 incoatis, 4. Reg. 11. Iehu
10. reg. VII.

	Iehu X rex Israel an: 28, 4. Reg. 10.	
3060	Domus Achab deletur à Iehu, 4. Reg. 10.	
	<i>Homerus Poëtarum Princeps, mortuus anno ab excidio Troia 272: ante V. C.</i>	911
3065	160: <i>Solinus. (à nato Dauide 200) alij aliter.</i>	906
	Athalia interfecta tyrannidis anno 7.	
3086	Ioas VIII rex Iuda an: 40, 4. Reg. 11. 12.	885
3087	Iehu rex Israel Mor. 4. Reg. 13.	884
	Ioachas XI rex Israel an. 17. 4. Reg. 13, filius Iehu.	
	Ioas templum instaurat, 4. Reg. 12, anno regni 23. atat. 30.	
3093	<i>Lycurgi seculum, qui tulit leges Lacedemonijs.</i>	878
3099	* Ioiada summus sacerdos atat. 130. Mor. 2. Paral. 24.	872
	<i>Alladius XII rex Latinorum an: 19, qui & Aremulus. Dionys. fulmine ex-</i>	
	<i>intus.</i>	
3100	IVBILÆVS Mos. 12. Mundi 62.	871
3101	Ioas designatur rex Israel, viuo adhuc patre, cum quo regnavit 3: se-	870
	lus 16. 4. Reg. 13.	
3103	Martyrium Zachariæ filij Ioiadæ, &c. 2. Paral. 24	868
3104	Ioachas rex Israel Mor.	867
	Ioas rex Iuda interfectus, 4. Reg. 12.	
	Ioas XII rex Israel an: 16. 4. Reg. 13, filius Ioachaz.	
	Elisæus Propheta Mor. 4. Reg. 13.	
	Mortuus homo reuiuiscit contactu ossium Elisæi, 4. Reg. 13. Hinc	
	ad Christi mortem 900.	
3105	Amasias IX rex Iuda an: 29, 4. Reg. 14 filius Ioas.	866
3119	Ieroboam XIII rex Israel an. 41, 4. Reg. 14.	852
3133	IONAS Propheta floret, 4. Reg. 14.	
3134	Amasias rex Iuda occisus, atat. 54, 4. Reg. 14.	838
3145	Interregnum annorum 11 sub Vzia.	837
3148	Vzias X rex Iuda an: 52, 4. Reg. 15.	826
	<i>Sardanapalus vltimus rex Assyriorum perit succensa à se regia. Vixit & periit</i>	
	<i>ut Sodomitæ. Estq; hic annus à conflagratione Sodomorum 1100. Hinc ad</i>	
	<i>Alexandri Magni mortem 500: ad regnum Nabugonosoris 200: Mo-</i>	
	<i>narchiam Iulij 777.</i>	
	Regnum Assyriorum transfertur ad Medos, cum durasset an. 1360.	
3150	Diodor.	
	IVBILÆVS Mosi 13. Mundi 63. Oseas & Amos	821
	prophetant.	
3155	<i>Procas XIII rex Latinorum an. 23. Dionys.</i>	816
3159	Ieroboam rex Israel Mor. 4. Reg. 14.	812
	REGNUM Macedonum incipit, in quo primus regnavit Caranus. Pausan.	
	<i>Plutarch. Euseb. Hinc (inclusiue) ad mortem Alexandri Magni 490, ad</i>	
	<i>regni Macedonici finem 646.</i>	
3178	<i>Amulius XV rex Latinorum an. 42. Dionys. expulso Numitore fratre.</i>	793
3182	Zacharias XIII rex Israel mens. 6. 4. Reg. 15.	789
3183	Sellum XV rex Israel mense 1, 4. Reg. 15.	788
	Zacharias à Sellum occisus.	
	Manahem XVI rex Israel an. 10. 4. Reg. 15.	
3190	ESAIAS Propheta claret.	781
3193	Manahem rex Israel Mor. 4. Reg. 15.	778
3194	Pekaia XVII rex Israel an. 2. 4. Reg. 15.	777
3195	<i>Hesiodi seculum. Solinus scribit eum in auspicijs primæ Olympiadis obiisse, alij</i>	776
	<i>aliter.</i>	
3196	Vzias rex Iuda Mor. Pekaia rex Israel occisus.	775
	Peka XVIII rex Israel an. 20, 4. Reg. 15.	

Esaïas videt Dominum in gloria, Esa. 6.

OLYMPIADES incipiunt, vide Isagogen.

Olympias prima celebratur in estate.

- 3197 Ioatham XI rex Iuda an. 16. 4. Reg. 15. filius Vzia.
3200 IVBILÆVS MVNDI 64. Mosis 14. Olymp. 2.
MICHEAS & IOEL Prophetæ clarent.

RES ROMANÆ

INCIPIVNT.

- 3201 Romulus & Remus concepti anno 1. Olymp. 2. Plut. in Romulo, alij ad seq. an.
Romulus & Remus nati, die 21 Aegyptij mensis Thoth. Plut.
Dionysius, Liuius, Florus, Velleius, Eutropius, Orosius, Plinius Secundus de viris illustribus, Zonaras, & alij Romanae historiae scriptores incipiunt.
- 3202 Ezechias rex Iuda nascitur.
- 3212 Iotham rex Iuda Mor.
Achas XII rex Iuda an. 16. 4. Reg. 16.
- 3213 * Vaticinium Esaïæ 7, de Immanuele.
- 3216 Peka rex Israel occisus ab Osea, qui postea regnavit in Israel.
- 3219 Hinc numerat V ARRO annos Romæ conditæ. Eius supputationem sequuntur Cicero, Plinius, Cornelius Tacitus, Dio, Censorinus & alij. Dionysius autem, Solinus, & tabula Capitolina, numerant annos Romæ conditæ a sequenti: quam supputationem nos sequimur.
- 3220 Olymp. 7 ROM A condita die 21. April. Romulus regnat an. 37.
- 3223 V. C. 4 Romani puellas Sabinas rapiunt 18 Augusti. Plutarch. Dionys.
- 3224 Oseas ult. rex Israel an. 9. 4. Reg. 17.
Hinc ad Monarchiam Iulij Cæsaris 700.

NABONASSARIS ÆRA.

Anni Nabonassar siue Salmanassar, quos Ptolemæus numerat, circa huius anni finem initium sumunt.

- 3227 Ezechias XIII rex Iuda an. 29. 4. Reg. 18.
- 3228 Celeberrimum Pascha sub Ezechia, 2. Paral. 29. Tempus medium inter primum Pascha Mosis & Christi, vtrinque distans annis 775.
Serpens æneus confringitur, 4. Reg. 10.
- 3229 Bellum Messenium, an. 20. Pausan.
- 3230 Samaria obsidetur à Salmanassare, anno 4 Ezechia & 7 Osea, 4. Reg. 17. Conditæ Samaritæ anno 210.
- 3232 Olymp. 10. V. C. 13.
Samarita capta à Salmanassare: conditæ Samaritæ anno 212.
Finis regni Israel, quod duravit à morte Salomonis annis 262.
Decem tribus Israel abductæ in Assyrios, 4. Reg. 17, ab exitu ex Ægypto 779.
Tobias abductus in Medos, Tob. 1.
Religio Samaritana coepit.
Hinc ad captiuitatem Babylonicam 133.
- 3233 * NAHV M Propheta floruisse putatur.
- 3235 Sennacherib IIII rex in Assyria regnat an. 7.
- 3240 Sennacherib obsidione cingit urbem Ierusalem.
Angelus Domini perdit Assyriorum 185000, 4. Reg. 18. Esa. 37.
Ezechia morbus: Solis regressus: & vitæ Ezechia prorogatio, 4. Reg. 20. Esa. 38.
- 3241 TOBIÆ historia incipit: & Sennacherib interficitur à filijs, Tob. 1.
- 3248 Pugna ad Ithomen, qua finitum est bellum Messenium: Pausan.
- 2350 IVBILÆVS MOSIS 15. Mundi 65.
Mardocempadus in Assyria regnat.

Ezechias

3296	Ezechias rex Iuda Mor. ætat. 54.	715
	Manasse XIII rex Iuda an. 55. 4. Reg. 21.	
	Romulus Roman. rex Mor. ætat. 55, die 7 Julij. V. C. 37. A diluio 1600, regno Latini 500.	
	HERODOTI historia (continua) incipit, præterquam quod superiora recitat.	
3298	Cyges in Lydiâ regnat.	
3300	V. C. 39. Numa II. rex Roman. an. 43.	713
	IVBILÆVS mundi 66. Mosis 16.	671
	Olymp. 27. V. C. 81.	
	* ABACVC Propheta floruisse putatur. Alij eum in captiuitatis Babylonice tempora reijciunt.	
3301	Numa Rom. rex Mor. ætatis 81.	
3304	V. C. 82. Tullus Hostilius 3. rex Rom. an. 32.	670
3311	Iosias rex Iuda N. 4. R. 22. 2. Par. 34.	667
3313	Ammon XIII rex Iuda an. 2. 4. Reg. 21.	660
	Iosias XV rex Iuda an. 31. 4. Reg. 21.	658
	Cypselus Corinthi exercet tyrannidem, Euf. Hinc ad Cyri regnum 100: ad primum consulatum Julij 600.	
3325	IEREMIAS prophetare ac docere cœpit, 13 Iosia. Prophetas Hinc initium sumunt 40 anni peccatorum Iuda, de quibus Ezech. cap. 4.	646
3330	Liber Legis reperitur in templo.	
	Bethel confringitur: cultus DEI restituitur, destructis idolis, 4. Reg. 22.	641
3331	Celebre Pascha sub Iosia, 2. Reg. 23. 2. Par. 35. al: ad præced.	640
3332	* SOPHONIAS prophetat.	639
	Olymp. 35. V. C. 113.	
3333	Thales Milesius Philosophus Nasc. Laert.	
3340	Tullus Hostilius Rom. rex fulmine ictus, Dionys. V. C. 114. Ancus Martius Rom. rex 4. an. 24.	638
3343	* ABDIAS Propheta his temporibus vixisse putatur. Alij eum in superiorem Mundi centenarium conferunt.	631
3344	Iosias rex Iuda perit in prælio, 4. Reg. 23. Ierem. 46. & Herodot. Mors Cyri & Iosia distant annis 100.	628
3347	Ioachas XVI rex Iuda mens. 3. 4. Reg. 23.	627
3348	Ioiakim XVII rex Iuda an. 11. 4. Reg. 23.	
	Nebucadnezar seu Nabugdonosor rex Assyriæ an. 44.	624
	Liber Ieremie comburitur à rege Ioiakim. Ierem. 36.	623
	* Draconis leges scripte circa hoc tempus.	
3350	IVBILÆVS Mosis 17. Mundi 67.	621
3351	Nebucadnezar Iudæam deditioe capit.	620
3354	Ioiakim rex Iuda renuens regi Babylonico pendere tributa, abducitur vincetus duabus catenis in Babylonem, vbi sepelitur sepultura asini, 2. Paral. 36. Ierem. 22.	617
	Iechonias XVIII rex Iuda mens. 3. d. 10. 4. Reg. 24.	

TRANSMIGRATIO IERONIAE in Babylonem: ab exitu ex Aegypto 901.

3355	DANIELIS liber incipit.	
	Zedechias ult. rex Iuda an. 11. 4. Reg. 24. Cœpit ante anni finem.	
	* Daniel & eius focij triennio discunt literas & linguam Chaldaicam, Dan. 1.	616

- 3356 *Ancus Martius Rom. rex, Mor. à morte Romuli 100.*
- 3357 *V. C. 138. Tarquinius Priscus V Rom. rex an. 38.*
- 3358 Hananias Pseudopropheta Mor. mens. 7, quod ei Ieremias mense 5
prædixerat, Ierem. 28.
- 3359 Daniel & eius socij sistuntur regi Nabugdonosor, Dan. 1.
- EZECHIEL prophetare cœpit, anno 5 transmigrationis Iechon
niæ, die 5 mens. 4, anno 30 (ætate) Ezech. 1.
- 3360 De hoc anno Ezechiel cap. 8. 9. 10. Cap. 9. iubentur signari litera Ebraica
Thau quotquot gemerent ac dolerent propter abominatio
nes in vrbe Ierusalem.
- 3361 De hoc anno Ezechiel cap. 20. 21.
- 3363 Obsidio vrbs Ierusalem die 10, mens. 10. 4 Reg. 25. Hinc ad belu
lum ciuile Pompeianum 560.
- 3364 * Olymp: 43: Ieremias carceri includitur, Ierem. 32. Hoc anno fia
niuntur 390 anni Ezechielis, cap. 4.
- 3365 Desolatio templi & vrbs Ierusalem. Hinc ad excidium postremum
templi Ierusalem 676, ad Monarchiam Iulij 560, ad reditū Esra
in Ierusalem 150: ad conditum templum secundum 87.
- CAPTIVITAS BABYLONICA** annorum 70, Iere
miæ 39. 41. 52. Et 4. Reg. 25.
- Chaldaei urbem Ierusalem inuasere die 9 mens. 4. Ierem. 39.
- Templum conflagrauit die 10, mens. 5. Ierem. 52. Stetit ant: 431,
mens. 3, circiter.
- Finis regni Iuda, quod durauit ab obitu Salomonis 395. Est annus à
diluuiio 1709, natali Abraham 1416, eius uocatione 1342, incensu
Sodomis 1317, exitu ex Aegyp. 912, morte Moysi 872, par
titione terræ 865, excidio Troiæ 577, regno Samuelis & capta ar
ca 515, nato Dauide 505, eo mortuo 435, à dedicato hoc templo
Salom: 424, à completa regia Salom: 412, capta Samaria 133,
prædicatione Ieremiæ 41, Ezechielis 7, ab V. C. 146.
- Ieremias ab Assyrijs ex carcere dimittitur, & libertate donatur, Iere
miæ 39.
- Sedechiæ regi eruantur oculi, cum prius vidisset filios suos mactari, Ie
remiæ 39.
- Gedalia occisus mense 7, Ierem. 41.
- 3369 Reliquiæ Iudæorum abductæ in Babel, Ierem. 52.
- 3370 Daniel exponit somniū Nebucadnezaris de Colosso &c. Dan. 2, Iosep.
- 3378 Ezechiel monstratur templum typicum, Ezech. 40.
- Solon fert leges Atheniensibus, Laert.*
- 3387 *Eclipsis Solis prædicta à Thalete, Plin. lib. 2. cap. 12.*
- 3390 Nebucadnezar rex Babylonis Mor.
- Euilmerodach regnat in Babylone ant: 28, circiter.
- Iechonias rex Iuda exaltatur die 25, mens. 12, Ierem. 52. Sed 4. Re
gum 25, exprimitur dies 27, mens. 12. A regno Dauidis 500.
- Libri Regum desinunt.
- 3394 *Tarquinius Priscus Rom. rex occisus: à morte Aeneæ 600.*
- 3395 *V. C. 176. Seruius Tullius VI Rom. rex an. 44.*
- 3400 **IUBILÆVS MVNDI 68.** *Mosis 18.*
- Olymp. 52. V. C. 181.
- Hic Iubilæus est ipsum medium captiuitatis Babylonicæ, quia mens
se 4 aut 5 completur 35 annus captiuitatis.
- Historia ESTHER ab aliquibus ad hæc tempora refertur: alij alia
ter.
- Hoc saculo floruerunt septem sapientes in Gracia: item Pythagoras, Phocylides,
Epicharmus.*

615
614
613

612

611

610

608

607

606

603

601

593

584

581

577

576

571

3408	<i>Epicharmus, Anaximander, Anacreon Lyricus, Arion Musicus, Stesichorus</i>	
	<i>Poeta, Phalaris Sicilia tyrannus.</i>	
3412	<i>Aesopus interemptus, Euseb. Suid. Olymp. 54.</i>	563
3413	<i>Cræsus rex Lydorum an: 54. Herod. Olymp. 55.</i>	559
	REGNUM CYRI.	558
	<i>Cyrus regnavit an: 30. Cic. Herod.</i>	
3418	<i>Annus captivitatis Babylonicæ 49.</i>	
3419	<i>Balthasar in Babylone regnat an: 17. Ioseph:</i>	553
	<i>V. C. 200. Visio Danielis de 4 bestijs, id est, Monarchijs, cap. 7.</i>	552
	<i>Pisistratus Athenis regnat, Olymp. 56. an. 4. Paus.</i>	
3421	<i>Cræsus aduersus Cyrum bellum gerit. Euf.</i>	
3424	<i>Visio Danielis de ariete feriente hircum, cap. 8. Hinc ad Alexandrum</i>	550
	<i>Mag. natalem 195, ad regnum 215.</i>	
	<i>Olymp. 58 Solon Mor. Hinc ad mortem Platonis 200.</i>	547
3425	<i>Thales Milesius moritur nonagenarius. Laert. Olymp. 58, nobis prodeunt an-</i>	
	<i>ni 92.</i>	
3428	<i>Finis regni Lydorum. Cræsus à Cyro captus, Euseb. Hinc ad Iulij</i>	546
3434	<i>Monarchiam 500.</i>	
	<i>Theognis, cuius Gnomologia extat, nascitur Olymp. 59. Suid.</i>	543
	<i>Vltimus annus captivitatis Babylonicæ, & vltimus monarchiæ Assy.</i>	537
	<i>Cyrus Babylonem capit.</i>	
	<i>Balthasar rex Babylonis interficitur, Dan. 5.</i>	
	<i>* Post hæc tempora videtur Daniel coniectus in lacum leonum, Da-</i>	
	<i>niel 6.</i>	
3435	<i>Annus à condito templo Salom: 500: compl.</i>	
	MONARCHIA II. quæ est Persarum, duravit annis 207, vsq; ad Ale-	536
	<i>xandri Magni Monarchiam.</i>	
	<i>CYRVS primus Monarcha apud Persas, annis 7 completis, Hinc ad Monar-</i>	
	<i>chiam Iulij 490.</i>	
	<i>Reditus Israelitarum è Babylone, 2. Paral. 36.</i>	
	<i>Danieli releuantur 70 hebdomades, Dan: 9.</i>	
	LIBER ESDRÆ Sacerdotis incipit.	
3436	<i>Altare extruitur Hierosolymis, & primum à reditu celebratur festum</i>	
	<i>tabernaculorum, die 1 mensis septimi, Esræ cap. 3.</i>	
3437	<i>Templi secundi fundamenta iacta, mense 2, Esræ cap. 3.</i>	535
3438	<i>Exstructio templi impeditur, vsq; ad annum 2 Darij (annis 17) Esræ 4.</i>	
3439	<i>Visio postrema Danielis die 24 mensis primi, cap. 10. 11. 12.</i>	534
3440	<i>Seruius Tullius Rom. rex occisus.</i>	533
3441	<i>V. C. 220. Tarquinius Superbus VII & vlt. Rom. rex an: 25.</i>	532
3442	<i>Polycrates Samiorum ty. annus. Cic. l. 5. de finib. de eo loquitur.</i>	531
3443	<i>Cyrus Persarum rex moritur, Herod. Xenophon.</i>	529
3450	<i>Cambyfes II Persarum rex, an: 8. Herod.</i>	528
	IUBILÆVS Mosis 19. Mundi 69.	521
3451	<i>Mors Cambyfis attulit Iudæis lætitiã conuenientem Iubilæo.</i>	
	<i>Darius Hystaspis III rex Persarum an: 36. Herod.</i>	520
3452	<i>Simonides Poeta vixit.</i>	
	<i>Olymp. 65. V. C. 233.</i>	519
	AGGÆVS & ZACHARIAS.	
	<i>Aggæus prophetare cœpit die 1 mensis 6.</i>	
	<i>Zacharias mense 8.</i>	
3453	TEMPLVM SECVNDVM Hierosolymis conditum, Esræ	
	<i>5. 6. Fundamenta iacta anno 2 Darij, die 24 mens 9. Aggæ. 2.</i>	518
	<i>Darius Persarum rex edicto suo confirmat incoatã templi extructio-</i>	
	<i>nem, Esræ 6. Estq; hic annus ab exitu Israel ex Ægypto 1000.</i>	

- Pindarus Poeta nascitur: vixit annis 66, alij 80. Scholiast:
 3456 Domus Domini completa est die 3 mens. 12. Si volent scholastici
 meminisse annum dedicati templi secundi, tantum imprimant men-
 ti hoc, quod ordine se hic subsequuntur hi numeri: 3. 4. 5. 6.
 TEMPLI SECUNDI dedicatio, 1. Esdræ 6, à diluio 1800:
 à dedicato templo Salomonis 515, Hinc ad N. C. totidem.
 3457 Primum Pascha in Templo secundo celebratum, 1. Esd. 6. Inde ad
 Pascha Christi, an. 547.
 3462 Darius Babylonem capit astutia Zopyri. Herod. Iustin. Clem.
 3463 Lucretia à Tarquinij superbi filio struprata manu sua perit.
 3464 V. C. 245. Tarquinius Superbus Roma & regno eicitur 24 Febr. qui dies di-
 ctus est regifugium.
 Primi Consules Romæ creati. Sed habuit quinq. Coss. hic primus annus. Dionys.
 Hinc ad Iulij Monarchiam 460.
 3466 V. C. 247. Capitolium Romæ dedicatum.
 3472 V. C. 253. Primus Dictator Rom. T. Lartius Flavius.
 3475 Pythagoras cuius Aurea dicta circumferuntur Mor. Enseb.
 3477 V. C. 258. Pugna ad Lacum Regillum: Latini victi à Dictatore Posthumio.
 Hæc fuit postrema pugna Tarquinij Superbi cum Romanis. Paulo post obiit,
 exilij sui anno 14. Dionys.
 Hippocrates Medicus vixit.
 3479 Successio plebis Rom: in montem sacrum.
 3480 Olymp. 72. V. C. 261. Tribuni plebis primum creati.
 Pugna Marathonica, qua Multiades prostravit exercitum Darij Regis Persar. in
 campo Marathonio. Herod. Thucyd. Dionys. Gell. & Probus in Militate.
 3482 Coriolanus exilio à plebe mulctatur, quod obsitisset, ne frumentum ex Sicilia
 aduectum plebi divideretur in summa annonæ caritate. Damnatus absens in
 Volscos abiit. Liu.
 3485 Coriolanus à matre Veturia & coniuge Volunnia placatur & exoratur, ne pa-
 triam oppugnet. Liu. Dionys.
 3486 Darius Hystaspis Mor. Hinc ad mortem Augusti Cæs. 500.
 Epicharmus vixit. Suid.
 3487 Xerxes IIII rex Persarum an. 21. Diodor.
 3489 Aristides in exilium pulsus ab ingratis ciuibus.
 3491 Xerxes Sardibus hybernat: legatos mittit in Græciam, petentes terram & a-
 quam: Hellespontum flagris cedi, & mari compedes inyci iubet. Herod.
 Syncretismus in Græcia factus.
 Aristides ab Atheniensibus reuocatur anno 3 exilij. Plutarch.
 3492 Olymp. 75. Herod. Diod. Dionys. Paus. Expeditio Xerxis in Græciam. Xer-
 xes recensens exercitum plorat.
 Pugna ad Thermopylas: 300 Spartani, qui sese opposuerant Xerxi, occubue-
 runt. Pugna ad Arthemisium: classis Persarum victa à Græcis. Athenæ
 capta à Xerxe.
 Pugna ad Salaminem: classis Persarum ab Atheniensibus duce Themistocle na-
 uali prelio victa. Xerxes à Græcia fugit. Vide Herod. Diodor. Probum &
 Plutarchum in Themistocle & Aristide.
 Liber XI Diodori Siculi incipit.
 Euripides Poeta nasci. Suidas. Sed Laertius annis 20 antiquiorem facit.
 3493 Pugna ad Plataas & ad Mycalen eodem die.
 Perse victi à Græcis: Mardonius interfectus, Herod. Diod.
 Herodotus desinit. Reliquam historia partem pertexit Thucydides, vsq. ad bel-
 lum Peloponnesiacum.
 3494 Themistocles reparat muros Athenarum, repugnantibus Lacedæmonijs.
 3495 Diodorus huc refert necem Pausania: alij aliter.

3700	IVBILÆVS MVNDI 70. <i>Mosis 20.</i>	471
	Olymp. 77. V. C. 281.	
	* MĀLACHIĀS Propheta vltimus circa hæc tempora.	
3701	* Historia IVDITH huc pertinere putatur.	
	Circa hæc tempora Themistocles de patria opt. meritis invidia amulorū in exilium pulsus. Diod. Thucyd.	470
3702	Pugna ad Eurymedontem fluvium: Cimon Dux Atheniensium vincit Persas	469
	eodem die prælio navali ac terrestri. Hæc dua victoria nomen Cimonis clarum fecerunt in vniuersa Græcia. Thucy. Diod. Probus & Plut. in Cimone.	
3703	Socrates Philosophus Nasc. Laert.	468
3708	Sophocles primam fabulam iuuenis adhuc Athenis docuit. Plutar. Cimon;	463
	Olymp. 79: cuius victores celebrat Pindarus Ode 7 & 53.	
3709	Artaxerxes Longimanus V Persarum rex an: 40. Diod. Hinc ad natum Augustum 405.	462
3714	Themistocles circa hunc annum Mor.	457
	Migratio secunda Iudæorum ex Babel.	
	INITIVM HEBDOMADVM DANIELIS, id est, annorum 490, qui finiuntur morte Christi, Dan: cap. 9.	
	ESDRAS sacerdos anno 7 Artaxerxis cum populi Israelitici turba migrat e Babylone in Iudæam: iter ingreditur die 12 mens. primi, Esdræ cap. 8. Hierosolymam venit die 1 mens. 5. Esd. cap. 7. Est à priore reditu Iudæorum ex Babel annus 80 incoatus.	
3719	Pugna ad Tanagram: Athenienses victi à Lacedæmonijs, Thucyd. Diod.	452
3721	V. C. 300. Romani Athenas mittunt legatos allaturos legum formulas.	450
3722	V. C. 302. Romanorum legati Athenis reuersi, nouas leges adferunt. Decemviri creati.	
3723	DECEMVIRI tenuerunt Rempub: in annum tertium, Dionys.	449
	Nobilis pax Græciæ: quam Artaxerxes cum Atheniensibus fecit, & Græcæ civitates in Asia liberas esse iussit, Diod. Plut.	448
3724	Cimon Atheniensium dux Mor. Post Cimonem Pericles Athenis clarus fuit.	
3726	Decemviri se abdicarunt facta secessione plebis in Aventinum ob Appij Claudij facinus. Hinc ad Iulij Cæs. Monarchiam 400.	447
	Tricennalia fœdera inter Athenienses & Lacedæmonios facta: sed seruata annis 14 vsq; ad belli Peloponnesiaci principium, Thucyd.	445
	NEHEMIÆ liber incipit.	
3727	Nehemias die 20 mens. 9 accipit nuncium de miseranda vastitate vrbis Ierusalem, Nehem. 1.	
3728	Nehemias Hierosolymam veniens reparat muros vrbis Ierusalē spacio dierum 52: absoluit opus die 25 mens. 6. Nehem. 6.	444
3730	Plinius scribit Herodotum circa hunc annum scripsisse suam historiam.	443
3731	Primi Tribuni militum Consulari potestate Romæ creati.	441
	V. C. 312 Primi Censores Romæ creati.	440
3735	Desinit historia Dionysij Halicarnassensis.	
	L. Quinctio Cincinnato in agro aranti nunciatum est eum Dictatorem factum: cuius iussu Magister eq. C. Seruilus Hala Sp. Melium regnum affectantem interemit. Lu. Cic. Senect.	436
3736	Isocrates Orator Nasc. Plut.	435
3739	Nehemias redit Babylonem: Nehem: 5.	432
3740	Methonis Cyclus decennoualis editus, Diod.	
	Olymp: 87. V. C. 321.	431
3741	Thucydides historia continua de bello Peloponnesiaco incipit.	
	Bellum Peloponnesiacum inter Lacedæmonios & Athenienses gestum: durauit an: 27 mens: aliquot. Thucyd. Hinc ad Monarchiam Augusti 400, ad Vespasiani imperium 500.	430

357	Demosthenes Nasc. Plutar. ante Ciceronis natalem 280.	384
358	Aristoteles Nasc. Laert: à nato Platone 44, Socrate. 85.	383
359	Pugna ad Naxum, qua Athenienses nauali pralio vicerunt Lacedemonios duce Chabria. Estq; hac prima victoria Atheniensium post captas à Lysandro Athenas. Illam enim ad Cnidum non proprijs viribus, sed Regia classe obtinuerunt. Diod. Probus in Chabria.	376
399	Helice & Bura deleta, altera hiatu terra, altera fluctibus. Paus. Strabo.	372
400	IVBILÆVS Mundi 72. Mosi 22.	371
	Olymp. 102. V. C. 381.	
401	Pugna Leuctrica: victi Lacedemonij à Thebanis ad oppidum Leuctra, ducibus Pelopida & Epaminonda. Cleombrotus Lacedemoniorum Rex occubuit. Diod. & Probus in Epaminonda.	370
404	Dionysius Senior, Sicilia tyrannus Mor. successit ei Dionysius iunior.	367
407	Ptolemæus Aorites in Macedonia regnat an. 3. Diod.	
	Ptolemæus Macedonum rex interfectus à Perdica fratre, qui ei in regno successit.	364
	Primus Prætor & primi Aediles Curules Romæ creati. V. C. 388. Hinc ad Ciceronis Præturam 300.	
408	Pelopidas Thebanorum Dux in pralio cadit, Diod.	363
409	Pugna ad Mantineam: victi Lacedemonij à Thebanis. Epaminondas Dux Theb. Mor. relictis duabus filijs (vt ipse loquebatur) victoria Leuctrica & Mantinea. Xenophon.	362
	Camillus Mor. V. C. 390. Livius.	
	Xenophontis historia de bello Græcorum desinit.	
410	ARTAXERXES Ochus VIII Pers. Rex, annis 23.	361
411	Curtius equo insilit in vastum specum, qui ab ipso Lacus Curtius adpellatus. Liu.	360
412	Perdiccas Maced. rex ab Illyrys victus occumbit. Olymp. 105. Philippus rex Maced. an: 24. Huius res gestas in annos singulos distributas habent, Diodorus, Gemistus, Plethon, & alij.	359
	Galli Anienem transgressi non procul ab vrbe Roma castraponunt. Monomachia Manlij Torquati & Galli apud Anienem: Manlius Gallo quem detraxit, sibiq; tam torquem quam nomen Torquati induit. Xenophon Mor. Laert.	
414	Bellum sociate an: 3. Diod.	357
415	Templum Delphicum direptum à Phocensibus, unde ortum bellum sacrum decennale, inter Phocenses & Thebanos. Paus.	356
416	Olymp. 106. Alexander Magnus Nasc. V. C. 397, die sexto εκατομχαίωτος quo die pater Philippus per Parmenionem Illyricos pralio vicerat: Potideam cepit: in Olympico certamine Victor declaratus fuerat. Quibus auditis deos orauerat, vt hanc felicitatem leui aliquo incommodo expiarent. Eodem die templum Dianæ Ephesi conflagrauit: vbi sacerdotes per oppidum quasi lymphati discurrentes: magnum eo die malum Asia alicubi nasci vociferati sunt. Plutarch. in Alexan.	355
419	Philippus Macedo cecidit ad 6000 Phocensium, interfecto Duce eorum Onomarcho.	352
423	Bellum Olynthiacum. Huius belli tempore dicta sunt orationes Demosthenis Olynthiæ.	348
424	Monomachia M. Valerij & Galli. Coruus pugnantem adiuuit Valerium: unde Coruini seu Corui cognomen accepit. Hinc ad Monarchiam Iulij 300. Plato Mor. etat. 81. Laert. Athen.	347
429	Olynthus capta à Philippo Macedone.	
430	Dionysius Iunior Syracusis pulsus, inops venit Corinthum, Diod.	342
	Timoleon Remp. Syracusis constituit.	
430	V. C. 411, Bellum Samniticum an. 71.	341

Aristote-

Aristoteles fit preceptor Alexandri Magni, atar. Alex: 15. Hinc ad Augusti imperium 300.

Carthaginenses in Sicilia à Timoleonte victi: totaq; Sicilia in libertatem vindicata est.

3633 **ARSAMES IX** Persarum rex an: 3.

Decius pater se deuouit pro legionibus Rom.

3634 *Pugna ad Cheronæam, qua victi sunt à Philippo Macedone Athenienses & Thebani. Huic pugna interfuit Alexander, agens annum atar: 18. Iust. 9.*

Isocrates Orator Mor. atar. 98.

3635 **DARIUS X** & ultimus Persarum rex an. 6, regnare cepit ante huius anni finem.

3636 *Olymp. 111. V. C. 417: à Carano 478.*

PHILIPPVS Macedonum rex occisus, atar. 46. Diod. Iust. 9.

REGNUM ALEXAN

DRI MAGNI.

ALEXANDER MAGNVS regnat an. 12. mens. 7. aut 8.

Huius res gesta secundum annos singulos, legantur apud Diodorum, Arrianum, Curtium, Plutarchum, Iustinum, & alios. Estq; hic annus atatis Alexandri 20.

3637 *Theba deleta ab Alexandro Magno: à captis Athenis 70.*

3638 *Expeditio Alexandri in Asiam.*

Pugna ad Granicum flumen, qua Alexander Darij copias prostrigauit.

3639 *Pugna ad Issum: Persa ab Alexandro iterum victi.*

Continentia heroica Alexandri parcentis pudicitie Gynecæi Regis Darij, quod in ipsius potestatem venerat.

3640 *Alexander Tyrum capit post 7 mensium obsidionem.*

Alexander Hierosolymam venit.

Alexander reuenter salutato summo Pontifice Iudeorum, ingreditur Hierosolymam, & DEO Israelis sacrificia offert. Ita Alexander terror gentium fit supplex DEO Israelis. Hinc ad excidium urbis Ierusalem sub Vespasiano 401.

3641 *Alexandria in Aegypto condita.*

Pugna ad Arbela, qua Alexander fudit copias Darij, & Asia imperio potitus est, anno regni sui sexto: Ea victoria translata est Monarchia Persarum ad Græcos.

3642 MONARCHIA III. GRÆ

CORVM: quæ durauit vsq; ad Iulij Monarchiam 282: Augusti 300.

ALEXANDER Monarchiam tenuit septennio.

DARIUS Persarum rex ult. interfectus.

Prima CALIPPI periodus, quæ est annorum 76, incipit. Est V. C. 423: à morte Cyri 200.

3648 *Olymp. 114. V. C. 429.*

Alexander Magnus Mor. vixit an: 32, mens. 7. aut 8.

REGNUM LAGIDARVM in Aegypto, annorum 294. *Ptol. Clem.*

Ptolemaus Lagi, mortuo Alexandro regnat in Aegypto an: 39.

3649 *Bellum Lamiacum: Athenienses ab Antipatro ad Cranonem victi urbem dederunt. Diod. Plut.*

3650 **IVBILÆVS** Mundi 73. *Mosis 23.*

Aristoteles & Demosthenes Mor. atar. 63.

Alexandri Magni cadauer Alexandriam deportatum in curru aureo, sepelitur. Diod.

V. C.

3651	V. C. 432. Clades Caudina: Romani apud Caudium victi.	320
3654	Perdiccas ingulatur à suo exercitu, cum regnasset an. 3. Diod.	
	Phocion ab Atheniensibus, de quibus præclare fuerat meritis, in gratiam Cas-	317
3655	sandri iniuste damnatur; & veneno necatur. Diod.	
	Agathocles Syracusis regnare cepit. Iustin. 22.	316
3656	Philippus Arideus peremptus ab Olympiade Alexandri Magni matre; cum regnasset in Maced. an. 6. mens. 4. Diod.	
	Tertium diluuium Rhodium. Diod. Adiluuium Nohe 2000.	315
	Eumenes vnus ex ducib. Alexandri Magni occisus.	
3661	Olympias Alexandri Magni mater (que Arideum necauerat) occisa.	
	Thebe instaurata à Cassandro. Diod.	
	Ab huius anni sine ordimur annos Seleucidarum: siue Acram Chaldaeorū, cuius annos Ptolemæus annotat.	310

REGES SYRIÆ.

	Primus Syriæ rex SELEVCVS NICANOR, an. 30 circit.	
	Anni Græcorum in libris Maccabæorum annotati, numerantur ab huius anni fine: aut sequentis initio.	
3670	Agathoclis in Asiam traiectio.	
3677	Diodori Siculi historia deficit.	301
	V. C. 458. Pugna ad Clusium, in qua cum equitatus Romanus à Gallis in fugam verteretur, Decius Cos. se deuouit pro Romanis, morteq. sua victoriam ciuibus tradidit. Linius.	294
3680	Timochares Alexandrinus vixit an. 36. primæ periodi Calippi, Ptolem.	
	V. C. 461. Desinit 1 Decas Liuij.	291
	Tota II Decas interijt, qua iactura amissimus historiam annorum 70.	
	Theocritus, Bucolici carminis scriptor, & Euclides Megarensis claruerunt.	
3682	Menander Poëta Mor.	
	M. Curius Cos. ad focum sedens & rapis coquendis vacans, aurum oblatum à Samnitibus aspernatus est: malle se discitans, aurū habentib. imperare: quàm aurum habere: quod talis cæna non indigeret multo auro. Cic. Senect. Plut.	289
3688	in Catone & Apophi.	
	Olymp. 124. V. C. 469: ab excisa Troia 900.	283
	POLYBII historia (lib. 2. incipit.	
3689	PTOLEMAEVS PHILADELPHVS II Rex Aegypti an. 38 solus:	
3690	quia biennio regnavit cum patre, teste Luciano & alijs.	282
	Pugna ad Lacum Vadimonis, qua Galli cæsi sunt à Romanis.	281
	Vltima pugna successorum Alexandri Magni, in qua occisus est Lysimachus etat. 74, à morte Alexandri 42.	
3691	Hoc tempore floruit Aratus, qui scripsit Phenomena, siue de siderib. carmen.	
	SELEVCVS NICANOR I. Rex Syriæ interfectus post occisum Lysimachum mense 7. etat. 77. Iustin. Oros.	280
	ANTIOCHVS SOTER II. Rex Syriæ an. 19, quos partim hinc, partim ab anno sequenti numeramus.	
3692	Pugna Pyrrhi cum Cos. Lenino: apud Heracleam.	279
3693	Ap. Claudius Cæcus cum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus cum Pyrrho faciendum: non dubitauit ea, que versibus complexus est Ennius, commemorare: Quo vobis mentes, recta que stare solebant Antehac dementi sese flexere ruina. Cic. Cat.	278
	Secunda pugna Pyrrhi cum Romanis ad Asculum: cæsa Romanorum 5000, Pyrrhi 20000.	
3694	Galli è Grecia pulsi, & Dux eorum Brennus mortuus. Paus. 10. Iustin. 24.	
	Quidam per fuga pollicitus est Fabricio Cos. si præmium sibi daretur, in castra rediturum, & regem Pyrrhum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curauit ad Pyrrhum: additis literis, videret quales milites sociosue haberet:	277

- haberet: sed Rom. non consuesse veneno potius, quam virtute vincere: proinde ab is ne timeret. Quod factum eius à Senatu laudatū est. Cic. 3. Off. 275
- 3696 Eratosthenes nascitur Olymp. 126. Vixit an: 80. Suid. 274
- 3697 Tertia pugna Pyrrhi cum Romanis in campis Arusinis: Pyrrhus victus & Italia pulsus à Curio Cos. 271
- 3700 **IUBILÆVS Mundi 74. Mosis 24.**
Olymp. 127. V. C. 481.
Tarentinis victis finitum est bellum Samniticum, quod duravit an: 71. 269
- 3702 Epicurus moritur etat. 72. Cic. 267
- 3704 Anno 17. Philadelphi nata est Græca versio Bibliorum LXXII. interpretum. Epiphan. Hinc ad mortem Christi 300. 263
- 3708 Olymp. 129. V. C. 489.
Polybius (lib. 1.) incipit, præterquam quod repetit res superiorum temporum ab Olympiade 24, id est, anno mundi 3688.
Primum bellum Punicum, gestum à Romanis aduersus Carthaginienses, duravit an: 23. 260
- 3711 **ANTIOCHVS THEOS III** Syria rex an: 15. Euseb. Hic duas habuit coniuges: Laodicen matrem Seleuci Callinici & Antiochi, qui dictus est Hierax: Et Berenicen filiam Ptol. Philadelphi, quam mortuo Antiocho Theo interfecit Seleucus Callinicus. 255
- 3716 Romani victi à Xantippo: Regulus captus, cæsa Romanorum 30 millia. Polyb. Appia. 252
- 3719 V. C. 500. Romani 150 onerarias naues amittunt classe in Syrtes impulsæ. Polybius. 250
- 3721 Aratus Sicyonius Acheorum Dux inclauit. Polyb. 2.
Circa hunc annum Regulus remissus à Carthaginiensib. Romam, iureiurando dato, ut nisi redditi essent captiui Panni nobiles: rediret ipse Carthaginiem. Venit in Senatum Regulus, exponit mandata: sed captiuos reddi dissuadet. Cuius cum valeret autoritas, captiui remissi non sunt: ipse Carthaginiem rediit. Et si autē non ignorabat se ad crudeliss. hostem & exquisita redire supplicia: tamen iusiurandum conseruandum putabat. Itaque tum cum vigilans necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex, periurus, consularis remansisset. Cic. 3. Off. Val. Max. l. 1. c. 1. d. 14. 249
- 3722 Quidam hic ordiuntur regnum Parthicum, quod tenuit familia Arsacidarum, vsq. ad an: 4 Alexandri Seueri Imp. Vide 4196. 246
- 3725 Annibal Carthaginiensium Dux natus est. De hoc Liu. Plutar. Prob. &c. Hinc ad Iulij Monar. 200. 245
- 3726 **PTOLEMAEVS EVERGETES**, Philadelphi filius, III rex Aegypti, an. 25. alij 26.
Circa hunc annum regnare cepit **SELEVCVS CALLINICVS IIII** rex Syria: an. 20. alij 21.
Hic contra datam fidem occidit nouercam Berenicen, sororem Ptolemei Evergete: Regis Aegypti: de quo Daniel 11. Iustin. 27.
Huius Seleuci frater fuit Antiochus Hierax. 241
- 3730 V. C. 511. Pugna ad Aegates: victi Carthaginienses à C. Lutatio Cos. & primum bellum Punicum finitum est.
Per hæc tempora Ptol. Evergetes Seleucum Callinicum pralio vicit. Iustinus 27. Eutrop. 3. 240
- 3731 Pax inter Romanos & Carthag. facta.
Attalus in Asia minori regnat an. 44. Linius. 239
- 3732 Prima fabula Romæ acta à Lio Andronico Poeta comico. Cic. 238
- 3733 Ennius Poeta nascitur Coss. Cenchone & Tuditano, Cic. senect. 234
- 3737 V. C. 518. Ianus Clausus II. 231
- 3740 Iesus Syrach floret. Euseb. 231

3746	Cato Maior natus. Cic. senect.	
3749	Circa huius anni finem regnare cepit Seleucus V. R. Syria, an. 3. alij 2.	
3750	ANTIOCHVS MAGNVS VI Rex Syria regnare cepit hoc anno propè completo, regnavit 37. alij 36. Est à morte Alexandri Magni 101.	227
	IVBILÆVS Mundi 75. Mosis 25.	221
3751	Pugna ad Clastidium: Galli & Germani victi à Romanis: Marcellus Cos. cæso Rege Virдумaro Ioui spolia opima retulit.	
	V. C. 532. Liuy Decas III incipit.	220
3752	Annibal appellatus Imperator interfecto Asdrubale.	
	PTOLEMÆVS PHILOPATOR IIII Rex Aegypti an. 17.	
3753	Olymp. 140. Annibal Vaccæos, Carpetanos, & reliquos trans Iberum populos vincit. Polyb. Appian. in Hispan.	219
	Annibal Saguntum Hispania oppidum, Romanis societate, fœdereq; coniunctum, cepit. Saguntini longa obsidione, fameq; eo redacti sunt, ut maluerint urbem incendere, & se suaq; in ignem inycere, quam in hostium manus venire, aut à fide Romanorum discedere. Vnde prouerb. Saguntina fames. Nec immerito diceretur, Saguntina fides. Vide Polyb. Liu. Valer: Max.	218
3754	V. C. 535. Secundum bellum Punicum annorum 17, descriptum à Polybio, Liuiio, Stilio Italico, Appiano Alexandrino, Aemilio Probo in Annibale, Eutropio, Orofio, &c.	217
	Pugna ad [Ticinum] victi Romani.	
3755	Pugna ad [Trebiam]	
	Pugna ad Thrasimenum: cæsa ad 15 millia Romanorum: alij 25, alij 20.	216
3756	Cunctatio Fabij Dictatoris, cuius non dimicare vincere fuit, ut ait Valer. Max.	
	V. C. 537, à diluuiio 2100. Pugna ad Cannas, in qua ceciderunt 40 millia Romanorum, alij 44 die 2 Augusti. Macrob. l. 1. c. 16. Gel. 5. c. 17.	215
3759	Victoria Marcelli ad Nolam, qui primus post Cannensem cladem Annibalem vinci posse docuit. Annibal igitur erepta sibi spe potiunda Nole, Aceras contendit, easq; captas incendit atq; diripuit. Liuius.	212
	Fabius pater, filio Cos. propter imperij maiestatem de via cedit equo desiliens.	
3760	Liu. Plut. Val. Gell.	211
	V. C. 541. Syracusa capta à Marcello.	
	Archimedes qui diu conatus Marcelli oppugnantis Syracusas eluserat, machinis mira arte extructis: interfectus est capta urbe, ab ignaro milite quis esset: cum ille intentus figuris, quas in puluere descripserat, nec urbis expugnationem sensisset: & militi irrumpenti, ne turbaret sibi lineas, dixisset.	
3761	Duo Scipiones P. & Cn. in Hispania intereunt ab Asdrubale cæsi. Liu.	210
	Capua capta. Liu. Cic. tamen paulo aliter contra Rullum. Ab hoc anno incipiunt res gestæ P. Scipionis Africani superioris: qui in locum patris & patru interfectorum, in Hispanias ad bellum cum Pænis gerendum, missus est à Senatu, annos natus 24. Liu. Huius Scipionis vitam descripsit Plut. Eodem anno, Manlius: cum ei Consulatus deferretur ab omnib. isq; eum prætextu aduersæ valetudinis recusaret, nec audiretur: instantibus cunctis, alium, inquit, Quirites, quarite, in quem hunc honorem transferatis: Nam sine eum gerere cõegeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. Val. l. 6. c. 4. d. 3.	209
3762	Scipio Africanus nouam Carthaginem urbem Hispania opulentiss. expugnat. Atq; hæc prima eius est victoria: in qua illustre illud continentia sue edidit specimen. Virginem enim captiuam, sponsam Allucij, ad se adductam, intactam & sancte custoditã, ad parentes & sponsum remisit: addito etiam auro, quod parentes pro redimenda ea attulerant, dotis loco. Quo factò rumor de eo increbuit per Hispanias: venisse dijs similitimum iuuenem, vincen- tem omnia cum armis, tum benignitate ac beneficijs. Liu.	208
3763	Tarentum à Fabio Cos. per prodicionem arte Punica receptum.	

- 3764 Pugna ad Venusiam: Marcellus V Cos. in prelio occisus, & à Victore Annibale magnifice sepultus. Liu. 207
- 3767 Primus Consulatus P. Scipionis. 204
- 3768 PTOLEMAEVS EPIPHANES V Aegypti Rex an. 24. 203
- 3769 Siphax Numidiae rex capitur à Scipione. Polyb. l. 14. 202
- 3770 Pugna ad Zamam, qua Scipio postremo vicit Annibalem, & secundo bello Punico finem imposuit. Polyb. l. 55. Linius, Appianus, Plutarchus & Probus in Annibale. 201
- 3771 V. C. 552. Desinit III Decas Liuji, incipit IIII.
P. Cornel. Scipio Romae triumphat de Pannis, Annibale & Siphace, unde & Africani agnomen accepit. 200
- 3772 Bellum Macedonicum primum seu Philippicum contra Philippum Macedoniae Regem. 199
- 3775 V. C. 556. Pugna ad Cynoscephalus: victus Philippus à T. Quinctio. ATTALVS rex Mor. etat. 72. regni 44. Linius. 196
3776. Graecis ciuitatibus redditur à Romanis libertas & immunitas. Valerius Max. l. 4. c. 8. 195
- 3778 Secundus Consulatus Scip. Africani. 190
- 3781 V. C. 562. Bellum Antiochenum, siue Aetolicum: à Romanis gestum aduersus Antiochum Magnum & Aetolos. Appian. in Syriacis.
Pugna ad Thermopylas: victus Antiochus Magnus Syriae Rex, à Corn. Scipione. Plut. Cato. 189
- 3782 Pugna ad Magnesium: victus Antiochus Magnus à L. Scipione Asiatico: cessit Romanis tota Asia citra Taurum montem. 186
- 3785 Scipio accusatur à tribb. pl. ob pecuniam ab Antiocho acceptam: quare offensus Linternum concessit, ibiq; vixit sine urbis desiderio. 185
- 3786 SELEVCVS PHILOPATOR VII Rex Syriae reg. an. 12. 184
- 3787 V. C. 568. P. Corn. Scipio Africanus maior cum res maximas totis 27 annis gessisset moritur Linterni: ibidemq; etiam sepeliri voluit: ne ingrata patria velosibus potiretur. Alij tamen ad sequentem annum referunt.
Scipio Africanus minor natus est hoc ferme anno. 183
- 3788 Plautus Poeta moritur Censore Catone Maiore. Cic. ab excidio Troia 1000. 182
- 3789 Annibal Carthag. Dux veneno gustato perijt etat. 63. compl. 181
- 3790 V. C. 571. Persens Philippi regis Macedonum filius Demetrium fratrem tentati in se parricidij accusat apud patrem. De ea re tres orationes patris, Perseni & Demetrii, quae mirifico excellunt artificio apud Liu. studiosi sibi commendatas habeant. 179
- 3792 PTOLEMAEVS PHILOMETOR VI Aegypti rex an. 35. 178
- 3793 PHILIPPVS MACEDONVM rex Mor.
PERSEVS vltimus rex Maced. regnat an. 11. Liu. 177
- 3794 V. C. 575. Incipit V. Decas Liuji. 174
- 3797 SELEVCVS PHILOPATOR Syriae rex Mor.
Antiochus Epiphanes Roma contendit in Syriam, fratri in regno succellurus. 173
- 3798 V. C. 579. ANTIOCHVS EPIPHANES alias Epiphanes VIII Syriae rex an. 12. Regnare coepit anno Graecorum 137, i. Macc. i. à morte Alexandri Magni 150, Iason summum sacerdotium emit ab Antiocho Epiphane, & Pontificatu fungitur an. 3. Hic Ierosolymis construxit Gymnasium, instituit ludos, ac ritus moresq; Ethnicos in urbem Ierusalem primus inuexit, 2. Maccab. 4, à regno Dauidis in Ierusalem 900.
- I. LIBER MACCABAEORVM incipit, & historiam annorum 41 complectitur, ab anno Graecorum 137 ad 177. 171
- 3800 IUBILAEVS Mundi 76. Moysis 26. Olym.

	<i>Olympias 152. V. C. 581. Græcorum 138.</i>	
	Hoc ferme tempore Antiochus Epiphanes venit Hierosolymam à Iasone summo sacerdote exceptus magnifice, de quo 2. Macc. 4.	
3801	<i>Actius & Statius Poëta vixerunt.</i>	
	Menelaus, aliàs Onias, summum sacerdotium emit, excusso Iasone fratre suo. Præfuit Sacerdotio an. 10. Iosep.	170
3803	<i>Ennius Poeta Mor. atat. 70, à nato Socrate 300.</i>	168
3804	<i>Olymp. 153. V. C. 585. Græcorum 143.</i>	167
	<i>Finis regni Macedonici, à morte Alexandri Magni 156.</i>	
	Perseus rex Macedonum captus ab Aemilio Paulo Imp. Cuius oratio super eare legatur apud Liu: est enim inter eminentiss. vna.	
	<i>Populus Rom. Legatus Antiochum Epiphanem virga circumscribit, & ab armis atq. Aegypto discedere iubet. Linius.</i>	
	Antiochus Epiphanes Romanorum edicto ex Aegypto eiectus, Hierosolymam cum exercitu ingreditur, templum spoliat, urbem diripit, multos ciues trucidat, 1. Macc. 1.	
	Prædixit hoc Daniel cap. 11. his verbis: Ad tempus præfinitum iterum ingredietur Australem terram (Ægyptum) non tamen posterior expeditio similis erit priori. Venient enim contra eum naves Kittim (legati Romanorum) & consternabitur, ac reuertens indignabitur sancto foederi (templo & urbi Ierusalem) & inibit consilia cum desertoribus sancti foederis.	
3805	<i>L. Aemilius Paulus Roma triumphat de rege Perse per triduum, 28, 29, & 30 Nouemb. Eum triumphum ita descripsit Plut. ut & inde triumphandi ratio peti possit: & nihil vspiam legatur de triumphis simile. Ductus est ante currum Rex Perseus vna cum duobus filijs.</i>	166
3806	<i>LIV II historia desicit. Hanc continuat Epitome Flori.</i>	165
	<i>Andria Terentij acta, V. C. 587.</i>	
	MATATHIAS pater Maccabæorum regnat an. 1.	
	Idolum Iouis Olympij collocatur Hierosolymis in templo, die 15, mens. 9: anno Græcorum 145, die 25 in ara noua sacrificarunt idolo, 1. Macc. 1.	
3807	Iudæi Sabbato pugnare incipiunt.	164
	MATATHIAS pater Iudæ Maccabæi mor. an. Græcorum 146.	
	1. Macc. 2.	
	IUDAS MACCABÆVS Dux Iudæorum an. 6. 1. Macc. 2.	
	Iudas Maccabæus profligat exercitum Apollonij, cuius occisi gladio posthac in prælijs vsus est. Funduntur & Seronis præfecti Syriaci copix, paruaq. manu trucidantur octingenti hostes, 1. Macc. 3.	
	Hæ primæ victoriæ clarum vbiq. fecerunt nomen Maccabæi.	
	Templum ante annos 167 extructum in monte Garizim, dedicatur adpellatione Iouis Cretensis, Ios.	
3808	<i>Hecyra Terentij acta. V. C. 588.</i>	163
	Antiochus expeditionem suscipit in Persidem: & Gorgiam mittit ad deuastandam Iudæam, cum quo feliciter præliatur Iudas Maccabæus. 1. Macc. 4.	
3809	ENCÆNIA, id est, festum repurgati templi die 25 mensis 9 celebrari ceptum à Iuda Maccabæo, anno Græcorum 148, 1. Macc. 4. Hinc ad templum à Pompeio profanatum 100.	162
	Iudas Maccabæus fundit exercitum Lysia, 1. Macc. 4.	
3810	<i>Heautontimorumenos Terentij acta, V. C. 590.</i>	161
	Antiochus Epiphanes perit. 1. Macc. 6.	
	ANTIOCHVS EVPATOR, Antiochi Epiphanis filius, IX rex Syriæ an 2.	

- 3811 Eleazar Iudæ Maccabæi frater, confosso à se elephanto perit, 1. Macc. 160
cab. 6.
- Menelaus Pontifex occiditur: succedit Alcimus, 2. Macc. 13.
Templum Oniæ Heliopoli in Ægypto conditum, Ios.
Eunuchus & Phormio Terentij act. 4. V. C. 592.
- 3812 Nicanor interfectus à Iuda Maccabæo, 13 Mensis Adar. Hic Nica- 159
nor extenso contra templum brachio iurauerat, se illud deleturum:
Sed ei, in acie interfecto, præcidi iussit Iudas Maccabæus caput &
brachia, & ea ante templum suspendi. 1. Macc. 7.
- DEMETRIUS Seleuci filius, X rex Syriæ, interfectis Antio-
cho Eupatore & Lysia regnat annis 11. 1. Macc. 7.
- Primum fœdus Iudzorum cum Romanis. 1. Macc. 8, à principio re-
gni Cyri 400.
Adelphi Terentij act. 4. V. C. 593.
- 3813 Iudas Maccabæus occumbit in prælio fortissimè dimicans cum Bac- 158
chide Demetrii Duce. 1. Macc. 9. à regno Cyri 400.
- Ionathas regnat an. 18. 1. Macc. 9.
Terentius Poeta Mor. V. C. 594. Hinc ad natum Cicronem 53.
- 3814 Alcimus Sacerdos cum iussisset dirui interius atrium templi, percussus 157
est Paralyti & mor. mense 2. 1. Macc. 9.
- Templum summo Sacerdote caret septennio. Iosep.
- 3816 Bacchides cum Ionata pacem componit, & Iudæa à bellis aliquanti- 155
sper quiescit. 1. Macc. 9.
- 3819 V. C. 600. *Coss. primum Calend. Ianuarij cœperunt inire Magistratum.*
- 3821 Ionathas donatus summo Sacerdotio, ab Alexandro nouo rege Syriæ, 152
induit stolam sanctam mense 7, die Scenopægiorum. Tenuit Pon-
tificatum an. 10. 1. Macc. 10.
- 3822 Hoc anno Cicero fugit Catonem Maiorem habuisse sermonè de senectute, quem 149
annis abhinc 106 peculiari scripto complexus est.
- DEMETRIUS Syriæ rex in prælio occumbit. 1. Macc. 10.
- ALEXANDER XI rex Syriæ an. 5 aut 6 incoatis. 148
V. C. 604. Tertium bellum Punicum, quod durauit quadriennio, de quo Ap-
pianus Alexandrinus & alij. Hinc ad bellum ciuile Iulij & Pompeij 100.
Cato maior Mor. atat. 84. alij 85.
- Nuptiæ Alexandri regis Syriæ, & Cleopatrz, quibus interest Iona-
thas summus Pontifex. 1. Macc. 10.
- 3825 Primus Consulatus Scipionis Africani minoris, de quo dictum est: Dormiant 146
hodie leges.
- 3826 V. C. 607. Finis tertij belli Punici. 145
Carthago deleta. Corinthus capta. App. Libyc.
P. Cornel. Scipio Africanus minor Romæ triumphat de Pœnis & Asdrubale.
Polybius & Panatius florent.
- Appollonius victus à Ionatha. 1. Macc. 10.
- 3827 Cleopatra erepta Alexandro à socero Ptolemæo Philometore, & tradita Deme- 144
trio, Demetrii superioris filio.
- ALEXANDER Syriæ rex occiditur. Ptolemæus Philometor
Ægypti rex moritur. 1. Macc. 11. Iustin. 35. Florus 52.
- 3828 DEMETRIUS NICANOR XII Syriæ rex an. 8 inco- 143
atis connumerato triennio Tryphonis.
- PTOLEMÆVS EVERGETES II: Lagidarum VII, Ægypti Rex
an. 29.
- 3830 Ionathas renouat fœdus cum Romanis & Spartanis. 141
Ionathas occisus insidijs Tryphonis. 1. Macc. 12.
Secundus liber Maccabæorum cap. 1. recitat Epistolam scriptam hoc
anno Græcorum, 169.
Simon

3831	Simon Maccabæus regnat an. 8.	140
3832	Iudæi excutiunt iugum gentium. 1. Macc. 13.	
	Simon arcem Sion eiecto hostiū præsidio occupat, illudq̄ solenni ritu expiat, ingenti omniū læticia, mensis secundi die 23, quem & quotannis festiuo gaudio celebrari præcepit. 1. Macc. 13. Hinc ad coronationem Herodis factam Romæ, 100.	139
3833	<i>Bellum Numantinum. V. C. 613.</i>	
	Simon foedus cum Romanis renouat. 1. Maccab. 14.	138
3835	Tryphon interfecto Antiocho Theo (cuius tutor erat) regnat an. 3. 1. Macc. 13. Ioseph.	
	Legati Simonis Roma redeunt, 1. Maccab. 15.	136
	Antiochus Sedetes cum Simonē foedus facit. 1. Macc. 15. Hinc alii qui numerant 9 annos regni Antiochi.	
3836	A monarchia Cyri & reditu primo Iudæorum ex Babylone an. 400 compl.	
	Tryphon occisus. 1. Macc. 15. Ioseph. Ab huius nece Antiochus Sedetes in Syria solus regnat.	135
3838	Simon Maccabæus à Ptolemæo genero suo nefariē interemptus in conuiuio, anno Græcorum 177, mense vndecimo. 1. Macc. 16.	133
	Definit I. Liber Maccabæorum.	
3839	<i>Secundus Consulatus Scipionis Africani Minoris. V. C. 620. Numantia excisa. Tib. Gracchus occisus. Vide Appianum belli civil. lib. 1.</i>	132
3840	<i>Iohannes Hyrcanus filius Simonis, Iudæorum Dux & Pontifex an. 31. Ioseph. Scipio de Numantia triumphat.</i>	131
	Antiochus Sedetes Iudæam deuastat, & Hierosolymam obsidione cingit, quam soluit exacto festo tabernaculorum.	
	Hyrcanus aperto Dauidis sepulchro reperit pecuniam, cuius pensione placatum dimittit Antiochum. Ioseph.	
3843	Est annus à morte Dauidis 910, ab eius natali 980, id est, bis 490, à dedicato templo Salomonis 900. Hinc ad excidium Ierusalem 201. V. C. 624. Scipio Africanus minor Mor. etat. 56. Cic. à regno Beli 2000.	128
	<i>Lælius sermonem habet de amicitia, quem Cicero post annos 85 in literas retulit.</i>	
3848	DEMETRIVS Syriæ rex an. 4 (completis)	
	ANTIOCHVS GRYPHVS rex Syriæ an. 12. (circiter) Euseb.	123
3849	Huius anni meminit 2 Liber Maccab. cap. 1.	122
3850	<i>Est annus Græcorum 188.</i>	
3851	IVBILÆVS Mundi 77. Mosis 27.	121
3856	<i>C. Gracchus occisus.</i>	120
	PTOLEMÆVS LATHYRVS, alias Soter & Physcon, VIII Aegypti rex an. 15. Hic 30000 Iudæorum occidit, & reliquos occisorum carnibus vesci coegit.	115
3859	<i>Bellum Cimbricum seu Teutonicum.</i>	112
3860	ANTIOCHVS CYZICENVS Syria rex an. 18 (circiter) Euseb.	111
3861	<i>V. C. 642. Bellum Jugurthinum.</i>	110
3866	SALVSTII historia incipit.	
	ANNI VITÆ CICERONIS incipiunt.	105
	M. TVLLIVS Cic. nascitur C. Attilio Serrano, & Q. Servilio Cæpione Coss. 3. Ian. an. V. C. 646. Marcus prænomen: Tullius nomen est & gentile: Ciceronis à Cicere factum est cognomen: cuius figura tuberculum habuisse in nasi extremitate dicitur qui primus hoc familia cognomen intulit. Plut. Cic. Mater Ciceronis fuit aut Olbia aut Heluia.	

- 3867 Pompeius Magnus Nasc. 30 Sept. Plin. Velleius. Cic.
Mallius Cos. & Cepio Procos. aduersus Cimbricos infeliciter pugnarunt, caesis
80 millibus Rom. 6. Octob. Scaurus à Cimbris captus & interfectus est.
- 3870 ARISTOBLVS rex Iudæorum an. 1. Hic post captiuitatem
Babylonicam primus sibi diadema imposuit, & principatum
in Regiam dignitatem commutauit. Ioseph. à morte Salomonis
900, à regno Dauidis 980. Hinc ad regnum Herodis in Ierusalē
lem 65.
- Tentones ad Aquas Sextias à Mario victi.
Lucretius Poëta Romam venit. Cic.
- 3871 ALEXANDER Iudæorum rex an. 27.
Cimbri ad Athesim fluum victi à Romanis.
Ptolemæus Lathyrus à matre Cleopatra regno expellitur. In Aegypto regnauit,
Ptolemæus, Alexander, & Cleopatra an. 12. alij 10. Hinc ad captam Aegyp-
tum ab Augusto, 70.
- 3872 C. IVLIVS CAESAR nascitur C. Mario VI. L. Valer. Flacco Cos. die 12
Iul. anno V. C. 653. patre C. Iulio Cesare viro Prætorio: matre Aurelia C.
Aurelij Cotta filia: apud quam puer educatus est. De Caesarum familia Suet.
Fuit, inquit, in gente Iulia & Caesarum familia: quo cognomine primū usum
tradunt Sext. Iulium Caesarem, qui anno belli Punici sec. undecimo M. Clau-
dio Marcello, T. Quinctio Crispino Cos. (mundi 3764: ab exactis regib.
300) Siciliam prouinciam Pr. obtinuit, ab hoc in vniuersam familiam cog-
nomen defluxisse. Cognominis rationem alij aliam tradunt: quidam quod
qui primus Iuliorū sic dictus est, caso matris utero natus sit: alij ab elephanto
caso: alij à casijs oculis, vel Casarie. Sed de elephanto qui Caesar Punica lingua
diceretur, sententia multis est visa probabilior: cum quod matris utero casus
Romani proprio vocabulo casones dixerint: tum quod inter Caesaris numos no-
panti spectentur cum nota Elephantis: interq. ceteros vnus Punice literis circa
Elephantum inscriptis: ut merito videri possit Caesar, ea ratione sua familie
cognominis originem publicare voluisse: præsertim nullo alio euidente ali-
cuius rei geste argumento, quare Elephantum in numis suis signarit. H. Got-
zius. Sulla Casari adhuc puero multos inesse Marios dixit, futurumq. eum
aliquando optimatum sectæ exitio.
- SVETONII historia incipit.
- 3877 Cos. fuerunt duo summi Oratores, L. Crassus & Q. Scauola.
- 3881 V. C. 662. L. Crassus Orator, cuius eloquentiam Cicero prædicat, moritur et.
49. die 20 Sept. Cic. l. 3. de Oratore.
Cicero sumpta virili toga in forum venit etat. 16. Hoc ipso anno fingit Cicero
habitum esse sermonem de Oratore à L. Crasso & Antonio, quem Cicero literis
mandauit post annos 36.
Lucretius Poëta vixit.
- 3883 Ptolemæus Lathyrus in Aegy. iterum regnat an. 8.
- 3884 Primum ciuile bellum inter Syllam & Marium: inde dictum Marianum.
Bellum Mithridaticum, de quo Appianus in Mithridaticis. Mithridates Asia
in potestatem redacta omnes ciues Romanos in omnibus Asia ciuitatibus vno
die, vnoq. nuncio interficiendos curauit: Q. Oppium Procos. & M. Aquil-
lium Legatum, captos necauit. Huius misera cadis Romanorum ciuium
meminit Cic. pro Manil. & pro Flacco. Q. Mutius Augur Ciceroni exposuit
sermonem de Amicitia habitum à Lælio ante an. 41.
- 3885 V. C. 666. Catullus Poëta nascitur.
Tres Oratores crudelissimè interfecti, M. Antonius, Q. Catulus, & C. Iulius.
Cic. Bruto. Hinc ad mortem Ciceronis 44.
Circa hunc annum Cicero (etat. 20) edidit commentarios de Inuentione. Mo-
loni item Rhodio Romæ dedit operam.

104
101
100
99
94
90
88
87
86
85

3886	V. C. 667. Salustius Nasc.	
	Marius Sext. Licinium Senatorem de saxo deici iussit: editissq. multis scele-	85
	rib. Idib. Ian. decessit. Vir cuius si examinentur cum virtutib. vitia, hand	
	facile sit dictu, utrum bello melior an pace perniciosior fuerit: adeo quam	
	Rempub. armatus seruauit, eam primo togatus omni genere fraudis, postre-	
	mo armis enertit. Epit. Flori l. 80.	
3887	Incipiunt 84. anni Hannæ prophetissæ, Luc. 2.	84
3888	Cinna lapidibus occisus à suo exercitu. Hoc anno Verres fuit Quæstor in Sicilia,	83
	in quem Cicero Verrinas scripsit post annos 14.	
	Cum mutuis fratrum odijs & bellis regnum Syria consumptum esset, populus	
	Syria ad auxilia externa confugiens, peregrinos sibi reges circumspicere cœ-	
3889	pit. Tigranes itaq. accitus regno Syria per 18. annos potitus est. Iustin. 40.	82
	Sylla cum exercitu ingressus in Italiam, crudeliter sauyt in ciues Romanos. Plut:	
3891	Capitolium conflagrauit 6. Iulij.	80.
	Pompeius triumphat de Hiarta rege, & appellatur Magnus.	
	Cicero primam causam pro Quintio dixit, et. 26. V. C. 672.	
3892	Ptolemæus Auletes, alias Dionysius, X. Aegypti rex, an: 30, et. 31.	79
3893	Oratio Ciceronis pro Roscio, et: 27.	78
3894	Cicero in Asiam profectus, et: 28.	77
3895	Cicero Athenis vixit 6. mensibus, ubi & de morte Sylla cognouit.	76
	Hoc anno M. Tull. Cic. recepit se è gracia Romam, biennio post, quàm eò profe-	
	ctus erat. C. m autem auctore Plut. magna spe erectus, ad Rempub. summo	
	raperetur studio: ardor eius oraculo repressus est. Delphos enim profectus	
	cum Apollinem consulisset, qua via ad summam gloriam aspirare posset:	
	respondi demon: si suam naturam, non multitudinis opinionem ducem se-	
	queretur. Quare Romam reuersus primo timide vixit, & dubitanter ad	
	honores accessit: nec villo in numero est habitus: sed graculus atq. ociosus	
	appellatus fuit. Vbi vero & innata honorum cupiditate ductus, & patris	
	atq. amicorum cohortatione incitatus, se totum patrocinijs tradidit: non iam	
	pedetentim principem locum petijt, sed statim eluxit caterisq. oratorib. lon-	
	gè prastitit. Plut.	
3896	Cicero petitionem honorum aggressus est, et. 31.	75
3897	V. C. 678. Cice. Quæstor in Sicilia et. 32.	74
3898	Cicero expleto Quæstura anno Romam reuersus, ad forum & causas agendas res-	73
	dijt, et. 33. Cic.	
	ALEXANDER rex Iudææ Mor.	
	Alexandra Regina Iudæorum an. 9.	
	Hyrcanus loco patris defuncti constituitur summus sacerdos. A re-	
3899	gno Dauidis in Ierusalem 1000.	72
3900	Bellum seruile Spartaci, à gladiatoribus excitatum.	71
	IVBILÆVS mundi 78. Mosis 28.	
	Olymp. 177. V. C. 681. Ciceronis 35.	
	Lucullus Mithridatem persecutus, Pontum Romanis legionib. patefecit, qui an-	
	tea pop. Romano clausus erat. Cic.	
3901	Bellum seruile confectum à Pratore M. Crasso.	70
	Pompeius iterum triumphauit, vlt. Decembris, postridie consulatum initurus.	
3902	Circa hunc annum natus est Herodes. Ios.	69
	Primus Pompeij Consulatus.	
	Verrina actiones Ciceronis et. 37.	
3903	Vergilius Poëta Nasc. 15. Oct. à nato Romulo 700. Socrate 400. à morte En-	68
	ny 100.	
	DIONIS historia Ro. incipit.	
	Tigranes victus à Lucullo. Tigranocerta vrbs capta à Lucullo, Dio.	
	Cicero Aedilis et. 38. Capitolium denuo instauratum dedicatur.	
	Tigranes	

- 3904 Tigranes & Mithridates iterum victi à Lucullo. Nisibis vrbs capta.
- 3905 Bellum Piraticum à Pompeio confectum.
- 3906 Lucullus Romam reuocatur. Succedit Pompeius, qui nocturno proelio vincit Mithridatem; Diod.
- TIGRANES Armenia rex urbem Artaxata & sese dedit Pompeio, qui ei Syriam ademit, quam hæcenus annis 18. tenuerat: regnum tamen Armeniæ ei restituit: hoc modo Syria in Romanorum potestatem peruenit, de quo Cic. pro Sext. Tigranem Pompeius, cum in suis castris supplicem abiectum, vidisset, erexit & insigne regium quod ille de suo capite abiecerat, reposuit, & imperatis certis rebus regnare iussit. Vide Flor. Epitom. 100. Iust. 40. Appia. Syr.
- Cicero Prætor æt. 41, à primis Prætoribus 300.
- Oratio pro lege Manilia & pro Cluentio.
- ARISTOVLVS Iudæorum rex an. 3 Mens. 3.
- 3907 Hyrcanus cohortante Antipatro fugit ad Aretam regem Arabum Iosep.
- Horatius Nasc. 8. Decemb. V. C. 688.
- 3908 ARETAS rex Arabum inuadit Iudæam: Hierosolymis obsidet Aristobulum Hyrcani fratrem. Aristobulus Pompeium vite aurea alijsq; muneribus inuitatum accersit in Iudæam: ita fratrum discordia primum Romanos in Iudæam attraxerunt. Pompeius Aristobulo regi subsidio mittit Scaurum cum exercitu. Aretas ex Iudæa discedit. Onias vir sanctus, cum & obsessis & obsidentibus bene precaretur, à Iudæis interfectus est. Hinc ad belli Iudæici initium, defectionemq; Iudæorum à Romanis 130.
- Prima Epistola Cic. lib. 1. ad Att. scripta. Cicero æt. 43. auctus est filiolo. Tulliam suam C. Pisoni despondit.
- 3909 V. C. 690. Pompeius Hierosolymam & templum capit, ingreditur in Sanctum sanctorum. Hyrcano attribuit summum sacerdotium. Aristobulum Romam mittit vincitum. Iudæi Romanis primum subiecti. Iosep.
- Mithridates hausto veneno perit, Diod.
- Cicero Cos. æt. 44.
- AVGVSTVS Cæsar Nasc. 23. Sept.
- Annus à nato Abraham 1960. nato Iacob 1800. ab exitu ex Aegypto 1456. condito templo secundo 457. reditu priore Iudæorum ex Babel 475. Encænijs Iudæ Maccabæi 100. coronatione Salomonis 980. id est, bis 490. Hinc ad mortem Pompeij 15. Cæronis 20. ad excidium Ierusalem 132. ad baptismum Christi 91.
- Catilinæ coniuratio detecta & repressa.
- De coniuratis sumptum est supplicium in carcere die 5. Decemb.
- Orationes pro Murena, contra Rullum & in Catilinam à Cicerone dictæ.
- 3910 Catilina perit oppressus armis à C. Antonio. Clodius insidiatur pudicitia Pompeia uxoris Iulij Cæsaris, in templo Bonæ Deæ, die 30. Septemb.
- 3911 * Oratio pro Archia à Cicerone habita.
- Hoc anno Q. Cicero, Marci frater, Asiæ provinciam obtinuit: eamq; administravit triennium. Vide lib. 1. ad Attic. epist. 12.
- Pompeij triumphus III. die 29. & 30. Sept. pridie sui natalis. In triumpho duxit Aristobulum regem Iudæorum, eiusq; filium Antigonum. Hinc ad excidium Ierusalem & ad triumphum Vespasiani de Iudæis 130.
- 3912 Olymp. 180. V. C. 693.
- Diodorus Siculus, historica bibliotheca autor, perustrat Aegyptum, studio antiquitatis cognoscende.
- 3913 Primus Consulatus Iulij Cæs. æt. 41.

67
66
65

64

63

62

61

60

59

58

Cæsar

Caesar hoc consulatu, legem agrariam diu multumq; repugnante Bibulo collega: sed suffragantib. vbiq; & per omnia Crasso & Pompeio, pertulit. Itaq; agri à Decemuiris diuisi: addito etiam Campano agro, qui trium liberorum & plurium patribus diuideretur.

Eodem anno Cicero ad Q. Fratrem scripsit Epistolam illam pulcherrimam, quae est prima lib. 1. ad Q. Fratrem, in qua fratri praescribit omnia prouincia bene administranda praecepta.

T. Linius historiographus Nasc. Euf.

Oratio pro Flacco et. Ciceronis 48.

Ciceronis Epistola prima, lib. 1. ad Q. Fratrem scripta.

14 A regno Cyri annus 500. à primis Coss. 450. Hinc ad mortem Iulij 15.

V. C. 695. Bellum Gallicum Iulij Caesaris, annorum 9.

Libri IV LII Caesaris de bello Gallico incipiunt, & singuli libri singulorum annorum res gestas recitant.

Dyrachio profectus Brundisium die 4. Augusti.

Gabinus in Syriam prouinciam venit, inde in Iudæam, vbi praelio vincit Alexandrum regem Iudæorum, Aristobuli filium, peremptis 3000. Iudæorum & totidem captis. Iosep.

PTOLEMEVS Aegypti Rex regno pulsus Romam venit, petens reductionem in regnum.

Cicero ab exilio redit. et. 50.

Roma in senatu agi ceptum de reuocando Cicerone. Lex de eo lata est 4. Augusti, quo & Dyrachio profectus est. Postridie venit Brundisium, vbi Tulliola praesto ipsi fuit die suo natali. Urbem ingressus est 4. Septemb. maximo congratulantium ciuium plausu.

Catullus Poeta Mor. et. 30. Eufeb.

Epistole Ciceronis famil. 1. incipiunt.

Hoc anno scripta est prima Epist. Cic. 1. lib. famil. sicut & reliqua de reductione Ptolemæi regis Aegypti. Anno V. C. 697. Ciceronis 51.

Oratio Cic. de prouincys consularibus dicta.

Gabinus Romam scribit de rebus à se in Palestina gestis: cui senatus die 15.

Maj, supplicationem denegat, Cic. ad Q. Fratrem lib. 2. Epist. 5.

Circa hæc tempora Aristobulus Iudæorum rex, cum Antigono filio Roma profugit, & nouum in Iudæa bellum concitauit. Verum à Gabinio superatus mittitur Romam cum filio vinctus. Iosep.

Iulius pontem in Rheno facit, & in Germanos mouet, quo ipsis quoq; Romani nominis metum iniceret: & primus Romanorum in Britanniam traiecit, Caf.

Bellum Parthicum: Crassus Cos. in Syriam proficiscitur. de hoc Appianus, Dio. Plut.

Gabinus Ptolemaum Regem Aegypti in regnum restituit, iussu Pompeij, Huius Ptolemæi filius Pompeium (post septennium) interfici curauit.

Oratio Cic. in Pisonem dicta.

Tres libri de Oratore à Cicerone scripti, et. 52: à morte Crassi oratoris 37. an.

18 Iulia Pompeij coniunx, Iulij Caf. filia, enixa filiulam moritur. Hac morte dissoluta est Iulij & Pompeij coniunctio:

Crassus Euphrate transmissis magnam Mesopotamia partem populando peragravit: & dum in Syriam proficiscitur, relictis in Mesopotamia militibus Romanis, Parthis se ad bellum parandū spectum praebuit, ipse in Syria hybernauit, totumq; illud tempus cogendis pecunijs consumpsit, magis exactorem quam Imperatorem agens. A sacris etiam templorum pecunijs non abstinuit.

Gabinus, cui Crassus in Syria successerat, Romam noctu intrauit 28. Septemb.

V. C. 700. Crassus templum Hierosolymis spoliat huius anni (inuentis) hyeme: decennio post, quam Pompeius templum ingressus, pe-

57

56

55

54

53

52

sus, pecunias illas intactas reliquerat: Eiusdem anni æstate Crassus sacrilegij pœnas morte sua luit.

Crassus occisus à Parthis vnâ cum exercitu, circa 9. Iunij. Ouid. 6. Fast. Rome ita tumultuatum est, & iudicij & comitijs per largitiones corruptis: vt septimo tandem mense anni creati sint Cos.

3920 Annus à mundi creatione octies 490.

Pompeius III. Cos. creatus est solus, quod nulli antè contigerat. Hunc Consulatum Cicero vocat diuinum.

Milo interfecit Clodium 20. Ianua.

Oratio pro Milone: at. Ciceronis 55.

VII. & vltimus liber Cas. de bello Gall: desinit.

3921 Cicero Procos. in Cilicia. at. 56.

Hircius belli Gallici historiam continuat.

PTOLEMAEVS Auletes X. rex Aegypti moritur, Cic. famil. lib. 8. ep. 4.

Cleopatra in Aegypto regnat an. 22.

Cicero scripsit lib. de legibus.

3922 Cicero ex prouincia decedit 30. Iulij. Athenas venit 14. Octob.

Huc pertinent Epistole Ciceronis lib. 16. famil. ad Tironem Libertum, qui è Cilicia in Italiam reuertens agrotare cepit in itinere.

Cæsar nouem illis annis in Gallia, trecentos, seu vt alij quadringentos popp. subegit: oppida octoginta per vim cepit: praelio tricies dimicauit: Galliam totam Romanis subiectam in prouincia formam redegit.

3923 Bellum Ciuile Iulij & Pompeij, V. C. 704.

Cicero reuersus Romam 4. Ianua. postridie sui natalis: incoans annum at. 58.

LIBER I. IULII CÆSARIS DE bello ciuili incipit: in quo libro ipse Cæsar huius anni res exponit.

Die 7. Ianuarij perscriptum est Senatusconsultum: Darent operam Cos. ne quid Respub. detrimenti caperet: quo armati sunt Cos. & Pompeius aduersus Iulium. Fuitq; hoc classicum belli ciuilis. De hoc bello vide Appianum & Lucanum. Senatusconsultum autem tale fieri non solebat, nisi in max. Reip. periculis, summa id extorquente necessitate.

Consules & optimates vna cum Pompeio Roma profugiunt.

Æra Antiochenorum, quam citanti Eusebius & alij, hoc anno incipit: teste Mariano Scoto: ante N. C. 48.

ARISTOBLVS Iudæorum rex à Iulio dimissus in Iudæam ad oppugnandum Pompeium, veneno necatur. Filius eius Alexander à Pompeianis securi percutitur.

Prima Dictatura Iulij Cæsaris quam gessit diebus 11. Hinc ad Monarchiam Augusti & bellorum ciuiliu finem anni 20.

3924 Olymp. 183. V. C. 705. Ciceronis 59.

Iulius I I. Cos.

Pugna Pharsalica, qua victus est Pompeius ad Pharsalum, circa 20. Iulij, & Iulius Cæsar cum annua Dictatura Tribuniciam potestatem in perpetuum accepit.

Pompeius interfectus at. 58. exeunte: die 30. Septemb. alij postridie. Cuius caput amputatum cum postea Cæsari Alexandria offerretur: & ingemuisse ille cum lacrymis: & illud sepelisse honorifice in suburbio dicitur. Percussorib. non tantum non laudatis: sed etiam è medio sublatis: & in eo loco fano Nemesis erecto.

QVARE

QVARTA ET VLTIMA MONARCHIA ROMANA.

IVLIVS CÆSAR (at. 52.) primus Monarcha & Imperator Romanus, imperavit an. 3. mens. 6.

Bellum Alexandrinum circa huius anni finem gestum à Iulio. Hirtius.

Definit Iulius Cæsar de bello civili.

Iulius Cæsar secundam Dictaturam gessit: sed anno superiore ei decretam.

Bibliotheca Alexandrina conflagravit.

Pharnaces Ponti rex victus à Iulio, quarta postquam in conspectum venissent hora: quare de hoc scripsit: Veni, vidi, vici, qui fuit etiam triumphus titulus.

Antipater Iulium Cæsarem in bello Alexandrino adiuvat, adductis tribus millibus Iudeorum iussu Hircani summi Pontificis.

IVDÆÆ PROCVRATOR ANTIPATER.

Antipater Herodis Magni pater à Iulio Cæsa. præficitur Iudææ vt tutor: Hyrcano confirmatur sacerdotium: instauratio murorum urbis Ierusalem Antipatro conceditur, & Iudæi suis legibus viuere permittuntur.

Iulius Dictator III. Cos. III.

Bellum Africanum Iulij Cæsaris aduersus P. Scipionem, Catonem, & regem Iubam, de quo Hirtius. Cato (at. 49.) & Scipio sibi manus inferunt. Rex Iuba interfectus.

Quatuor triumphus Cæsaris: 1. de Gallis & Germanis, in quo ductus est Vercingetorix. 2. Alexandrinus ex Aegypto, in quo Arsinoë Cleopatra soror inter captiuas ducta. 3. Ponticus de Pharnace. 4. Africanus de Iuba rege.

ANNVS emendatur à Iulio. Fuit hic annus mensium ferme 15. aut dierum 445. circiter.

Brutus, id est, Liber de claris Oratoribus à Cicerone (at. 61.) scriptus: & anno sequenti editus. Item liber dictus Orator ad Brutum.

Oratio pro M. Marcello à Cicerone dicta, cum Iulius Marcellum recepisset in gratiam.

Iulius Dictator IIII. Cos. IIII.

Cicero scripsit libros de finib. Item Oratio Ciceronis pro Deiotaro dicta.

Primus annus Iulianus, scilicet correctus & emendatus.

Bellum Hispaniense Iulij Cæsaris aduersus Cneium & Sextum Pompeij liberos. De quo Hirtius.

Pugna ad Mundam, & postrema victoria Iulij Cæsaris, in qua ceciderunt ad 30. millia hominum. Cn. Pompeij filius interfectus est: Post hanc pugnam Cæs. dixisse fertur: pro laude se & gloria sapius: tum autem pro salute demum & vita decertasse.

Cæsar Romam reuersus, quintum egit triumphum ex Hispania: non sine graui Inuidia, quod de ciuibus cæsis agi videretur.

Suffecti sive Honorarij Cos. primum creati capti, anno à primis Cos. 464.

Iulius Cæsar Testamentum 13. Septemb. à se conditum, tradit seruandum Vestalibus.

V. C. 709. Iulij Dictatura V. sive perpetua, Consulatus V.

Iulius Cæsar ouans ex monte Albano urbem ingressus est die 48. ante, quam interficeretur, videlicet 26. Ianua.

Iulius Cæsar à coniuratis interfectus at. 56. die 15. Martij, à morte Alexandri Magni 280. Ante cadem paucis dieb. cum nunciaretur immolanti in curia cor in exitis victimæ non repertum, irrisit: & Spurina auguri, qui periculum non ultra Id. Martias differri dixerat, ipso die cædis, venisse Idus ait: cui ille venisse, sed non praterisse: Ita ingressus curiam peremptus est 23.

vulneribus.

Hoc anno mensis Quintilis appellatus est Iulius in honorem Iulij Caesaris qui hoc mense natus erat, ante annos 56.

Iulius per omnem vitam quinquagies dicitur collatis signis cum hostibus dimicasse.

Cic. habuit quatuor priores orationes in Antonium, quas inscripsit Philippicas. Hoc ferme tempore Cicero (etat. 63.) scripsit Tusculanas quest. de Natura Deorum: de Diuina: de Fato: de Senect. de Amicitia: de Officijs, & Topica.

Cicero post cadem Iulij Caesaris & uisum induendam atq. omnem odiorum, & discordiarum memoriam oblivione sempiterna sepeliendam censuit, Atheniensium exemplo, qui autore Thrasybulo idem sanxerant ante an. ferme 360.

3929

V. C. 710. Pugna ad Mutinam: Duo Coss. Hirtius & Pansa occisi: Antonius ab Octauiο Cesare victus, & à Mutina repulsus circa 14. diem April. Ouid. 4. Fast.

AVGVSTI CÆSARIS IMPERIVM.

Imperauit an. 56.

Augustus Cesar primum Consulatum inijt die 22. Septemb. (alij malunt 19. Aug.) pridie sui natalis, ex eunte anno, etat. 20. Hinc numeratus 56. annos imperij Augusti.

Antipater Herodis Magni pater veneno necatur à Malicho. Iosep. Cicero hoc anno habuit quintam orationem Philippicam & nouem reliquas.

TRIVMVI RATVS Antonij, Octauij Augusti, & Lepidi capit 27. Nouembris.

Tabula proscriptiois Senatorum ac ciuium proposita.

Ouidius Poeta Nasc. 20. Martij.

Quidam etiam Tibulli Poeta natalem huc referunt, ex eius lib. 3.

Cicero interfectus etat. 64. 7. Decemb.

Antonius percussori Ciceronis Popilio Tribuno pro allato capite, dedit 25. milia coronatorum. Golzius.

3930

Bellum Philippense, in quo percussores Caesaris Cassius & Brutus perierunt: Cassius & Brutus transfossus à comite fuga.

Tiberius Imp. Nasc. 16. Nouemb.

Legati Iudæorum accusaturi Phaselum & Herodem, non audiuntur ab Antonio. Hyrcanus Antonio donat coronam auream, & impetrat edictum, vt agri ablatis Iudæis restituantur, & captiui dimittantur.

Herodes & Phaselus fratres ab Antonio creantur TETRARCHÆ Iudææ. Iosep.

Annus à morte Dauidis & regno Salomonis 1000. Hinc ad baptismum CHRISTI 70.

3931

Antonius Cleopatra amoribus vacans, omnia boni Imperatoris munia negligit: interim Parthi in Syriam irruunt Duce Labieno.

Bellum Perusinum inter Augustum & L. Antonium.

Prima Ecloga Virgilij hoc ferè tempore scripta, quando Augustus veteranis militibus agros diuidi, & in eos militares colonias deduci iussit.

3932

Olymp. 185. V. C. 713.

Perusia vrbs incendio consumpta.

Fulvia Antonij vxor, que Ciceronis mortui linguam aciculis confixerat, moritur. Dio.

Hierosolyma occupata à Parthis: Hyrcano Pontifici præciduntur aures & nares: Phaselus frater Herodis in vinculis mortem sibi consciscit. Iosep.

Antigonus in Iudæa regnat an. 3. mens. 3.

HERODES Romæ creatur & coronatur Rex Iudæorum.

Hoc anno Cof. fuit Pollio, de quo Virgilius Ecloga 4. canit:

Teq. adeo

Teq̄ adeo decus hoc tui te Consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.

- 3933 *Hec itaq̄ Ecloga scripta est at̄at. Virgilij 30.* 38
Herodes Galilæam recuperat.
Parthi à Ventidio Basso victi, & Syria expulsi.
- 3934 *Aera in Conciliorum inscriptionibus usitata, hoc anno incipit: ante N. C. 38.* 37
Antonijs aliquot Legiones Romanas mittit in Iudæam, opem laturas
Herodi Hierosolymam oppugnanti. Iosep.
Iosippus frater Herodis interemptus.
- 3935 Annus 1000. à condito templo Salomon: completus 36
Regnum HERODIS in Ierusalem.
Ierusalem capta ab Herode, & Scep̄trum ablatum à Iuda: quod Iacob
moriturus prædixerat ante annos 1680. (inclus:)
- HERODES, Iudæorum Rex, Hierosolymis regnat an. 37. An-
nus à Cyri monarchia & reditu Iudæorum ex Babel 500.
- ANTIGONVS vltimus Regum Iudæorum ex Asmonæis, ab
Antonio occisus Antiochiæ hoc vel sequenti anno. Iosep.
- 3936 *Bellum Siculum cum Sex. Pompeio, Cn. Pompeij filio.* 35
3938 *Salustius Mor. Euf. Dioscorides Medicus vixit.* 33
3940 *C. Sosius ex Iudæa triumphat, 3. Septemb.* 31
Olymp. 187. V. C. 721.
- 3941 *Pomponius Atticus, intimus Ciceronis amicus, Mor. at̄at. 77. die 31. Martij.* 30
V. C. 722. Augustus III. Cos.
Pugna Actiaca: victus Antonius ab Augusto, die 2. Septemb. A monarchia
Alexandri Magni 300. Post pugnam Casar templum Actio Apollini con-
struxit, triremes consecrauit, ludos & quinquennale sacrum, quod Actium
diceretur, instituit.
Herodes deserens Antonium transit cum cohortibus ad Casarem. Plut. in Anton.
- MONARCHIA AVGVSTI
Cæsar̄is, ætat. Augusti 32.
- 3942 *Augustus IIII. Cos.* 29
Aegyptus ab Augusto capta, & in Romanam provinciam redacta. Antonius
& Cleopatra pereunt.
Finis regni Aegyptiaci, quod à morte Alexandri Magni duravit annis 294.
Ptol. Clemens.
Hyrcanus summus Sacerdos ab Herode interficitur octogenarius
Iosep.
Herodes Augustum venientem in Syriam, magnifico apparatu exci-
pit, eumq̄ officij causa prosequitur.
Augustus Herodi regnum confirmat. Ioseph. Adiectis eius ditio-
ni multis oppidis & regni parte quæ Cleopatraz fuerat. Est annus
10. à Romana coronatione Herodis: à regno eius in Ierusalem 7.
à morte Cyri 500. Hinc ad excidium Ieruf. 100.
- 3943 *Dionysius Halicarnassensis Romam venit circa medium Olymp. 187.* 28
Augustus V. Cos. at̄at. 34. triduo triumphavit, Primo scilicet die de Pannonib.
Dalmatis, Iapydiibus. Secundo de Antonio ad Actium cæso: quem Actiacum
dixit triumphum. Tertio de Aegypto, in quo Cleopatra imago ab aspide si-
nistro brachio violata, perlata est. Plut.
- 3945 *ANVS CLAVSVS ab V. C. tertium: ab Augusto primum.* 26
3946 *Octavianus VII. Cos. adpellatur Augustus à Senatu, at̄at. 36. die 17 Ianua.* 25
Cornel. Gallus at̄at. 43. sibijpsè manus infert.
Eodem tempore vixit Poeta Manilius, cuius extant ad Augustum libri Astro-
nomici. Et Propertius, cuius sepe meminit Ovidius.
Bellum Cantabricum in Hispania gestum ab Augusto.

- 3947 V. C. 728. IANVS 4. CLAVSVS. 24
- 3948 Horrenda fames in Iudæa, subleuatur munificentia & ope Herodis: 23
regni eius 13. Iosep.
- 3949 V. C. 730. Augustus XI. Cos. Tribunitiam potestatem accepit: atat. 40. die 22
27. Iunij. Hoc summi fastigij vocabulum Augustus reperit, ne Regis aut
Dictatoris nomen adsumeret, & tamen aliqua appellatione imperia cetera
præemineret. Tac. 21
- 3950 IVBILÆVS Mundi 79. Mosi 29. 19
- 3952 Augustus in Syria agens, Herodem magnis honoribus adfcit, eiusq; 18
regnum adiecta noua ditione ampliatur. Ioseph.
- 3953 Templum ab Herode renouatum.
Herodes ruinosas templi Hierosolymitani partes renouare aggressus
est, & additis porticibus, similibusq; ædificijs templum exornauit,
regni sui anno 18 (ante N. C. 18) Iosep. Estq; hic annus ab eo-
dem templo condito sub Dario 500. Hinc ad ministerium Chris-
sti 46 pleni. Ioan. 2.
- 3955 Vergilius Poeta Brundisij moritur: 22. Septemb. atat. 51. al. 52. 16
Beata virgo Maria Domini nostri IESV CHRISTI Mater, hoc an-
no vel concepta vel nata creditur: Ab erecto tabernaculo in deserta
to 1500. A condita Regia Salomonis 1014, eadem comple-
ta 1002.
- 3956 Ludi seculares V. facti ab Augusto. 15
Clades Lolliana: victus Lollius à Germanis.
Olymp. 191. A diluio 2300.
- 3960 M. Agrippa inuitatus ab Herode Rege venit Hierosolymam, ibiq; in templo 11
obtulit hostias Deo Israelis. Philo.
M. Agrippa gener Augusti Mor.
- 3961 Hoc anno Romæ Cos. fuit P. Sulpitius Quirinus, qui decennio post, censum egit
in Syria nato Christo. Lucas & Iosephus cum nominant κληρονομία: Tacitus
Quirinum. 10
Annus à nato Dauide 1100.
- 3962 Dedicatum est templum ab Herode renouatum, hoc vel sequente an-
no: consumptis in eius reparatione annis 8: Ioseph. A dedicato
templo Salomonis 1020: A dedicato templo secundo 505: Ab
Encænij Iudæ Maccabæi 152. Hinc ad excidiũ templi huius 80:
ad CHRISTI prædicationem 40.
- 3962 Claudius Imp. nascitur. Cal. Aug. 9
- 3963 Casarea ab Herode in honorem Caesaris denominata & condita, dedicatur Iudis 8
magnificentissimis, anno 28. Herodis. Iosep.
- Drusus Cos. Germanici pater, & Tiberij Imp. frater, moritur in Germania cum
ad Albim vsq; perrexisset. Flor.
- Epitome Flori collecta ex Lino desinit: anno V. C. 744. ab eiectione Regibus
500.
- 3964 Olymp. 193. V. C. 745. 7
Dionysius Halicarnassensis historiam Romanam scribit.
Mecænas, Augusti consiliarius, & eruditorum patronus eximius, moritur.
Dio.
- Horatius Poeta moritur atat. 57. Euf.
- Mensis Sextilis appellatur Augustus. Dio. Censo. 6
- 3965 Tiberius II. Cos. de Germanis triumphat Calend. Ianu. 4
- 3967 Indictiones ab huius anni autumno numerantur à Beda, qui scribit
CHRISTVM natum esse indictione 4 ineunte, alij earum initium
referunt ad an. CHRISTI 312. 3
- 3968 Olymp. 194. V. C. 749. Caius

3969 Caius Cæsar Augusti nepos Iudæam præteruectus, Hierosolymis Deo Iudæorum sacrificia offerre noluit : quod Augustus (ne peregrinas religiones adprobare videretur) collaudauit. Suet.

NOVI TESTAMENTI HISTORIÆ ab Euangelistis descriptæ incipiunt : hoc tamen discrimine : Lucas narrationem suam orditur ab hoc anno : Matthæus à sequenti : Marcus & Iohannes fermè à prædicatione Baptistæ.

Angelus Gabriel nunciat Zachariæ natiuitatem Ioannis Baptistæ, Lucæ 1.

Ioannes Baptista conceptus (24 Septemb. vt credit Ecclesia) mense sexto antè, quàm CHRISTVS conciperetur.

V. C. 751. Augustus Cæsar XIII. Plautius Siluanus Cos.

Conceptio CHRISTI

Angelus Gabriel in oppido Nazareth nunciat virgini Mariæ incarnationem Messia ex ipsa nascituri : itaq; conceptus est IESVS CHRISTVS Dominus noster in utero beatiss. virginis, obumbrante, operante, admirandamq; illam actionem perficiente Spiritu sancto, Luc. 1. Ecclesia refert ad 25 Martij.

MARIA visitat Elizabetham : & edit Canticum sanctiss. quod est in nouo Testamento primum : Magnificat anima mea Dominum.

Lucæ 1. Eius rei typum elegantiss : vide Exodi 15. vbi Maria siue Miriam, soror Moysis, primum canticum Veteris Testamenti inchoat, in choro sceminarum psallentium & Deo gratias agentium pro liberatione ex Aegypto. Distat canticum Miriam à cantico B. Virginis, annis 1517.

NATIVITAS BAPTISTÆ.

Ioannes Baptista nascitur ex matre sterili & effæta Elizabeth, Lucæ 1. Ecclesia : 24. Iunij.

Canticum Zachariæ, in nouo Testamento secundum.

Ioseph monetur diuinitus, ne Mariam grauidam repudiet, Matth. 1.

IESVS CHRISTVS DEI Filius, ex Patre natus ab æterno, hoc anno NASCITVR in Bethlehẽm, ex Maria virgine verus homo.

Ecclesia natalem CHRISTI celebrat 25. Decemb.

Canticum Angelorum, quod est in nouo Testamento tertium, Luc. 2.

Est annus à natali Abrahamæ 2021. Isaaci 1921. Moysis 1597. Dauidis 1110. Hoc anno mense Septembri exit 41. annus imperij Augusti, & inijt 42.

Eusebij historia Ecclesiastica incipit, complectens decem libris res annorum 324. à salutifero CHRISTI ortu vsq; ad Synodi Nicenæ tempus. Sulpitius Quirinus censum in Iudæa primum agit.

Augustus Cæsar Romæ templum Marti vltori dedicat ludis magnificentiss : Velleius.

3971 Era annorum nati CHRISTI, quam ordiemur secundum Ecclesiæ consuetudinem à circumcisione Domini : Annos verò mundi à tempore verno & die concepti CHRISTI.

ANNVS A NATO CHRISTO PRIMVS.

CHRISTVS circumcisus die 8. Luc. 2. Calend. Ianua.

Magi ex Oriente adorant & muneribus honorant CHRISTVM Matth. 2. (6. Ianua.) alij ad annum seq.

Præsentatio CHRISTI in templo ætatis die 40. (2. Febr.)

Canticum Simeonis in nouo Testamento quartum. Luc. 2.

Ex libro
repe-
ries colli-
gendo an-
nũ Mun-
di 3970.

Fuga CHRISTI in Ægyptum. Matth. 2, alij ad seq.

Infanticidium Herodis in Bethlehem, Matth. 2.

Herodes excarnificatus morbis sæuissimis, Hierichunti, moritur circa tempus Paschatis; ætat. ferme 70. Sed quinto die ante, quam crudelem exhalaret animam, filium suum Antipatrum iugulari iussit. Ioseph.

Augustus filius Herodis prouincias Iudaicas & paternam hereditatem distribuit.

Archelaus, Herodis filius, in Iudæa regnat an. 9. Ioseph. alij 6. vel 7.

Hoc regnante CHRISTVS reuersus est ex Ægypto. Matth. 2. an. num alij alium definiunt.

3978 Sulpitius Quirinus secundum in Iudæa censum agit, & Archelai (ob tyrannidem in exilium circa hæc tempora deportati) bona vendita fisco Rom. imperij infert, Ioseph.

3979 Arminius apud Germanos regnat an. 12. Tac.

3980 Quintilius Varus amissis tribus legionibus Roma: occiditur 4. Non. Quintil. in Germania, (Distat clades Variana à Cannensi annis 224.) Vell. Diocl. Vespasianus Imp. nascitur 17. Nouemb.

3982 CHRISTVS ætat. 12. anno, in paschate, cum omnium admiratione Doctores docuit, diuinæq; suæ sapientiæ specimen illustrissimum edidit. Lucæ 2. Alij ad seq. quia 12. CHRISTI intelligunt completum. Est annus à templo secundo condito 530. dedicato 526. à prima vnctione Dauidis 1100.

3984 Augustus Testamentum condit 3. April. at. 75. Suet.

3985 V. C. 766. Augustus Cesar Mor. at. 76. imperij 56. die 19. Augusti.

IMPERIVM TIBERII CÆSARIS.

Imperauit an. 22. mens. 7. diebus 7, Diocl.

CORNELII Taciti historia Augusta incipit: à morte diui Augusti complexa annos 57. & cum excidio Ierosolymitano desinit: nisi quod aliquot tamen libri intermedij interciderunt.

3988 Germanicus Drusi filius Roma 26. May, triumphat de Cheruscis, Cattis, Angrinarijs, alijsq; Germaniæ populis inter Rhenum & Albim à se debellatis. Hic est ille Germanicus Cesar, cui Ouidius Fastorum libros dedicauit.

Tredecim vrbes Asia, vna nocte, maximo terra motu deiecta & prostrata sunt. Plin. Tac. Ab excisa Troia 1200.

3989 V. C. 770. Livius & Ouidius mortui anno 4. Tiberij. Euseb.

3990 ARMINIVS Germanorum rex Mor. at. 37.

Germanicus Cesar pater Caligulae, veneno extinctus.

3992 Olymp. 200. Quirinus, qui nato Christo censum egit, moritur. Tac.

Tiberius IIII. Drusus II. Cos. pater & filius.

3994 Drusus, Tyberij filius, veneno necatus à Seiano.

3996 Olymp. 201. V. C. 777. à prima Olympiade 800. Hoc anno fitur 69 hebdomas Danielis, id est, hebdomadam annus 483.

3997 Septuagesima & vltima hebdomas Danielis incipit, in cuius medio Daniel ait, Messiam in publicum proditurum, & nouum testamentum abrogato veteri, docendo & moriendo confirmaturum. Daniel 9.

Pilatus mittitur in Iudæam à Tiberio. Ioseph. Euseb.

Tiberius Imp. Roma excedit nunquam eo reuersus.

3998 Pilatus Iudææ præest annis 10. Ioseph. à regno Dauidis in Ierusalem 1100.

3999 BAPTISMVS institutus.

Ioannes Baptista prædicare & baptizare cœpit circa huius anni autumnum, ineunte 15 Tiberij. Luc. 3.

4000	IVBILÆVS Mundi 80. <i>Mosis 30.</i>	30
	Olymp. 202. V. C. 781.	
	Medium hebdomadis vltimæ Danielis, id est, annus 487 hebdoma- dum. (vide Isagogen.)	
	CHRISTVS baptizatur.	
	Tentatur in deserto diebus 40.	
	Legatio Iudæorum ad Ioannem.	
	CHRISTI PRÆDICATIO	
	ET MIRACVLA:	
	Item vocatio discipulorum & Nuptiæ in Cana. Annus à dilu- tione 2344, exaltato Ioseph 1770, regno Davidis 1110, coronatio Sa- lomonis & baptismus seu coronatio CHRISTI distant an. 1070.	
4001	PRIMUM PASCHA annî primî prædicationis CHRISTI, Ioan. 2.	31
	CHRISTVS caupones è templo eijcit.	
	Colloquium CHRISTI cum Nicodemò.	
	Carcer Ioannis.	
	Reliquæ historiæ miraculorum CHRISTI petantur ex Euangelista- rum narrationibus.	
4002	<i>Vellei Paterculi historia Roman. desinit.</i>	
	SECUNDVM PASCHA. Luc. 6. Matth. 12. Marc. 2. vbi discipuli octauo die à Paschate vellunt spicas.	32
	Decollatio Ioannis.	
4003	<i>Seianus Romæ vinco tractus & excruciatu perit, die 18. Octob. à Drusi nece (cuius ipse autor fuerat) anno octauo. Diod. Tac.</i>	
	TERTIVM PASCHA. Ioan. 6.	33
4004	Iter CHRISTI postremum in Iudæam.	
	Refuscitatio Lazari. Ioan. 11.	34
	QUARTVM PASCHA, in quo CHRISTVS factus est Pascha nostrum.	
	Mors, Resurrectio, & Ascensio Domini nostri IESV CHRISTI. Alij ad 33.	
	Finis hebdomadum Danielis.	
	Prima Pentecoste Noui testamenti.	
4005	ACTA APOSTOLORVM incipiunt.	
	Stephani martyrium. Pauli conuersio. Euseb.	35
	PAVLI curriculum vsq; qv̄ plátæ delineabimus, cum certa anno- rum distinctione destituamur.	
	<i>Persius Poeta Satyricus nascitur 4. Decemb. Euseb.</i>	
4007	<i>Valerius Maximus sub Tiberio vixit, & ei librum suum dedicauit, qui extat.</i>	
	Pilatus Romam reuocatur ex Iudæa, ob iniusticiam & crudelitatem Ioseph.	37
4008	V. C. 789. Paulus triennio à conuersione sua exacto vidit Petrum Hierosolymis, cumq; eo mansit diebus 15. Gal. 1. Inde deductus Cæsaream venit in Syriam & Tarsum. Actor. 9.	38
	<i>Tiberius Imp. Mor. etat. 78. die 16. Martij, à morte Iulij Caesaris 80.</i>	
	<i>Imperium CALIGVLAE an. 3. mens. 9. diebus 28.</i>	
	AGRIPPA Maior rex Iudææ an. 7. Ioseph.	
	* Nomen Christianorum Antiochiæ ortum.	
	<i>Nero Imp. Nasc. 15. Decemb. Dio. Sed Suetonius ad præcedentem.</i>	
	Iosephus historiæ Iudaicæ Scriptor Nasc.	
	<i>A regno Xerxis ad imperium Tiberij 500. à morte illius ad mortem huius 500. compl.</i>	

- 4010 Herodes, qui Ioannem iugulauerat, in exilium pellitur, vnâ cum Herodiade.
 Pilatus perit, 3 Caligulæ. Euseb.
 MATTHÆVS Euangelium scribit. Euseb.
Lucanus Poëta Nasc. 3. Nouemb.
In hunc annum refert Dio natalem T. Vespasiani iunioris, 30. Decemb. Suetonius autem ad 4012.
- 4011 Caligula Deum se facit, honoresq; diuinos poscit. Præcipit Hierosolymis in templo collocari suam statuam; quod ne fieret, diuinitus impeditum est. Ioseph.
 Hinc ad excidium Ierusalem 30.
 Legatio Philonis Iudæi doctissimi, ad Caligulam, de qua Philo. Iosephus & Euseb.
- 4012 *Caligula interfectus atq; 29. die 24. Ianuarij.*
Imperium CLAVDII, an. 13. mens. 8. d. 20. Dio. à regno Cyri 600.
- 4013 Martyrium Iacobi Maioris. Euseb.
- 4014 PETRVS liberatur ex carcere in huius anni Paschate. Act. 12.
 à secundo reditu Iudæorum ex Babel, duce Esra sacerdote 500.
- 4015 Herodes ab Angelo percussus Mor. Act. 12.
Fames sub Claudio à plerisq; huc refertur.
Cuspius Fadus missus à Claudio in Iudæam, Ioseph.
- 4016 HERODES rex Chalcidis regnum Agrippæ Maioris defuncti administrat quinquennio. Ioseph.
 HERODES rex Chalcidis impetrat à Claudio Imp. ius eligendorum summorum Pontificum, & potestatem in templum sanctumq; ærarium. Ioseph.
- 4018 MARIA virgo ex hac vita ad filium migrat. Euseb.
 Vixit ante conceptum CHRISTVM 15; post eius resurrectionem, totidem, cum CHRISTO 33; in vniuersum 63. Maria explicuit dimidium ætatis Saræ, quæ vixit an. 127.
Ludi seculares Romæ VI. facti.
Circa hunc annum Tiberius Alexander in Iudæa Cuspio Fado successit. Ioseph. lib. 20. c. 5.
- 4019 V. C. 800. SYNODVS APOSTOLORVM Hierosolymis celebratur circa hæc tempora. Ex Synodo Paulus & Barnabas redeunt Antiochiam; vbi oritur inter eos dissidium. Act. 15.
 HERODES Rex Chalcidis Mor. 8. Claudij, & Cumanus Tib. Alexandro in Iudæa succedit, Ioseph.
- 4020 Iudæi & Christiani Romæ pulsati anno 9 Claudij. Oros. Act. 18.
 Paulus Athenas venit; inde Corinthum, vbi mansit an. 1, mens. 6.
 Act. 17. 18.
 Dux Epistolæ ad Thessalonicenses scriptæ Athenis.
Agripp. Iunior Chalcedi præest an. 4. Ioseph.
- 4021 Colonia Agrippina appellatur. Tac.
- 4022 Prior Epistola ad Corinthios scripta circa hoc tempus Ephesi.
 Domitianus Imp. Nasc. 24. Octob.
- 4023 Agrippa adimit Claudius Chalcidem, eiq; donat Philippi Tetrarchiam
 Martyrium Philippi Apostoli. Euseb.
Cumanus ob provinciam malè administratam Romæ damnatur à Claudio, & exilio multatur. Tac.
- 4024 Sublato Cumano Felix solus Iudæa præest, cum antea teste Tacito partem Iudæa, Felix partem Cumanus tenuisset.
- 4025 Epistola Pauli ad Romanos è Corintho missa per Phœben, à vocacione Abrahamæ 2000.
 Paulus Hierosolymam venit circa Pentecosten, ibiq; ligatur. Act. 21. à conuer-

	à conuersione Pauli 21: alijs ad an. superiorem, qui est 13 Claudij.	
	<i>Claudius Mor. atat. 64. die 13. Octob. à Monarchia Iulij 100. Deinceps Xiphilinus historiam Dionis continuat per annos 175.</i>	
1026	NERONIS IMPERIVM an. 13. mens. 8.	56
	<i>Festus Felici succedit.</i>	
	Paulus coram Festo causam dicit: ad Cæsarem prouocat. Act. 25.26.	
1027	Pauli nauigatio & naufragium ineunte hyeme. Actor. 27.	57
	V. C. 808. Paulus Apostolus Romam venit, ibiç biennio, in libera custodia mansit. Actor. 28.	58
1028	Paulus Romæ ex vinculis scripsit Epistolam ad Ephesios, Philippenses, Colossenses, & Philemonem, &c. Aliqui idem affirmant de Epistola ad Galatas, & secunda ad Timotheum.	59
1029	Definunt acta Apostolorum.	
	Paulus desertus ab omnibus, causam coram Nerone dicit, & liberatur ex ore Leonis. Inde salutatis primum Ecclesijs Syriæ, Asiæ & Græciæ perrexit in partes Occidentis, Italiam, Galliam & Hispaniam, prædicans Euangelium circiter decennium, vsq; ad obitum.	
1030	<i>Ianus V clausus.</i>	60
	<i>Nero matrem interficit. Tac.</i>	
	<i>Primum Neronis quinquennium desinit.</i>	
1032	<i>Festus Iudææ præses Mor. Ei mittitur successor Albinus. Euseb.</i>	62
1033	* IACOBVS frater Domini dictus Iustus & Oblias martyrio coronatur, dum Albinus est in itinere. Eusebius refert ad annũ præcedentem: sed quia veterum testimonijs Iacobus Ecclesiam rexit Hierosolymis 30 annis, recidit obitus eius in hunc annum, qui nobis est à morte CHRISTI 30. Vide Iosephum l. 20. c. 16.	63
	Eusebius ad hunc annum refert mortem Marci Euangelistæ.	
	Iesus Anani, homo plebeius, in festo tabernaculorum cœpit magnis clamoribus denunciare excidium vrbi Hierosolymorũ; Vx, Vx, inquit, Hierosolymis: Idq; fecit annis 7, mensibus 5. Albinus præses eum, vt insanum contempsit. Ioseph. l. 7. c. 12. Annus à condito templo Salomonis 1100.	
1034	<i>Nero Octauiam coniugem suam occidit. Tac.</i>	64
1035	<i>Persius Poeta Mor. 24. Nouemb. atat. 29. Euseb.</i>	65
	V. C. 816. Nero Romam incendit 19. Iulij.	
	Prima persecutio Christianorum Romæ à Nerone instituta. Tac. A reditu Iudæorum ex Babel sub Cyro 600: à regno Herodis in Ierusalem 100.	
1036	<i>Seneca & Lucanus interfecti à Nerone.</i>	66
	<i>Nero alteram coniugem Poppæam necat.</i>	
1037	<i>Florus Iudææ præsit: fax belli Iudaici.</i>	67
	<i>Nero virtutem ipsam excindere cupit.</i>	
	Iudæi à Romanis deficiunt: Vnde ortum est bellum Iudaicum.	
1038	IOSEPHVS de Antiquitatibus desinit.	68
	BELLVM IUDAICVM.	
	De hoc bello Iosephus, Iosippus, Egesippus, Tacitus, &c.	
	Bellum Romanorum aduersus Iudæos gestum duce Fl. Vespasiano, qui hoc anno primum cum exercitu Iudæam inuasit mense Maio.	
	* Ecclesia Christi diuinitus monita migrat Hierosolymis in oppidum Pellam trans Iordanem. Euseb.	
	* Martyrium Petri & Pauli Apostolorum, alijs ad seq.	
	Iosephus historiæ Iudaicæ scriptor captus à Romanis circa Calend. Iulij, prædicit Vespasiano imperium.	
1039	Hinc incipit Romanorum Pontificum series: de qua alibi.	69
	V. C. 820. Nero sibi mortem consciscit, atat. 31. 10. Iunij. Extincto Nerone des	

rone defecit Caesarum progenies, & imperij successio in alias familias trans-
lata est.

4040 *A Monarchia Iulij huc vsq; 115. ab imperio Augusti 110. ab eius morte 54.*
Galba, Otho & Vitellius imp. pereunt.

VESPASIANI Imperium.

Vespasianus in Iudæa ab exercitu appellatur Imperator, Calendis Iulij.
Imperavit an. 10. minus 6. diebus.

Vespasianus Romam nauigans, filio Tito belli Iudaici curam commendat. Estq;
hic annus à diluuiò Deucalionis 1600. à bello Peloponnesiaco 500.

4041 V. C. 822. Vespasianus pater II. Titus filius Cos.

EXCIDIVM Hierosolymorum.

Obsidio cœpit in Paschate: Templum conflagrauit 10 Augusti, cum
stetisset annis 589, vrbs incensa est 8 Septemb. Ioseph.

FINIS REGNI IYDAICI, quod durauit à vocatione
Abrahæ 2018, exitu ex Ægypto 1588: partitione terræ sub Ios
sua 1541. Estq; hic annus à priore desolatione templi & vrbs
676, à fine captiuitatis Babylonicæ 606: à migratione Esræ 528:
à reparatis muris sub Nehemia 514: à monarchia Alexandri Ma-
gni 400: Augusti 100: à baptismo Christi 41: morte eius 38.

Tacitus scribit, intra vrbs tunc conclusa fuisse sexcenta millia homi-
num.

Romæ Capitolium, quod anno superiore crematum fuerat, reparari cœptum, die
21. Iuny. Tac.

Destructo Capitolio Hierosolymitano surgit Romanum.

Desinit historia Augusta Cornelij Taciti.

Videat lector temporum harmonias.

I. Completo 70 anno captiuitatis Babylonicæ, exibant Iudæi ex
Babel redeuntes in patriam incipiente 71. Exacto verò anno
natì CHRISTI 70, delentur vnà cum patria.

II. Tempore Paschatis ingressi sunt terram promissam, duce Iosua
idq; ineunte anno 41 ab exitu ex Ægypto. In huius verò (71)
anni Paschate cœpit obsidio, qua intra vrbs clausi exitu prohibe-
bentur, idq; fit anno 41 à Baptismo CHRISTI.

III. Iudæi in festo tabernaculorum quotannis agebant DEO gratias
pro data terra. Hoc verò anno, festo tabernaculorum instante,
tabernacula Iudaica sublata sunt, totaq; politia destructa.

IIII. Iudæi ob ingratitude erga DEVM 38 annorum spacio in de-
serto extincti sunt, teste Mose Deut. 2. Nunc gens illa excin-
ditur anno 38 post, quàm CHRISTVM Dominum cruci adfi-
xerat. De quo vide Isagogen in harmonia annorum 1588.

Reliquæ harmoniæ de agno DEI mactato à Iudæis in Paschate, ex ve-
terum & recentiorum scriptis notiores sunt, quàm vt admonitione
opus sit.

4042 Duo Vespasiani, pater & filius, Romæ de Iudæis & captis Hierosolymis trium-
phanti. Calend. Iul.

Et pace populi Rom. terra marig, parta Ianus VI. Clausus.

4044 Templum Oniæ in Ægypto clausum iussu Vespasiani, vt esset Iudæis inaccessum
Iosep.

4045 Lustrum Romanum 75, concurrens cum 75. anno Christi.

4046 Templum pacis Romæ dedicatum, in quod illata sunt vasa & ornamenta quadam
templi Hierosolymitani. Iosep. Xiphil.

Asconius Pedianus claret.

4050 IVBILÆVS Mundi 81. Mosis 31.

V. C. 831. Vespasianus Maior Mor. etat. 70. 24. Iuny.

Titi Ve-

1051	Titi Vespasiani imperium, an. 2. mens. 2. d. 20. Dio. A regno Samuelis 1200.	
1052	Davidis 1160. Salomonis 1120. morte Salomonis 1080.	
1053	Plinius Mor. atat. 56. 2. Nouemb.	81
1054	T. Vespasianus Mor. atat. 42. d. 13. Septemb. A condito templo secundo (quod Tius Vespas. destruxit) 600.	82
1055	Imperium Domitiani an. 15. d. 5. Dio.	
1056	Primus agon Capitolinus, qui quolibet quadriennio exacto repetebatur insti- tutus est: à quo Censorinus ad sua tempora numerat 38. completos agones, id est annos 152. Vide 4209.	87
1057	Quintilianus Roma docet.	
1058	Martialis Poeta floret.	88
1059	Iosephus historiam Iudaicam scribit atat. 56. à captiuitate Babylo- nica 700; ab eius fine 630, ab excidio Ierusalem 24.	95
1060	Secunda persecutio Christianorum sub Domitiano.	
1061	Iohannes Apost. in Pathmum relegatur, vbi vidit Apocalyp. Euf.	96
1062	Cedrenus huc refert Martyrium Timothei.	
1063	Domitianus occisus atat. 45. d. 18. Septemb.	97
1064	IMPERIVM NERVAE an. 1. mens. 4. d. 9. Dio.	
1065	Desinit historia Suetonij.	
1066	IOHANNES Euangelista ab exilio redit Ephesum.	98
1067	Traianus à Nerua adoptatur & Caesar appellatur.	
1068	Cornel. Tacitus hoc anno fuit Cos. suffectus.	
1069	Iulius Frontinus, cuius scripta extant, Aqua ductibus Romæ proficitur.	
1070	Nerua Imp. Mor. 27. Ianua. atat. 66.	99
1071	Traianus imperauit an. 19. mens. 6. d. 15. Dio.	
1072	V. C. 851. Hoc anno Traianus Consulatum tertium, qui ei vt nouo Imperato- ri debebatur, recusauit: vt auctor est Plinius secundus in Panegyrico: Ni- mirum Traianus ignorans celsit gloriam CHRISTO: cuius anno centesimo suam reliquit dignitatem, vt eius celebritas soli Ecclesiæ DEI referuata, non in alium quàm in CHRISTVM Dominum transferretur: quemadmodum & Augustus ante annos 100, in- stante natalis CHRISTI tempore, omnibus suis Consulatibus fi- nem imposuit, & ab honore illo deinceps prorsus abstinuit.	100
1073	IOHANNES Euangelista moritur Ephesi an. 2 Traiani. Euseb. atat. (vt putatur) 89, aut 91, &c. Post excidium Hierosolymo- rum 30 ineunte. Hieronymus ab anno CHRISTI 32 completo vel 33 currente (qui ei est annus mortis CHRISTI) ad obitum Io- hannis numerat 68: additis 68 ad 32, concurret Hieronymo excel- sus Iohannis cum anno N. C. 100: qui est à morte Salom. 1100, à natali Abrahæ 2121.	
1074	Claudit itaq; beata mors S. Iohannis Euangelistæ primum CHRISTI centenarium.	
1075	Hoc tempore floruerunt: Plutarchus Cheronensis, qui egregia ingenij, doctri- næ, suæ monumenta post se reliquit, clarorum virorum vitas, & moralia: Item L. Florus, qui Liuij Epitomen edidit: Et Plinius Secundus qui fuit alte- rius Plinij, naturalis historiae scriptoris, nepos ex sorore: cuius hodie quoq; panegyricus ad Traianum & Epistola extant.	101
1076	Tertia persecutio aduersus Christianos sub Traiano: in qua SI- MEON, filius Cleophæ, Hierosolymorum Episcopus, cruci ad- fixus est ætatis anno 120. Euseb. Vide eundem in historia Eccle- siastica lib. 3. cap. 26: vbi hæc verba Egessippi Simeonis martyrio subtexit: Ad hæc vsq; tempora in obscuro delitescantibus hæreticis, Ecclesia integra & incorrupta permansit: Cæterum postquam sa- cer Apostolorum chorus varium vitæ exitum & diuersa mortis ge- nera pertulerat, & præterierat illorum ætas, qui à CHRISTO diui- nam sa-	108

nam sapientiam auribus suis coram acceperant, tunc falsa & vetera-
toria erroris conspiratio exordium cepit: Cumq; nemini Aposto-
lorum amplius vita suppeteret, sincero veritatis sermone falsa & com-
mentitia doctrina opposita est. *Hec Egesipp.*

Obiter admonendus est Lector, in hoc Indice prætermisum esse Catalogum hæreti-
corum, qui ab Apostolorum excessu Ecclesiam Christi turbarunt. Longiorem ex-
positionem res ista requirunt, quam quæ huius Indicis breuitati conueniat. Alto-
rum itaq; scripta de his consulantur.

4079

Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus Romam perductus, bestiis
laniandus traditur. Verba Epistolæ eius ad Romanos allegant Ire-
næus & Euseb. lib. 3. Frumentum DE I sum, & bestiarum
dentibus molor, vt purus panis DE I reperiar. Fruar be-
stis mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inueniri:
Eas & blanditijs demulcebo, vt crudelius me deuorent: &
illæ si nolint, ego vi eas adigam. Nunc incipio discipulus
Christi esse: Faceat à me rerum omnium siue visibilibus
siue inuisibilibus admiratio, vt Iesum Christum assequar:
Omnia suppliciorum genera à Diabolo excogitata in me
coaceruentur, vt Iesum Christum duntaxat adipiscar.
Idem: Id solum petite mihi, vt vires & intus & foris suppe-
tant, vt non modo dicam: sed & velim: vt non solum di-
car Christianus, sed & inueniar. Christianus cum odio ha-
betur à mundo, diligitur à DEO. Melius mihi emori
propter Christum, quam imperare finibus terræ. Vita si-
ne Christo mors est. Meus amor crucifixus est. Non
est in me incendium quippiam amans: sed aqua viua saliens
in me intus mihi dicit: Veni ad patrem.

4080

Plinius secundus cum prouinciam Bithyniam regeret, & in magistra-
tu suo multos Christianorum interfecisset, multitudine & constan-
tia eorum perterritus, quæsiuit à Traiano, quid facto opus esset, al-
legans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sa-
cris eorum comperisse quam cæcus antelucanos ad canendum cuius-
dam CHRISTO DEO: & ad confæderandam disciplinam veterari
ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, &c. Ad quæ commo-
tus Traianus rescripsit, Christianos inquirendos non esse: oblatos
vero puniri oportere. Tertul. in Apol. Euf. l. 3. Orosius & alij.
Taxat autem Tertullianus edicti imperatorij absurditatem in hunc modum. Re-
scripsit Traianus Christianos inquirendos non esse: oblatos vero puniri oportere.
O sententiam necessitate confusam. Negat inquirendos vt innocentes: & mandat
puniendo vt nocentes parcit: & scruit: dissimulat, & animaduertit. Quid te ip-
sum censura circumuenis: si damnas, cur non & inquiris? si non inquiris, cur non
& absoluis? Latronibus vestigandis per vniuersas prouincias militaris statio sorti-
tur. In reos Maiestatis & publicos hostes omnis homo miles est. Solum Christia-
num inquiri non licet: offerri licet: quasi aliud actura esset inquisitio quam obla-
tio? *Ibidem ait in Christianis, Nomen damnari & puniri: non crimen: aut
scelus: solum nomen innocuum, hominibus innocuis, esse pro crimine propter
quod plectantur.*

4081

*Terentius motus ingens, quem Dio prolixè describit, Antiochiam concussit, anno
159.*

4082

2. cap. 11. vide annum Christi 458.

4083

*Antiochia Traiani, quæ hodie Roma visitur, excitata est hoc tempore: quod indi-
catur numerus XV II. Tribunitia potestatis Traiani inscriptus columna.* Anno

1016 Anno 18 Traiani, Iudæi in Lybia, Ægypto alijsq; locis concitata se- 116
ditione tumultuari cœperunt: sed à gentilibus superati & repressi
sunt. Cumq; in Mesopotamia bellum aduersus incolas redintegra-
rent, Traianus præcepit L. Quietus, vt eos prouincia exterminaret:
aduersus quos Quietus aciem instruens, infinita millia eorum inter-
fecit, & ob hoc procurator Iudææ ab Imp. constitutus est. Euseb.
lib. 4. Vide Dionem & Spartianum.

1088 Traianus Imp. moritur circa diem 11. Aug. atq. 64. Hic à Senatu adpellatus 118
est, Princeps optimus.

Encomium eius vide apud Dionem: ubi & illud recitatur: Cum Prætorij præ-
fectum designaret, porrecto gladio Traianus dixit: Hunc gladium
pro me distringes, donec iuste imperauiero: si iniuste im-
perauiero, in me eum stringito. Fuit primus eorum qui ex pere-
grinis, extra Italiam natis, facti sunt Imperatores. Plutarcho vsus est fa-
miliariter. In imperio ita se gessit, vt nouis Imp. postea acclamatum sit:
Augusto felicior: Traiano probior. Eutropius inter alia eius egregia dicta
hoc quoq; commemorat: Amicis culpantibus quod nimis erga omnes comis
esset, respondit: Talem se Imp. esse priuatis quales esse sibi
Imperatores priuatus optasset.

ADRIANVS Imp. an. 20. mens. 11. Dio. Spartianus.

Hic obserua dissidium Chronologicum: quia Ptolemæo, Gerharto Merc. & alijs
cedit initium imperij Adriani in annum N. C. 117. Romanis verò scriptoribus
in 118. Durat hoc dissidium vsq; ad annum N. C. 162. Nos etsi ex Romanis
scriptoribus euentus quosdam hic consignauimus: tamen Lectori nequaquam
aduersabimur, si alteram illam rationem sequetur, modo nostram dispositionem
cum iusta latitudine accipiendam & quibuslibet annis suos euentus adscribendos
& reddendos esse meminerit.

1096 Quadratus Apostolorum discipulus, & Aristides, pro religione Chri- 126
stiana scriptos libros Adriano Imp. exhibent. Euseb. l. 4. c. 3.

De hoc Hieronymus: Quadratus Adriano Imp. porrexit librum pro religione
Christiana compositum valde vtilem, plenumq; rationis & fidei, & Apostolica do-
ctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens ait, plurimos à se visos,
qui sub Domino varijs in Iudæa oppressi calamitatibus, sanati fuerant, & qui à
mortuis resurrexerant.

Euseb. l. 3. scribit, hac ætate vixisse Papiam Episcopum Hierapolita-
num, qui Apostolorum discipulos audierit, & scripserit, se ex Phi-
lippi filijs audisse, suo tempore quendam ex morte esse excita-
tum: Et quod non minus habet admirationis, Iustum Barsabam
(de quo Act. 1) propter gratiam ipsi à Domino tributam, nihil mor-
lestix aut incommodi pertulisse, cum venenum mortiferum ebi-
bisset.

1097 His ferme temporibus Serennius Granius legatus, vir apprime nobilis, lite- 127
ras ad Imp. mittit, iniquissimum esse dicens, clamoribus vulgi innocentium
hominum sanguinem concedi, & sine vlllo crimine, nominis tantum & se-
ctæ reos fieri. Quibus commotus Adrianus Minutio Fundano proconsuli
Asiæ scripsit, sine obiectu criminum aut probatione, Christianos non condem-
nandos: cuius Epistole vsq; ad nostram memoriam durat exemplum. Euseb.
lib. 4.

Lampridius in vita Alexandri Sæueri scribit, Adrianum Imp. voluisse Christo
templum extruere, & iussisse, vt in ciuitatibus templa sine simulacris (ni-
mirum in Christianorum vsu) ponerantur: sed prohibitum ab aliquibus
qui dixerant, si id fieret, omnes Deorum templa deserturos, & Christianam
religionem amplexuros.

1100 Hac tempore clari fuerunt: Aquila interpret Bibliorum: Suetonius historicus, 130
qui fuit Magister Epistolarum Adriani: & Phlegon Chronographus. Item
E Iuriscon-

*Iurisconsulti, P. Inuentius Celsus, Neratius Priscus, & Domitius Lae-
cianus item Samosatensis, qui gentilium Deos magna libertate rideat ac la-
cerat. Christo quoque conuiciatur, nominans eum ἀνεσκόδοπιόμενος ὁ οὐρανός
id est, de palo suspensum sophisticam. Christianos vero sic subsannat. Persua-
serunt sibi, inquit, infelices Christiani, se immortalitate fruicturos,
perpetuoque victuros esse. Ideo & mortem magno contemnunt ani-
mo: ac non pauci sua sponte semetipsos occidendos offerunt.
Postquam vero semel à nobis desciuerunt, Graecorum Deos con-
stanter abnegant, &c.*

4103 Postremum bellum Iudaicum sub Adriano.

Iudæi à Romanis palam deficientes & ad arma versi Palaestina de-
pulati sunt, tenente prouinciam Tynio Rufo, cui ad opprimendos
rebelles Adrianus misit exercitum. Fuitque hoc magnum & diuturnum
bellum, Iudæis grauius ferentibus, quod exteræ nationes in suam
urbem Ierusalem habitatum venissent. Hos Romani primum ni-
hili faciebant: Sed postquam totam Iudæam commotam esse, Iu-
dæosque omnes ubique gentium tumultuari intellexissent, Adrianus
optimos quosque duces aduersus eos misit. Dio. Euseb.

4104

Dux factionis Iudaicæ Barcochebas non solum Iudæos sibi adiunxit,
sed etiam Christianos in societatem belli aduersus Romanos per-
trahere conatus est: Ideoque Christianos militare reuertes varijs
supplicijs adfecit & necauit. Barcochebas forte, vt quidam existi-
mant, specioso titulo Iudæos sefellit & de se interpretatus est illud:
Orietur stella ex Iacob: Nam Ebræis Barcochab stellæ filium sonat.
Quando vero superatis & deletis Iudæis, interfectoque Barcocheba
sermonis illius vanitas apparuit, Pseudomesiam illum consentaneum
est à Iudæis dictum esse Bencozban, id est, filium mendacij. Cæterum
Adrianus finito bello Iudaico & rebus Iudæorum penitus oppressis,
ingressu urbis Ierusalem Iudæis interdixit, & vt facilius arcerentur,
non solum mutata veteri adpellatione Hierosolymam de suo nomi-
ne Æliam nominauit, sed etiam portæ, qua Bethlehemum itur, suum
marmoreum sculptum imponi iussit, vt intelligeretur, Romanæ por-
testati Iudæos subiacere, & politiam Mosaicam cum Metropolis lux
ruina redactam esse in nihilum, effusa iam super eam finali perpetuaque
vastitate, quam eis ante annos 670 Daniel prædixerat: atque ita cer-
to iam sciretur, spem omnem Iudæorum de Messia aduentu extin-
ctam, Hierosolymamque ruderibus obrutam ac sepultam esse. Ideoque
Adrianus Christianis & alijs gentibus urbem Ierusalem inhabitandam
dedit. Nam Iudæorum calamitatibus accrescentibus, eorumque
rebus ac spebus accisis, Ecclesiam CHRISTI florere, augete &
amplificari oportuit: & vt breuius dicam, Iudæos in exhibitum Mes-
sia testimonium è sua patria eradicari: & Christianos in ea plantari
oportuit, quod & CHRISTVS prædixerat, dicens: Ierusalem cali-
cabitur à gentibus, Lucæ 21. Eusebius in historia Ecclesiastica &
in Chronicis bellum hoc ad tres ferme annos refert, nempe ad 16.
17. & 18. Adriani, id est, ad annos Nati CHRISTI 133. 134. &
135. Vbi obseruet lector, quoquo modo ista in annos CHRISTI
distribuantur, incurrere hanc Iudæorum interuersionem in annum
mortis Christi centesimum, & excidij sub Tito 63. Tantam itaque cla-
dem & alterum quodammodo excidium Iudæis attulit mors CHRIS-
TI anno centesimo post, quam illi furentes clamauerant: Sanguis
eius super nos & super filios nostros.

4109

ADRIANVS Imp. moritur 10. Iul. cum vixisset annos 62. m. s. d. 19.
Dio. Sparta. Moriturus pronunciauit hos versus à doctrina Christiana
alienos.

Animula

Animula vagula blandula

Hospes comesq; corporis

Quae nunc abibis in loca?

Pallidula, rigida, nudula,

Nec ut soles dabis iocos.

ANTONINVS PIVS Imp. an. 23. alij 24. quibus Antonini initium cadit in annum superiorem 138. ut ante monuimus. Hic crebro in ore habuit illud Scipionis Africani maioris: Malle se vnum ciuem seruare, quam mille hostes occidere. Plura de eo Iulius Capitolinus.

Galenus Medicus praestantiss. claruit. Item Salmus Iulianus Iuriconsultus: & Iustinus historicus, qui Trogi Pompeij libros in compendium redegit.

Hoc anno desinunt observationes Ptolemai Mathematici excellentissimi, qui hoc tempore vixit, & in Almagesto nobis conseruauit consignationem annorum 887. à Nabonassaris principio vsq; ad hunc annum.

IUSTINVS Philosophus librum pro Christiana religione conscriptum tradidit Antonino. Verba Iustini in colloquio cum Tryphone Iudæo, de suorum temporum Miraculis per nomen Domini nostri **IESV CHRISTI** editis: Rogamus **DEVM** continere, vt à demonijs, peccatis hostibus, qua quondam adorabamus, nos per **IESVM CHRISTVM** conseruet. Illum enim adiutorem & liberatorem vocamus, cuius etiam nominis vim timent demonia tremantia: Et hodie etiam adiurata per nomen **IESV CHRISTI** crucifixi sub Pontio Pilato, imperata faciunt: Vnde liquet, quod pater tantam ei potestatem dederit, quantam demonia formidant subdita illius nomini & praeterita passionis eius dispensationi. Quod si hoc passionis consilium tantam potestatem mox protulit, & nunc etiam profert: quid futurum est cum veniet in gloria? Et paulo post: Nunc quoq; nos, qui in **IESVM CHRISTVM** Dominum nostrum credimus, demones omnes & Spiritus malos adiuratos eijcimus, & imperata facere cogimus. Idem: Per nomen **IESV CHRISTI** adiurata qualibet demonia vincuntur & imperata faciunt: quae si vos Iudæi adiureris per omnia nomina vestrorum Regum, Prophetarum, Patriarcharum & Iustorum: nullum non contumax erit. Ibidem: **CHRISTVS** natus est in salutem fidelium hominum & interitum demonum: quod etiam nunc videre licet. Multos enim arreptitios per totum orbem, & in hac ipsa ciuitate multi ex nostris Christianis adiuratos per nomen **IESV CHRISTI** sanarunt, quos nec adiuratores alij nec incantatores, exspiratoresque sanare potuerant: & adhuc sanare pergunt, demonia profugando ex obsessis hominibus. Huius Iustini Philosophi & Martyris meminerunt Tertullianus, & Irenæus l. 4. c. 14. Idem Iustinus ritum initiandi Christianos, suo tempore vsitatum ita describit: Quotquot credunt haec qua docemus vera esse, & ad eum modum viuere pollicentur, ante omnia discunt precibus & ieiunijs petere à **DEO** praeteritorum peccatorum veniam, nobis vna preces ieiuniarum iungentibus. Deinde ad aquam à nobis ducuntur & renascuntur eo modo quo & nos renati sumus. Nam in nomine Patris omnium dominorum, **DEI** & Seruatoris nostri **IESV CHRISTI** & Spiritus sancti, in aqua tunc lauantur. Hominem sic ablutum ac institutum ad fratres adducimus, vbi ceterus sunt, vt tam pro nobis quam pro recens illustrato precemur, vt inueniamur per veram doctrinam & bona opera digni obseruatores & custodes mandatorum, & vt salutem aeternam assequamur. Post precationem nos salutamus osculo mutuo, Deinde adfertur praecipuo fratri panis & calix aqua dilutus: quibus acceptis laudem & gratiarum actionem Patri omnium offert per nomen Filij & sancti Spiritus: atq; ita Eucharistiam aliquandiu celebrat. Post preces & Eucharistiam totus ceterus accinit Amen. Absoluta gratiarum actione praesulis, diaconi quos vocamus, dant singulis praesentibus partem panis & calicis diluti, super quos facta est gratiarum actio: atq; etiam deferre sinunt absentibus. Hoc autem alimentum apud nos vocatur Eucharistia, ad quod nemo admittitur, nisi qui credit veram esse nostram doctrinam, ablutus regenerationis lauacro in remissionem peccatorum, & sic viuens vt **CHRISTVS** docuit. Non enim vt vulgarem panem & vulgare poculum haec sumimus: sed quemadmodum per verbum **DEI** caro factus **IESVS CHRISTVS** seruator noster, carnem & sanguinem pro salute nostra habuit: Sic etiam per verbum precationis & gratiarum actionis, sacratam ab ipso alimentum, qua mutata nutrit nostras carnes & sanguinem, illius incarnati **IESV** carnem &

nem & sanguinem esse didicimus. Die solis vrbanoꝝ ac iusticoꝝ ceteris sunt, vbi Apostolorum Prophetarumq; litera preleguntur: deinde cessante Lectore, Præpositus verba facit ahortatoria ad imitationem rerum honestarum inuitans. Ditiore sibi libeat pro sua quisq; voluntate conferunt. Collecta deponuntur apud Præpositum: us subuenit pupillis & egenis, &c. Conuentus autem hos die solis facimus, quod hac die DEVS mundum creauit, & eadem die CHRISTVS resurrexit à mortuis. Hæc Iustinus in Apologia secunda pro Christianis

4123

Antonini p̄i edictum pro Christianis promulgatum Ephesi in totius

Asiæ Concilio: si quisquam, inquit, cuiq; à Christiano, quia Christianus sit, pergat molestia quicquam aut criminis inferre, ille cui crimen illatum erit, etiamsi resipiscat Christianus deprehensus sit, absoluitur: qui autem illum accusauerit, iustum debitumq; supplicium subeat. Ibidem Antoninus Adriani Imp. edictum allegat his verbis: Pro quibus hominibus (Christianis) & alij prouinciarum Præsides iam ante Diuo patri meo scripserunt. Quibus ille rescripsit, ne quid inturbarent hoc genus hominum, nisi qui conuicti essent, tentasse quippiam contra Kempub. Euseb. 4.

4129

Sub Aniceto Rom. Pontifice POLYCARPVS, qui nonnullos Apostolorum magistros habuerat, Romam venit, plurimosq; hæreticorum Marcionis & Valentini persuasione deceptos, ad veram fidem reduxit. Hunc Irenæus in prima sua ætate se vidisse ait admodum senem. Et addit: Sunt qui audierunt Polycarpum dicentem, quod Iohannes Domini discipulus abiens Lauari, cum vidisset intus Cerinthum, exiit de balneo non lotus, dicens: quod timeat, ne balneum incidat cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Ipse etiam Polycarpus aliquando Marcioni occurrenti sibi & dicenti: Cognosce nos: respondit: Cognosce te primogenitum Satanae. Hæc Iren. lib. 3. cap. 3. Euseb. 4.

Hoc tempore vixit Egesippus Iudæus ad CHRISTVM conuersus qui libris quinq; historiam Ecclesiæ CHRISTI ad sua vsq; tempora complexus est.

4132

Mortuus Imp. Antoninus Pius 7. Martij atq. 75. Onuph.

ANTONINVS Philosophus Imp. an. 19. d. 11. Clem. Dio. Simul autem imperauit L. Aurelius Verus. Nam tunc primum Romanum imperium duos Augustos simul habere cepit. Capitol. Euseb. Antoninus Philosophus nunquam mutauit vultum marore vel gaudio, vt autor est Iulianus. De eodem sic inquit Dio. Verè fuit vir bonus, & equabilis in omni vita, nec vlla vngquam in re immutatus est: nihil in eo fletum aut simulum latuit. Magnum ei adiumentum attulerunt bonæ artes. Nam Philosophiæ præceptis imbutus fuit, vnde & Philosophi nomen sortitus est.

4138

Quarta persecutio aduersus Christianos in Asia orta est, in qua igni traditus & Martyrii corona condecoratus est vir sanctissimus POLYCARPVS, Ioannis Apostoli discipulus, & Episcopus Smyrnenis: agens annum ætatis 86: quam historiam luculentissimè descriptam reperies apud Euseb. 4. Polycarpi quidem mortem aduentus confessio & rogam condescendens, atq; flammam expectantis ardentissima precatio digna est, quæ à p̄is omnibus cognoscatur & menti imprimatur.

IUSTINVS Philosophus & Martyr, cuius scripta etiamnum cum fructu multo leguntur, pro CHRISTI doctrina sanguinem fudit. Euseb. 4. Alij referunt eius Martyrium ad tempora Antonini P̄i: Sed Hieronymus in Catalogo scribit, eum successoribus p̄i exhibuisse Apologiam pro Christianis.

Sub Antonino Philosopho etiam in Gallia grauis & acerba persecutionis procella multos martyres absorpsit: vt Maturin, Pothenum, Attalum & Blandinam, quæ inter varia tormenta subinde exclamauit: Christiana sum: qua voce ita se recreauit, vt ad cruciatus constanter perferendos animus eius subinde nouis viribus, diuinoq; robore augetur. Euseb. 5. c. 1.

4140

L. Aurelius Verus Imp. anno regni sui 9 apoplexia extinctus est. Euseb. Capitol.

Capitol. Eo defuncto Marcus Antoninus Philosophus imperavit
solus.

145 Historia de Romanorum Germanica siti, Christianorum precibus
imbrem impetrato, discussa. Cum M. Antonini exercitus dieb. 5
aquæ penuria laborasset, & milites in angustijs montium Germa-
niæ à Quadis circumclusi, siti propemodum conficerentur, Impe-
ratorem anxium & consternatum adijt præfectus prætorio, dicti-
tans, nihil esse quod Christiani precibus impetrare non possint à
DEO: & esse in legione XII cohortem militum, qui omnes CHRIS-
TVM colerent. Ea re cognita Antoninus petijt ab eis, vt DEO
suo supplicarent. Quod cum illi positus in terra genibus & ad
CHRISTVM profusis precibus fecissent, subito pluuia largissima
diuinitus missa est, qua Romani, aquam ore & scutis excipientes,
recreati sunt, cum e contrario Quados aliosq; Germaniæ populos
fulmina persequerentur. Quare obstupefactus Imperator, Chris-
tianos magnis adfecit honoribus, & in perpetuam rei memoriam
legionem eam in qua illi militabant, nominauit fulminatricem, græ-
ce *κατανοβόλον*: Sic Quadi Christianorum beneficio à Romanis vi-
cti sunt & M. Antoninus, Imperator VII adpellatus est. Vide
Capitolinum, Dionem, Tertull. in Apologet. & ad Scapulam, Eu-
seb. 5. Orosium, &c.

175

Extant etiam literæ Marci Imp. quibus rem omnem Senatui Rom.
exponit, & Christianorum precibus diuinum istud beneficium ac-
ceptum referendum esse testatur: *Credibile est, inquit, Christianos licet eos
impios existimemus, Deum pro munimento habere in pectore: Simul enim atq; humi-
lese abiecerunt, & preces suderunt ad ignotum mihi DEVM, statim è cælo pluuia de-
lapsa est, in nos quidem frigidissima, in nostros verò hostes grando & fulmina: eorumq;
orationibus ac precibus statim DEVS præsto fuit, qui neq; vinci neq; expugnari potest.
Quamobrem concedamus talibus, vt sint Christiani ne qua tela eius generis contra nos
petant & impetrent.* Hæc Antoninus.

148 Hæc ætate IRENÆVS Ecclesiæ Lugdunensis Episcopus, & Polycar-
pi auditor, contra hæreticos scripsit libros qui extant. Dicit alicus-
bi se ista scribere, Romanam sedem tenente duodecimo Episcopo
Eleutherio, qui hoc tempore pontificatum gessit. Irenæi etiã tem-
poribus adhuc durasse donum eijciendi dæmonia, & sanandi mul-
tos, testatur ipse lib. 2. aduersus hæres: *Nemo potest, inquit, numerum
dicere gratiarum, quas per vniuersum mundum Ecclesia à DEO accipiens, in nomine
IESV CHRISTI sub Pontio Pilato crucifixi per singulos dies in opitulationem
gentium perficit &c. nec inuocationibus Angelicis aliquid facit (Ecclesia), nec incan-
tationibus, sed purè & manifestè orationes dirigens ad Dominum, qui omnia fecit &c.
Si itaq; & nunc nomen Domini nostri IESV CHRISTI beneficia præstat, & cu-
rat, firmissimè & verè omnes vbiq; credunt in eum, &c.* Huius Irenæi memi-
nit Tertullianus eumq; nominat omnium doctrinarum curiosissis-
simum exploratorem. Irenæus aliquoties scribit, Iohannem Apo-
stolum vixisse vsq; ad tempora Traiani: Polycarpum verò fuisse
auditorem Iohannis: Et se iuuenem vidisse Polycarpum senem
*An Pausanias & Gellius hoc tempore vixerint dubium est. Pausanias citat
Olympiadem 235: que cadit in annum Christi 162: Gellij ætas colligen-
da est ex eius lib. 12. cap. 11. & lib. 13. cap. 16. 18.*

178

151 ANTONINVS Philosophus Imp. obiit 17. Martij, ætat. 59.
Hunc diem mortis Antonini etiam TERTULLIANVS annotat, qui hæc
ætate vixit vt ipse scribit.
Reliquit Antoninus Philosophus hominibus ingens sui desiderium, & posteris
virtutis suæ memoriam sempiternam: sed eius fortune atq; felicitati hoc
vnum defuit, quod de filio, quem optime educari atq; institui curauerat, spe
sua fru-

181

sua frustratus est. Nam & Capitolinus scribit, Antoninum felicem fuisse, si filium non reliquisset. Deinceps historia Romana, ex aureo regno in ferreum delabitur: tanta sub Commodo accidit rerum Romanarum mutatio. Et ab hoc anno, ait Dio, se narrare ea, quorum oculatus testis fuerit, non que ab alijs tradita acceperit: quod spacium vsq; ad finem historia Dionis dimensum, reperietur esse annorum 50.

Ab hoc ipso anno obitus Antonini HERODIANVS orditur suam historiam complectentem annos 59, qua extenditur in Imperium Gordiani, id est, in annum N. C. 239. Quod autem Herodianus ait, se 70. annorum sui temporis res gestas conscribere, ita forte accipiendum est, quod 19. annos Antonini Philosophi illis 70. annis includat & connumeret.

COMMODOVS (etat. 19.) Imp. an. 12. M. 9. d. 14. fuit seuitia & crudelitate alter Domitianus: & libidinib. ac turpitudine alter Nero. Vide Dionem, Lampridium & Herodianum. Dio scribit, Martiam Commodi pellicem Christianorum studiosam fuisse, & quod esset apud Commodum magnæ autoritatis, multa in eos beneficia contulisse.

THEOPHILVS Episcopus Antiochenus scripsit librū ad Autolycum, qui hodie legitur: Et ab Imperio Iulij Cæs. ad mortem Antonini Philosophi, supputat annos 228, quod ad nostram rationem pulchrè quadrat: additis 228 ad 3923.

4153 PANTÆNVS scholā Christianorū Alexandriæ instituit, ex qua multarū Ecclesiarū doctores prodierunt. Huius discipulus fuit Clemens Alexandrinus, cuius libri Stromatum nunc quoq; leguntur.

4156 ORIGENES scriptor Ecclesiasticus Alexandriæ hoc fermè anno natus est: dependet ex anno CHRISTI 203, quo Hieronymus scribit Origenem egisse annum ætat. (circiter) 17.

4158 APOLLONIVS vrbis Senator, cum legisset Senatui insigne volumen, quod de CHRISTI fide cōposuerat, capite ob Christianitatem fidem truncatur. Euseb. 5.

4161 THALMVD Iudæorum conscribitur, an. 120 deuastati Templi, anno 500 numeri contractuum, Sedar Olam. Intelligo numerum contractuum de annis græcorum, de quibus dicitur in libris Maccabæorum: Et hac ratione congruunt numeri, exactissime: additis 500 ad 3661: & 120 ad 4041.

4163 COMMODOVS cunctis incommodus strangulatur nocte, que precedebat Calian. (ineuntis an. Christi 194) cum vixisset an. 31. Mens. 4. Dio. Hic non nisi ad ciuium pernitem & ad suam dedecus vixit. Lamprid. Huc vsq; Clemens Alexandrinus tempora descripsit, quia omnes eius supputationes morte Commodi terminantur. Idem à morte Antonij & Cleopatra huc vsq; supputat annos 222.

Hic autem Clemens Alexandrina Ecclesia Presbyter fuit, & in Cathetice doctrinæ professione Pantano Præceptori suo surrogatus est.

4164 PERTINAX Imp. dieb. 87. Dio. Capitol. Herodia. Hic Pertinax primum fuit Professor Grammatices: in quo munere Sulpitio Apollinari Præceptori suo successit. A Græcis dicitur esse ἄριστος, quod magis esset blandus quam beneficus. Occisus à suis militibus, etat. an. 68. Post hunc imperauit Didius Iulianus diebus 66. Dio. Sparta.

SEVERVS Imp. an. 17. Mens. 8. d. 3. Dio. De hoc Imp. Senatus ita iudicauit, illum aut nasci non debuisse, aut non mori: quod & nimis crudelis & nimis utilis Reipub. videretur. Sparta. Dio. Herodia.

Hoc tempore viguit controuersia de Paschate inter Ecclesiam Romanam & Asianam, ob quam Victor Rom. Pontifex Episcopos Asiæ excommunicare voluit. Ei per Epistolas responderunt, Polycrates Episcopus Ephesinus, & Irenæus Episcopus Lugdunensis: Et hic quidem sensit, ob cæremoniarum, rituumq; diuersitatem, doctrinæ

183
 186
 188
 191
 193
 194

lacte Christiano educatus. Sed & clariss. famina atq; viros, Seuerus sciens huius Secta esse, non modo non lasit: verum etiam testimonio exornauit, & populo furenti in os palam restitit. Marcus quoq; Aurelius in Germanica expeditione, Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in illa siti impetrauit. Quando non genuclationibus & ieiunijs nostris etiam siccitates sunt depulsa? Tunc & populus acclamans DEO DEORVM ET QVI SOLVS POTENS, in Iouis nomine, DEO nostro testimonium reddit. Arius Antoninus in Asia cum persequeretur Christianos, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunal eius se, facta manu, obtulerunt: cum ille paucus duci iussu, reliquos ait: O miseri, si libet perire, num vobis rupes & reserdesunt? Hac Tertullianus:

CYPRIANVS, teste Hieronymo in Catalogo, tantum tribuit Tertulliani scriptis, vt poscens codicem scriptorum eius plazarumq; solitus sit dicere notario: Da Magistrum: Tertullianum designans.

4182 **Mortuus Imp. Seuerus**, pridie non: Febr. cum vixisset annos 65. Mens. 9. d. 25. cui filij multo cariores fuerunt quam ciues. Moriturus ad filios dixit: Estote concordēs: locupletate milites: ceteros omnes contemnite. Dio. Hunc cum ex loco humili per literarum & militia officia plurimis gradibus ad Imperium fortuna deduxisset, dixisse ferunt: Omnia fui & nihil expedit. Sparta.

ANTONINVS Caracalla Bassianus Imp. Rom. annos 6. Mens. 2. Dio. Eutrop. Vna cum eo imperauit frater eius Septimius Geta an. 1. d. 22. de Herodia. Spart. Dio.

4183 **SEPTIMIVS** Geta Imp. à fratre Antonino Caracalla occisus est (circa 25. Febr.) Eam eadem iussus excusare **PAPINIANS** Iurisconsultus, noluit, dictitans: non iam facile esse Parricidium excusare quam patrare, ideoq; vir immortalis gloria dignus, securi percussus est, quod causam iniustam defendere nolisset. Spart. Hic Papinianus dictus est Iuris asylum, & ex eius schola multi Iurisperiti prodierunt.

4188 **ANTONINVS** Caracalla cum multorum praestantium virorum sanguine se polluisset, occisus est 6. Id. April. aet. 29. Dio. Spartianus scribit eum medio itinere inter Carras & Edessam cum Parthis iterum bellum laturus esset, pugione confossum esse à ministro, qui eum in equum tenuerat, insidijs ei à Macrino praefecto praetorio positus qui post eum inuasit imperium. Caracalla, inquit Dio, nihil cogitabat boni, quia id non didicerat: quod ipse fatebatur.

MACRINVS Imp. an. 1. Mens. 2. minus 3. diebus. Dio. Eutrop. Capitol.

4189 **Occisus Macrinus Imp. Mense Iunio aet. 54. Dio.**
ANTONINVS HELIOGABALVS Imp. an. 3. Mens. 9. d. 4. Dio. Lamprid. Fuit mancipium omnis libidinis ac turpitudinis, gessit se pro muliere & viris tanquam foemina nupsit: ad honores euexit flauitiorum suorum Magistros ac ministros, viris interim praestantibus loco suo detrusis vel necatis: adeo vt nullam aliam nisi obscenitatis & crudelitatis suae infamem memoriam reliquerit, de quo Herodia. Dio. & Lamprid.

4192 **IULIUS AFRICANVS** nobiliss. Chronographus, cuius supputatio, nes citant Euseb. & Hieronymus in Daniele &c. hac tempestate floruit.
CYPRIANVS hac tempestate floruit, cuius scripta apud pios omnes in magno habentur precio: hac aetate vixit.

4193 **HELIOGABALVS** aet. anno 18. (6. Id. Marty: Onuph.) trucidatur à militibus vna cum matre, muliere flagitiosa, & tali filio digna. Cadaver per totam urbem tractum, raptatum ac dilaniatum est, & ad cloacas deportatum, tandemq; in Tiberim proiectum annexo pondere ne fluitaret neglexit peliretur. Ita turpem & impuram huius Sardanapali vitam turpis & facinus exitus consecutus est. Lamprid. Herodia. Dio.

ALEXANDER SEVERVS Imp. annos 13. d. 9. Lamprid. Fuit Priniceps lau-

ceps laudatissimus & Reipub. utilissimus, amavit literatos homines ipse quoque literatus: leges multas sanxit, neq. constitutionem ullam sacravit sine 20. Iuris peritis & doctis, sapientissimisq. viris, quorum princeps fuit Vlpianus. Christianos fovit, & in primis delectatus est hoc dicto, quod & parietibus inscribi, & per praconem proclamari iussit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Mater eius fuit Mammæa, Mæsa filia, mulier Christiana, quæ Origenem ob doctrinæ excellentiam tum celebrem, accersivit, & doctrinam religionis ex eo audivit.

Hic Alexander fugientes & recusantes Magistratum traxit ad officia & dignitates, dicens: Inuitos non ambientes in Rempub. collocandos. Notarium falsa in consilio Imperatorio referentem incisus digitorum nervis ut nunquam scribere posset, deportavit. Vxori suæ conquerenti quod nimia comitate potestatem suam redderet contemptibilem: respondit ille: sed securiorem atq. diuturniorem. Christo templum condere voluit, eumq. inter DEOS recipere, cuius & imaginem in larario suo habuit. Cumq. Christiani locum quendam qui publicus fuerat, occupassent, & popinarius dicerent, sibi eum deberi: rescripsit, melius esse, ut quomodocumq. illic DEVS colatur, quàm locus popinarijs dedatur. Vlpianum Iuriscorsultum aduersus iram & vim militum, obiecta purpura sua, texit ac defendit. Hæc Lamprid. Scribit etiam Herodianus eum gessisse imperium ἀναπαύου, id est, intruentum, & neminem occisum esse indemnatum. Multum versatus est cum Athenæo: qui an sit ille cuius supersunt Dipno, ophista, adfirmare non possumus.

196 VLPIANVS conditor multarum legum, quæ in pandectis continentur, interfectus est à Prætorianis militibus. Euseb. & alij. 226

Regnum Parthorum desijt, Artabano Rege eorum victo & occiso ab Artaxerxe Rege Persarum anno 548. à morte Alexandri Magni. Agathias lib. 4.

200 IUBILÆVS Mundi 84. Moysi 34. Prædicationis 230
CHRISTI. 4.

Olymp. 252. ab V. C. 981.

Historia Romana Dionis Casij Nicei desinit hoc anno, quo ipse Dio scribit, secum Alexandro Imp. secundum Consulatum gessisse. Etsi autem complexus fuerat Dio res Romanas ab V. C. gestas: tamen temporum iniuria libris prioribus amissis, tantum sunt reliquæ historie annorum 300. minus 2. quarum bonam partem in sua Epitome nobis asseruavit Iohannes Xiphilinus Constantinopolitanus, qui vixit circa annum Christi. 1080.

ORIGENES Alexandriae floruit, ubi Clementi Alexandrino præceptoris suo in Cathedra Catechetica successerat. Inter cæteros labores etiam ἑξάπλα composuit, id est, S. Bibliorum volumen in sex columnas & linguas seu editiones distinxit: Sumptibus eum instruente Ambrosio quodam, homine opulento, quem Origenes hereseos conuictum in veritatis viam reuocauerat.

102 ORIGENES relicta Alexandria fit presbyter Cæsareæ Palestinæ. Euseb. 232

106 ALEXANDER Imp. à suis militibus obruncatur una cum matre Mammæa, 18. Martij, cum sine subditorum querela annis 19. imperasset, & vixisset annos 29. Mens. 3. d. 7. Lamp. Herodia. 236

MAXIMINVS Imp. annos 3. Euseb. Capitolin. Hic primum fuit opilio in Thracia montibus: sed ob corporis proceritatem ac immanem vastitatem ascitus in militiam: & paulatim fortunæ manu ex loco infimo deductus ad culmen imperij. Eum Alexander Imp. ob militare robur dilexit ac euexit, sed in suam perniciem ei benefecit, & vere quod aiunt, aluit in sinu viperam: Nam Maximinus cum militari tumultu saluatus esset Imperator, mox iussit Alexandrum & matrem eius interfici. Hic Maximinus fuit pestis Reipub.

Reipub. & conatus est sibi stabilire imperium, non iustitia, sed sauitia & tyrannide. Quoscumq; voluit indicta causa interemit, aula eiecit, officio priuauit, bonis exuit; grauior & truculentior ciuibus quam hostibus: inuisus bonus & gratus malis ob crudelitatem ac rapacitatem.

Sexta persecutio aduersus Christianos & maximè contra Ecclesiarum antistites ab hoc cyclope excitata est: quæ tamen cum imperio & vita eius desijt.

4208

MAXIMINVS Imp. (ætat. 65.) vna cum filio à suis militibus iugulatur: Cadauera ad ludibrium publicum proiecta canibus & volucribus lanianda relicta sunt. Capita patris & filij contis affixa, & Romam missa, iucundum omnibus spectaculum præbuerunt, & postremo ab insultante populo in Campo Martio combusta sunt. Non fuit, inquit Capitolinus, crudelius animal in terris, omnia sic in viribus suis ponens, quasi non posset occidi: Cumq; se ob magnitudinem corporis prope immortalem crederet, quidam in theatro præsentem illo Græcos versus dixit in hanc sententiam.

Et qui ab vno non potest occidi, à multis occiditur:
Elephas grandis est, & occiditur:
Leo fortis est, & occiditur:
Tigris fortis est, & occiditur:
Caue multos si singulos non times.

Cum necaretur Maximini filius, acclamatum est: Ex pessimo genere ne catulum quidem habendum.

Distat harum betuarum mactatio à morte Iulij Cesaris 280. à morte Alexandri Magni 560. id est, bis 280 à natali Augusti Cesaris 301.

Duo Gordiani pater & filius imperarunt Mens. 1. d. 6.

Horum nece cognita Senatus Rom. Puprenum Maximum & Balbinum contra Maximinum imperatores creauit, eosq; patres senatus nouo nomine appellauit. Gordianus quoq; iunior maioris illius ex filia nepos, Cesar dictus est, ætatis circiter 13. Herodia. Capitol.

Ab hoc anno Pomponius Letus exorsus descripsit vitas sequentium Imp. usq; ad finem stirpis Heraclij: id est, ad annum Christi 696. Epitome itaq; Leti complexa est annos 458.

4209

PVPIENVS Maximus & Balbinus Romæ à prætorianis militibus interfecti sunt, tempore Agonis Capitolini, teste Herodiano.

GORDIANVS iunior (anno superiore Cesar appellatus) imperauit annos 6. Capitol. Huius est dictum illud: Miser est Imperator, apud quem vera reticentur. Hic desinit historia Herodiani: qui his temporibus vixit. Hoc ipso anno Censorinus scripsit librum de die natali: qui Chronologie studiosis magnam præstat utilitatem in annorum supputatione. Nam hic annus secundus Olympiadis 254, Censorino est à prima Olympiade annus 1014. incoatus: ab V. C. secundum Varronis supputationem 991. à Iuliana anni Rom. emendatione 283, à nata appellatione Augusti 265, à capta Aegypto sub Augusto Cesare, 268. à Nabonassare 986, incipiens, (completus 985.) à morte Alexandri Magni 562, incipiens (compl. 561): à primo Agone Capitolino (vide supra 4057.) Agon 39. incipiens: Completus 38: id est, annus 152: Hi numeri Censorini ad nostram supputationem exactissime quadrant. Accipiantur autem anni Censorini, ut incipientes vel incoati. non ut completi: quia Censorinus ex professo ibi tradit auersarum Epocharum principia, & exempli loco ex presentis vel currentis anni sui mensibus variarum ararum initia dependere ostendit, & annos inde supputare ac deducere docet.

3195 3218 3926 3944 3941

1014 991 283 265 268

4209 4209 4209 4209 4209

3224 3648 4057

985 compl. 561 compl. 152

4209 4209 4209

110 *Arrianus, qui Alexandri Magni historiam descripsit, sub Gordiano vixisse putatur: quia id innuere videtur Iulius Capitolinus in vita Gordiani. Alij eum in Antonini Pij tempora rejiciunt, & Iurisconsultum fuisse perhibent.*

113 *Eclipsis Solis tanta fuit, ut nox esse crederetur, neq; sine luminibus accensis quicquam agi posset. Capitol. Alij ad annum precedentem referunt.* 240

115 *GORDIANVS bellum Persicum feliciter gessit consilijs soceri sui, Misuhei, viri docti & sapientis. Capitol.* 243

Occiso a militibus Gordiano mense Martio, PHILIPPVS Arabs imperavit annos 5. Eutrop. Victor. Hic primus inter Imp. fuit Christianus, eumq; narrat Euseb. die Paschatis ab Episcopo non prius ad Cœnam Domini admissum esse, quam inter alios peccata confitentes in templo staret, & pœnitentia signa ederet. 245

119 *Annus Romæ conditæ millesimus magno ludorum apparatu celebratus est à Philippo III. Cof.* 249

120 *Occiso a militibus Philippo eiusq; filio, quem consortem imperij fecerat, Imperatore capit DECIVS, cuius imperio Epipha. Euseb. & Cassiodorus tribuunt an. 1. Mens. ferme 3. alij biennium & menses aliquot.* 250

121 *Septima persecutio aduersus Christianos à DECIO commota, quæ multos S. homines velut atrox tempestas demersit & absumpsit, inter quos sunt: Fabianus Pontifex Roman: S. LAURENTIVS, cuius in craticula iacentis fidem inter medias flammæ elucentem graphicè depingit Prudentius: Et Apollonia virgo quæ excussis dentibus cum vitrò in rogu ardentem insiluisset, cremata est. Item Babylas Episcopus Antiochiæ, & alij.* 251

DIONYSIVS Episcopus Alexandrinus apud Euseb. narrat: Chæremone Episcopum grandævum & ætate prope exacta, vna cum vxore sua ad montem Arabiæ confugientem, nusquam apparuisse, & licet fratres aliquoties eum cum vxore quærerent, tamen neq; ipsos neq; corpora eorū vsquam reperisse. Vnde quidam conjectarunt, eos viuos in cœlum sublato esse.

ANTONIVS Monachus nascitur in Ægypte, qui vixit an. 105. Vide N. C. 355. 252

DECIVS cum toto exercitu cæsus est à Gothis, corpusq; eius paludis voragine absorptum intueniri non potuit. Eodem tempore Decij filius periit.

GALLVS & VOLVSIANVS Imp. an. 2. non plenis, Euseb. Eutrop. Sub his Imp. populus Romanus primum exteris & barbaris gentibus tributum annuum pendere cepit. 254

Gallus & Volusianus interfecti. VALERIANVS & GALLIENVS Imp. annos 15. Euf. & alij. Horum vitam descripsit Trebellius Pollio.

ORIGENES Scriptor Ecclesiasticus ætat. 69 obiit Tyri, vbi & sepultus est. Hieronym. Natalem eius habes infra N. C. 186, quem nisi connumeret, non complebis 69 annos. De eius scriptis olim dictum est: Vbi bene scripsit, nemo melius. Reliquit post se discipulos plurimos, inter quos fuit GREGORIUS Episcopus Neocæsariensis, qui hoc sæculo floruit.

Octava persecutio aduersus Christianos sub Valeriano. Valerianus primis 255

primis imperij annis, teste Eusebio, mitis ac benignus fuit erga Christianos: Sed postea à Mago quodam Ægyptio persuasus, non solum Christianos crudeliter & acerbè persecutus est: Sed etiam Magicis artibus deditus ab illo iniquitatis magistro tenella infantium viscera dissecare, humanasq; hostias mactare didicit.

CYPRIANVS Episcopus Carthaginensis (in cuius scriptis singula prope verba spirant martyrium) capite truncatus Martyrii coronam & gloriam obtinuit: de quo Prudentius hymno 13. Cassiodorus refert Cypriani martyrium ad Valerianum IIII Gallienum IIII Coll. qui nobis in hunc annum cadunt. Cuspinianus ex ignoto scriptore refert Cypriani martyrium ad sequentis anni Consules: Eusebius ad annum Christi 259. De Cypriani conuersione & morte lege orationem Nazianzeni.

Ad hæc tempora pertinet sextus hymnus Prudentij, quo describit fructuosum Episcopi martyrium, & inter cætera sic canit:

Iussum est Caesaris ore Gallieni

Quod princeps colit, ut colamus omnes.

Aeternum colo principem, dierum

Factorem, dominumq; Gallieni.

4230 **PAVLVS EREMITA** primus colere cœpit Eremum: quia Hieronymus vitam eius describens, nominat eum primum à quo Eremus habitari cœpta sit, idq; accidisse ait eo tempore, quo Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruore damnati sint, sub Valeriano persecutore, & quando apud Ægyptum & Thebaidem multas Ecclesias sæua tempestas depopulata sit. 260

4231 **VALERIANVS** postquam una cum Gallieno filio imperauit septennium: à Sapore Persarum Rege victus & captus (ætat. 77), apud Parthos miserabili perpetuaq; seruitute consensit. Nam Rex equum consensurus Valeriani cervice incuruata pro scabello uti solitus est, ita ut Valerianus Regem non manu, sed dorso attollere cogeretur. Qua patris sui calamitate motus, manifestos DEI iudicio territus Gallienus, pacem Ecclesie reddidit, & edictis diuulgatis persecutionem relaxauit. Euseb. & alij. 261

Sub Gallieno Romanum Imperium inuaserunt diuersis locis atq; temporibus XXX. Tyranni, qui se Imperatores Rom. appellarunt, de quibus Trebell. & alij.

4239 **GALLIENVS** Imp. cum fratre apud Mediolanum à militibus Aureoli, qui dux erat Illyricani exercitus, circa 12. Calend. April. occisus est. Trebell. Onuph. 269

CLAVDIUS Imp. biennio non integro. Cœpit circa 12. Calend. April. 271

4241 **CLAVDIUS** Imp. Mor. 10. Calend. Martij: circiter.

AURELIANVS Imp. annos 5. Vixit. Fuit princeps seuerus, truculentus & sanguinarius. Occidit sororis suæ filiam ob causam leuem: disciplinam militarem seuerissime rexit. Nam militem quendam, qui adulterium cum hospitis uxore commiserat, ita puniuit, ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis alligaret, easq; subito dimitteret, ut scissus ille utring; penderet. Ad vicarium quoq; suum ita scripsit: Si vis tribunus esse, imo si vis viuere, manus militum contine: nemo aliena rapiat: segetem nemo atterat: annonæ suæ miles contentus sit, & de præda hostis, non de lacrymis prouincialium viuat: stipendium in baltheo, non in popina habeat. De hoc Aureliano scribit Vopiscus, eum à multis neg. inter bonos neg. inter malos Principes poni, eo quod ei clementia, prima imperatorum dos, defuerit. Ibidem dicit, eum fuisse principem necessarium magis, quàm bonum. 271

242 **CONSTANTINVS MAGNVS** hoc anno natus est, in Britannia, 272
 patre Constantio (qui postea imperavit) & matre Helena. Distat hic annus
 a natali Romuli 1040. Alexandri Magni 626. Iulij Caesaris 370. Au-
 gusti 333. a morte Cyri 800. a Monarchia Alexandri Magni 600. Augu-
 sti 300. a morte Scipionis Africani minoris (inclusivè) 400. Hinc ad Ma-
 hometi regnum 350: ad natalem Caroli Magni 470: ad mortem Ottonis
 Magni 700. pleni: ad imperium Rodolphi Habsburgij 1000, completi.
 245 **Nonā persecutio** aduersus Christianos ab Aureliano indicta: Sed 275
 morte eius impedita & interrupta: ideo à quibusdam inter decem
 248 **persecutiones non numeratur.**
AURELIANVS Imp. mense Ianua, occisus est fraude Notarij sui, po- 276
 stea fuit interregnum ferme 6. mensium.
 249 **TACITVS** Imperavit menses 6. Vopisc. Eutrop.
 250 **TACITVS** Imp. obiit. Florianus cum 2. ferè mensibus imperasset, occisus est 277
 à militibus, qui audierant Probum imperare.
PROBVS Imp. an. 6. Mens. 4. Euseb. Eutrop.
 252 **IUBILÆVS** Mundi 85. completus: Mosis 35. pra- 280
 dicationis Christi 5. Sic Beda & Marianus Scotus.
PROBVS Imp. tumultu militari interemptus. 282
 254 **CARVS**, & filij eius Carinus & Numerianus Imp. annis 3. non plenis.
 alij 2. 284
 Carinus ubi patrem Carum fulmine absumptum, & fratrem Numerianum ab
 Apro socero suo interemptum, Diocletianumq; ab exercitu Augustum adpella-
 tum comperit, multis praelijs cum Diocletiano conflavit: sed postrema pu-
 gna ad Murgum commissa victus occubuit, & scelerum pœnas dedit. Inter-
 sectus est à tribuno cuius uxori stuprum intulerat. Vopisc. Eutrop.
 Hinc orditur Carolus Sigonius historiam occidentalis imperij, quam 20. libris accuratè con-
 scriptam deduxit vsq; ad annum Christi 565, & complexus est res annorum 282. Huius
 auctoris longe optimi & doctissimi vestigia deinceps consecrabimur: & studiososhorta-
 mur: vt integras historiarum narrationes apud Sigonium inspiciant.
Diocletianus Imp. an. 20. Euseb.
 Hic cum primum Imperator creatus esset, Aprum, necis Numeriani autorem,
 gladio transfodit spectante exercitu. Fuit Diocletianus, ingenio callido
 & sagaci, atq; severitate, & sanctitiam suam, aliena invidia explere ac te-
 gere conatus est: primusq; adorari voluit vt Deus, cum ceteri ante ipsum
 Imperatores tantu consulari salutatione contenti fuissent: ornamenta gem-
 marum vestibus & calceamentis indidit: hominibus humi proiectis pedes
 osculandos prœbuit: & eò insolentia ac insania processit fortunæ blandientis
 obsequio, vt & hominem, & mortalem se esse oblitus sit. Eutrop. & alij.
 255 **ERA** **DIOCLETIANI.** Ab hoc anno orditur Diocletiani eram, quam longo 285
 tempore Ethnici & Christiani vsurparunt: cuius sententia nostra has habemus rationes.
 I. Beda annum Christi 532. quo Dionysius paschales circulos scripsit, copulat cum
 248. Diocletiani: additis 248. ad 284. prodeunt 532.
 II. Eusebius annum Antiochenum 351. accommodat ad 19. Diocletiani: ergo primus
 Diocletiani erit Antiochenus 333. demptis 48. (tot enim annis era Antiochena anteces-
 sit natalem Christi) primus Diocle: erit 285. Christi.
 III. Ambrosius epist. 83. lib. 10. lunam 14. ponit 14. die Pharmuthi mensis, 5. Id. April.
 die Dominico: anno Diocletiani 93. id est, Christi 377. Pascha verò à Christianis die
 Dominico celebratum esse 21. Pharmuthi: 16. (non 15.) Cal. Maij: quod docent Dio-
 nysij tabula apud Bedam: ad quas etiam exactè quadrant annotationes Ambrosij de
 festo Paschatis anno Diocletiani 76 & 89. id est, Christi 360. & 373.
 IIII. Epiphanius in Ancorato copulat 90. Diocletiani cum Valentiniani Imp. anno de-
 cimo. Gratiani sexto, Coss. Gratiano III. & Equitio: Indictione secunda. Hic est
 annus Christi 374. in quem incurrunt, indictio secunda, consulatus Gratiani tertius, &
 Valentiniani decimus exactus.
 V. Euagrius lib. 3. cap. 29. scribit Zenonem Imp. mortuum anno Diocletiani 207.
 id est, Christi 491: Et Anastasium, Zenonis successorem, obiisse anno Antiocheno 566:
 id est,

id est, Christi 518. cum imperasset annos 27. mens. 3. dies. 3. Quos si addas ad 491. Christi, recidet obitus Anastasij in 518, Christi & in Antioch. 566.

VI. Socrates lib. 1. cap. 2. principium imperij Constantini Magni connectit Olympiadi 271. inuenti: is est Eusebio annus quartus persecutionis Christianorum, orta primum anno 19. Diocletiani. Digestis annis secundum Olympiadas, primus Diocletiani erit annus 4. Olymp. 265. id est, Christi 285.

VII. Hermannus Contractus eo anno, quo Numerianus & Carinus interierunt, hac verba habet: Huc vsq. inquit, ab incarnatione Domini supputantur secundum Dionysium anni 284. Idem annum sequentē. (285.) facit Diocletiani primum, & addit, Græcos inde paschales circulos decem nouales incoasse. His igitur adducti rationibus erant Diocletiani ad annum Christi 285. adfiximus. Et si enim Diocletianus anno 284. imperium adijt Carino superstite: Tamen erant inde incoatam esse nemo, quod sciam, habentis adfirmare ausus est. An vero initium supputationis annorum Diocletiani referendum sit ad Calendas Ianuarias, in quas semetipsum secundum Consulem Diocletianus designauerat, & quo die Romani annum suum auspiciabantur dyudicationi ac determinationi aliorum relinquimus. Consentaneum est vsitatam Romani anni consuetudinem obseruatam esse à Diocletiano, qui etiam Aegyptijs à se victis eandem anni Rom. rationem obrufisse scribitur.

Olymp. 266.

MAXIMIANVS, dictus Herculius, homo truculentus ac saeuus, & Christianorum carnifex, à Diocletiano appellatur Augustus & in regni consortium adsumitur. Euseb.

Ad hoc tempus quidam referunt Martyrium S. Mauricij, qui fuit dux legionis Thebana: quæ cum Christiana esset, & ab idolorum cultu atq. sacrificijs abhorreret ac abstineret, iussu Maximiani, primum decimata, postea vna cum suo duce Mauricio tota concisa est. Frising. lib. 3. cap. 45.

Hoc anno Mundi completur octauus Cyclus Magnus annorum 532: quia octies 532. sunt 4256: estq. à morte Romuli annus 1000.

4261 **Constantius Chlorus & Galerius Maximianus** creantur Cæsares. Constantius imperauit an. 15. Galerius 21. Onuph.

4264 Olymp. 268.

Alexandria Aegypti, quæ à Romanis defecerat, capta est à Diocletiano, mense octauo obsidionis. Crudeliter sauitim est incitues: vrbs direpta & muri diruti: multi per totam Aegyptum exilijs ac proscriptionibus adstricti: antores defectiois ac perduellionis capitali supplicio adfecti. Euseb. à victoria Actiaca Augusti an. 324. à captiuitate Babylonica Iudeorum, 900.

4270 Hoc seculo vixerunt historiographi, Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Flauius Vopiscus, & Trebellius Pollio.

4272 Olymp. 270.

Hic finiuntur septem priores libri historix Ecclesiasticæ Eusebii, quibus, vt ipse ait, complexus est res ante ipsius sermē sæculum gestas. Deinceps tribus libris posterioribus, octauo, nono, ac decimo exposnit res sua ætate gestas, spacio annorum 22, vsq. ad Synodi Nicenæ tempus.

DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS Romæ splendidissimum egerunt triumphum, antecedentibus currum eorum Narsei, Regis Persarum, coniuge, sororibus, & liberis. Euseb.

4273 **DECIMA** persecutio aduersus Christianos à Diocletiano concitata quæ fuit superioribus omnibus & diuturnior, utpote decennialis, & crudelior atq. immanior.

Nam vt refert Eusebius, anno 19 Diocletiani, Antiochenorum anno 351, mense Martio, instante dominicæ passionis festo, passim publicata sunt Imp. edicta, quibus præcipiebatur, vt templa atq. oratoria Christianorum euerterentur, soloq. æquarentur: libri Bibliorum sacrorum cremarentur: & qui magistratus, officij, aut dignitatis alicuius honorem fuissent adepti, de gradu turpiter deponerentur pri-

286

291

294

300

302

303

tur & priuati verò, si in professione Christianæ religionis perstarent, libertate priuarentur. Non multò post alio edicto mandatum est, vt Ecclesiarum præsidēs atq; ministri in vincula traderentur, & omnibus machinis tormentisq; adhibitis ad sacrificandum idolis adigerentur. Cateruatim igitur Episcopi ad idolorum templa, eorumq; sacrificia, raptati & verberibus grauius cæsi, præclara pietatis, constantiæ, fidei ac tolerantia Christianæ exempla atq; spectacula omnium oculis subiecerunt: Rursus etiam plurimi præ formidine animis perculsi & attoniti, ad primum impetum in ipsos factum, profus succubuerunt.

Nicomediæ verò, cuius quidam nobilis, cum audisset edictum contra Ecclesias publicè esse proposita, literas Imperatorum in aperto & publico loco adfixas, tanquam impias, manu auellens frustulatim discerpit: ideoq; ad duos Imperatores qui tum in vrbe illa aderant, deductus, primus omnium martyrii corona eximie nobilitatus est cum cruciatus vniuersos tum constanti & virili animo, tum pacato & tranquillo superasset. *Euseb.* Postremò edicta Imp. de tollendis Christianis ita exasperata sunt, vt vno mense ferantur occisa 17000 Martyrum, exceptis exulibus. Ex eo igitur tempore sancti homines, quotquot à simulacrorum cultu seremouebant, ceperunt in exilium pelli, bonis mulctari, membris ignominiosè mutilari, exquisitissimis tormentis subijci, ad necem vsq; excarnificari, ferarum laniatibus obijci, & nullo non mortis ac suppliciorum genere adfici: Vnde apud Eusebium & alios tot extant Catalogi Martyrum, quorum illo tempore numerus iniri non potuit, & cuius rei atrocitas omnem scriptorum eloquentiam superauit. Qua de re ita loquitur Sulpitius:

Hac tempestate, inquit, omnis ferè sacro Martyrum cruore orbis infectus est: quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur, multoq; audius tum Martyria gloriosis mortibus quærebantur, quam nunc Episcopatus prauis ambitionibus appetuntur: Nullus vnquam bellus mundus magis exhaustus est: neq; maiore vnquam triumpho vicimus, quam cum decem annorum stragibus vinci non potuimus.

Distat hæc Christianorum clades ac laniena à persecutione Iudæorum sub Antiocho Epiphane annis 470: à morte CHRISTI 270.

Anno secundo persecutionis Diocletianus & Maximianus Nicomedia purpuram & imperium deposuerunt, & Reipub. tuende stationem Constantio & Galerio mandarunt, qui antea Cæsares, nunc Augusti adpellati sunt. Hi duo Romanum orbem inter se diuisere. Constantius, Constantini Magni pater, imperauit an. 2. Galerius 7.

Quibus autem de causis Diocletianus imperium deposuerit, alij aliud sentiunt. Sunt qui id factum scribant, quodam mentis stupore & consternatione quod Christi nomen se deleturum, vti cupiuerat, desperasset, postquam singularem Christianorum in morte constantiam perspexisset.

Maximianus & Galerius Diocletianum ad recipiendum imperium postea cohortati sunt: sed ille respondit: *Vtinam Salona (ibi tum degebat Diocletianus) possitis visere olera nostris manibus consita, profecto nunquam id tentandum iudicaretis. Victor. Vopiscus in Aureliani vita refert, Diocletianum iam priuatum, dixisse: Nihil est difficilius quam bene imperare. Nam quatuor vel quinque viri se colligunt, atq; vnum consilium capiunt ad Imperatorem decipiendum, dicunt quid probandum sit: Imperator qui domi clausus est, vera non nouit: cogitur hoc tantum scire quod illi loquuntur: facit iudices quos fieri non oportebat: amouet à Reipub. quos retinere debebat. Quid multa? Bonus, cautus, & optimus venditur Imperator. Hæc ille.*

Post hanc imperij abdicationem, Diocletianus vixit annis ferè 9: Maximianus vero quadriennio post iussu Constantini strangulatus est.

GALERIUS ceptam Christianorum persecutionem in omnibus suis prouincijs crudeliter exercere perrexit, quod Prudentij

hymnus 10 de Romano Antiocheno docet: Constantius autem Christianos, qui sub ipso vitam debebant, egregie tutatus est, eosque à damno & contumelia immunes conseruauit, cuius postea pietatis æmulus ac hæres filius eius Constantinus fuit. *Eutropius de Constantio ait, fuisse eum virum egregium, qui magis studuerit augendis, cumulatè disq. priuatorum ac prouincialium opibus quàm fisci commodis: eumq. dicere solitum: Melius publicas opes à priuatis teneri, quàm intra vnum claustrum conseruari & custodiri.*

De hoc quoq. illud narrat Eusebius, Diocletianum ei per legatos paupertatem exprobrasse, ipsumq. Constantium confestim conuocasse locupletiores ditioris sue ciues, quibus inopia sua causam exposuerit, quod maluisset subditorum beneuolentiam, benignitate sua collectam & conciliatam, quàm eorum thesauros, imperio seuiore extortos, possidere: Nunc vero sibi opus esse ipsorum studio, gratitudine, opibus & fide. Hic illi, sine cunctatione, lætis animis, hilariq. vultu, ærarium eius auro & argento totum compleuerant, & amore erga Imp. clementissimum mirifice, magnosq. ardore inter se certauerant.

Constantius itaq. cum Legatis opes suas ostendisset, Diocletiano renunciari iussit, quid vidissent, & qua ratione tantus thesaurus, tamq. subito collectus esset: subindicans principis ærarium tutissimum esse subditorum animos beneuolos, & Regi nunquam defuturos populi sui thesauros, modo ei studium, amor, & fides illorum non desit. Imperator autem benignissimus post legatorum discessum pecunias allatas ciuibus suis restituit, ob equio eorum multis verbis humanissime collaudato.

Ille ipse Constantius exploraturus aulicorum suorum in fide Christiana constantiam, simulauit, se illis facere potestatem idolis impunè sacrificandi, idq. ni faciant, aula sua ipsos exulatuos. Cum verò multi inter illos metu amittendæ dignitatis & honorum, DEVM positius deserturi, quàm imperatorè offensuri deprehenderentur, Constantius patefacto commento, quod celauerat, illos DEI desertores grauitè obiurgatos, tanquam seruitio suo indignos, aula excedere iussit, addens hanc vocem: *Quomodo fidem Imperatori præstabant inuiolatam, qui DEO sunt perfidi?* Cæteros quorum constantia in fide Christiana perspexerat, honoribus, præmijs, ac beneficijs collatis sibi deuinxit, dictitans, se eos pluris æstimare, quàm æraria thesauris ingentibus referta. Euseb.

4276 Olymp. 271. V. C. 1057.

CONSTANTIVS Imperator moritur Eboracè in Britannia: 25. Julij: ætatis 56. anno primo Olymp. 271. Socra. Niceph.

CONSTANTINI MAGNI Imperium.

CONSTANTINVS MAGNVS (ætat. 35.) salutatur Augustus 25 Jul. imperauit an: 30. mens. 10. Euseb. Hic est annus 350. à Iuliana emendatione anni: à nato Alexandro Magno 660: eius regno 640. eius Monarchia 635: à captiuitate Babylonica & desolato templo Salomonis 910. Hoc anno Romanum imperium inter quatuor principes diuisum est: quorum vnus Constantinus Christianis fuit, eosq. fouit: tres reliqui, Galerius, Maximinus, & Maxentius, eos persecuti sunt.

Galerius, præter Seuerum, designauit Casarem sororis sue filium Maximinum, acerrimum Christianorum persecutorem. Constantius moriturus sibi surrogauit filium Constantinum. Roma verò Maxentius, Maximiani Herculi filius, tumultu militari Augustus appellatus, inuasit imperium circa 7. Cal. Octob. & imperauit sexennio, nullu impietatis, intemperantiæ, atq. impudentiæ facinus præmittens. Hic vt populi fauorem obtineret, in ingressu imperij simulauit se Christianam religionem amplecti, ideoq. persecutionem aduersus Christiana-

Christianos inhibuit. Verum postea alium se prestitit. Euseb.
SOCRATES historicus ab hoc anno exorditur historiam suam Ecclesiasticam, annorum 134: quæ extenditur in annum Christi. 439.

1277 **PAMPHILVS**, Eusebii necessarius & amicus coniunctissimus, martyrii corona donatur anno quinto persecutionis. Euseb. 307

278 *Maximianus Herculeus, cum imperium quod inuitus deposuerat, recipere conatus esset, eamq; ob causam Constantino, genero suo, insidias struxisset, Fausta Maximiani filia, & Constantini coniunx, dolum detexit, & maritum aduersus parentis iniurias tutata est. Constantinus igitur Maximianum captum Massilia strangulari iussit. Huius Tyranni asperitatem tum Christiani experti, tum ethnici detestati & execrati fuerant. Euseb.* 308

1279 **S. QVIRINVS** Episcopus, manuali mola ad collum ligata, è ponte præcipitatus in flumen, diutissimè super natauit, & cum spectatoribus collocutus, ne suo supplicio à religione Christiana detererentur, orauit **DEVM** vt mergeretur, idq; vix obtinuit. Euseb. De hoc vide pulcherrimum Prudentii hymnum, cuius initium est: Insignem meritis virum, &c. 309

1280 Post octauum annum persecutio non nihil remittere cepit. Euseb. 310

1281 **LICINIUS** à Galerio appellatur Augustus: qui cum Constantino imperauit annis ferme 14. Victor. Hoc anno Galerium Imp. foedissimus inuasit morbus, orto circa genitalia ulcere, quod vermibus scatere cepit. Agnoscens itaq; Galerius manum **DEI**, ob iniustas Christianorum neces ipsum punientis, edictum diuulgauit, vt Christianis parceretur, & templa atq; oratoria redderentur, simul petens, vt pro Imperatoris salute preces & vota facerent. Paulò post morbo illo consumptus periit. Formula edicti extat apud Euseb. lib. 8. cap. vlt. 311

Deinceps hi quatuor tenuerunt Rempub. Constantinus, Maxentius, Licinius, & Maximinus. Eutrop. Victor.

1282 **PETRVS** Alexandria Episcopus capite amputato, factus Martyr anno 9 persecutionis. Euseb. 312

Cum Maxentius Romanos imperio tyrannico duriter premeret, vxores ciuium raperet, multosq; iniuste interimeret, Constantinus de tyranno tollendo cogitans, animo secum expendit: Quem nam sibi **DEVM** ad eam pugnam auxiliatorem deligeret ac inuocaret. In hac deliberatione & cura versanti, contigit ostentum admirabile, quod ipse postea, addito iureiurando, alijs recitare consueuerat. Etenim die quadam post meridiem, declinante iam Sole, vidit columnam lucidam crucis specie in cælo fulgentem, cum hac inscriptione: **IN HOC VINCE**. Per somnum etiam **CHRISTVS** ei apparens iussit, vt crucis signo pro vexillo in prælijs vteretur: Quod cum Constantinus fieri ita curasset, inito cum hoste conflictu, copias illius aliquot prælijs fudit: ipso etiam Maxentio Romæ apud pontem Miluium in flumine submerso, præclaram obtinuit victoriam, & Italia omni atq; Africa potitus est anno imperii sui septimo. Hac victoria in vrbe nunciata, ac præsertim Maxentii capite, quod hasta suffixum erat, vt habet Zosimus, allato & circumgestato, tota vrbs lætissimis populi vocibus atq; clamoribus repleta fuit. Senatores ex vinculis educti & ad Constantinum vrbe egressi, liberatori suo humi strati egerunt gratias, eiusq; patrocinio tum se, tum urbem commendarunt. Constantinus victor urbem ingrediens mirifico totius populi applausu exceptus est: Atq; vt tam admirandæ victoriæ gloriam, non in se sed in **CHRISTVM** autorem referret, trophæi loco

erigi in media vrbe iussit statuam suam, quæ manu dextra crucis
CHRISTI signum teneret, eiusq; salutarē virtutem omnibus ostens-
taret ac promulgaret, addita insuper hac inscriptione: *Hoc salutaris si-
gno, vero fortitudinis indicio, civitatem iugo servitutis liberaui, & Senatum populumq;
Romanum in libertatem vindicaui, ac pristinae dignitati, splendoriq; restitui. Senatus
etiam arcum ei, qui adhuc visitur, cum hoc elogio dedicavit: Imp. Casari Fl. Con-
stantino S. P. Q. Romanus, quod instinctu divinitatis, mentis magnitudine, exercitu suo,
tam de tyranno, quam de omni eius factione vno tempore iussu Rempub. virtus est armis,
Arcum triumphis insignem dicitur, liberatori vrbis, fundatori quietis. Euseb. Socrat.
Sozom. & alij. Populis omnibus ad Romanum imperium pertinens
tibus libertatem permisit, quam quisq; vellet religionem sequendi
& colendi: Christianis etiam templa & conuentus habere concessit:
& Ecclesijs DEI subsidia opulenta suppeditavit, oratoria erexit, &c.
Sigon.*

Ab hac victoria omnium clarissima, quæ incidit in 24 Septemb. &
qua demum finitis totius decennij persecutionibus, optatissima pax
& quies Ecclesijs est reddita, numeratas esse à veteribus INDICTIO-
NES ex fastis Græcis demonstrat Onuphrius. Complectitur autem
Indictio spacium 15 annorum: sed horū initium à die 24 Septemb.
sumendum est.

De Roma ad CHRISTVM hoc anno conuersa legant studiosi Præ-
dentium lib. I. aduersus Symmachum: à versu qui incipit: Cum
princeps gemini bis victor cæde tyranni, &c.

Estq; hic annus ab V. C. 1063.

4283

MAXIMINVS Orientis tyrannus, & Christianorum hostis insensissimus, in
apparatu belli aduersus Licinium, Tarsi, acerbissimis corporis cruciatibus re-
pente correptus, & atroci liquecentium membrorum ardore consumptus eo
propemodum morbi mortisq; genere, quo Galerius, periit, cum quadriennio
Casar, triennio Augustus imperasset. Victor. Euseb.

MAXIMINO e viuis sublato Christianis templa & oratoria pas-
sim vel restituta vel instaurata vel ex fundamentis noua erecta sunt.
Eusebius lib. 10. cap. 3. Encænna siue consecrationes Oratoriorum
à Christianis ingenti lætitia celebratas, eleganter describit his verbis:
Celebre spectaculum, inquit, & nobis omnibus optabile ac desideratum ante oculos propo-
nebatur, dedicationū scilicet festiuitates per vrbes singulas, templorum nuper exedifica-
torū consecrationes, frequentes Episcoporum in vnum conuentus, peregrinorum longe ab ex-
teris regionibus accedentiū concursus, mutua populi in populum beneuolentia, propterea
quod membra corporis Christi in vnā quasi harmonia & concentus conspiratione coibant:
Vna erat sacri spiritus virtus & potentia, qua per vniuersa Ecclesia membra permeauit:
Vna omnium mens & sententia: vna & consentiens ex omnium ore laus diuinitatis: ac-
curata sacrorum mysteriorum administratio: decori Ecclesia ritus, Psalmorum cantu &
hymnorum diuinitus nobis traditorum recitationibus celebrati. Cuiusq; item atatis ge-
nus, cuiusq; sexus multitudo, ut maris & femina, totis cogitationis viribus, læta mente, iu-
laci animo per preces & gratiarum actiones, DEVM omnium bonorum autorem vene-
rati sunt. Singuli etiam Ecclesiarum præfides, singulas orationes panegyricas habue-
runt, & ut cuiq; dicendi vis & facultas suppetebat, sic quisq; eam celebritatem prædi-
cauit.

Distat hæc Ecclesiæ DEI publica lætitia à tempore conditi templi Sa-
lomonis, annis 1350: id est: 27 Iubilæis: à morte CHRISTI 280:
id est, quater 70. ab exitu Israelitarum ex Ægypto 1830:

Eodem anno Diocletianus cum à Constantino & Licinio minaces accepisset lites-
ras, & obiurgatus esset, quod Maxentio & Maximino fauisset, metuens ne-
cem ignominiosam, epoto veneno, mortem sibi conscivit ætat. 68. (alij 73)
cum post imperij abdicationem annis propè nouem priuatus vixisset quod tras-
dit Aurclius Victor. Mortuus est igitur ut homo, qui se pro Deo coli & ado-
rari patiebatur. Frequens & peculiaris hic est magnorum principum morbus,
ut se putent esse quiddam homine maius, & propemodum pro numinibus
se gerant,

segerant, donec humana omnia passi, homines se esse dolendo intelligant.

OROSIVS hæc tempora considerans, confert inter se Pharaonem, & Diocletianum, cæterosq; Christianorum persecutores in hunc modum: Furorem Pharaonis aduersus Israelitas fuisse & ipsi & Ægyptiorum primogenitis exitio: & Diocletianum eiusq; collegas non Ecclesiam **CHRISTI** extirpasse: sed se, suaq; idola Ethnica perdidisse, ita vt Christiani, exemplo Israelitarum, mirabili modo seruari, nunquam ad Idolorum cultum redierint, sicut nec populus Israel ad seruitutem Ægyptiacam retractus est. Deinde sicut Ægyptiorum preciosa vasa Ebræis sint tradita: ita præcipua Ethnicorum templa in Ecclesias Christianorum cecidisse.

LACTANTIUS FIRMIANVS, Præceptor **CRISPI** **CÆSARIS**, filij Constantini, floruit: vir disertissimus, sed adeo pauper, vt plerumq; etiam rebus necessarijs indiguerit. Huius Lactantij Præceptor fuit Arnobius Rhetor, qui cum aduersus Christianos quædam scripsisset, respuit, & ad **CHRISTVM** conuersus est. Eusebius.

Anno 14 imperij Constantini Licinius Imp. pactorum oblitus, persecutionem in Christianos molitus est: Quem per literas officij monens Constantinus, vt à malitia desisteret, non persuasit. Cedren.

ALEXANDER, qui Arium eiecit, ordinatur Episcopus Ecclesie Alexandrinæ. Eusebius. Huius locum appetiuerat Arius Presbyter, qui cum cerneret Alexandrum sibi præferri, impatientia repulsæ & æmulatione inflammatus hæresin suam ab orco reuocatum propagare cepit.

LICINIUS à Constantino tribus prælijs victus imperio se abdicauit, & salute per uxorem Constantiam, Constantini sororem, impetrata, Thessalonica priuatus vixit: & aliquantò post circa sequentis anni initium iussu Constantini, aduersus quem res nouas moliebatur, iugulatus est. Eutrop. Victor. &c.

Extinctis igitur sex hostib. Christianorum, Diocletiano, Maximiano, Galerio, Maxentio, Maximino, & Licinio, **SOLVS CONSTANTINVS** rerum summa potitus (à Iulij Cæsaris Monarchia anno 370) ad religionem Christianam instaurandã, stabiliendam & amplificandã, omnem curam, studia ac laborem contulit: ideoq; pio Imperatori diuina benedictione id accidit, quod paucis contigisse didicimus: nempe, vt tres filios suos Cæsares videret, **DEO** clementiam atq; beneficentiam eius in Christianos hoc modo remunerante. Verũ vt Constantini labore & cura rebus Christianorũ optatissima pax allata est: ita Satanæ insidijs & malitia pax illa aurea bello intestino inter Christianos orto vel turbata vel commutata est, cum in locum persecutorum externorum hæretici succederent, & vt veteres locuti sunt, persecutionem violentam & cruentam fraudulenta exciperet: atq; adeo sacrosanctum Ecclesie corpus, non ab hostibus sed à suis membris: non à Diocletiani sæuitia sed ab Arij rabie, vulnera tristissima acciperet.

Hic desinunt decem libri Ecclesiasticæ historię Eusebii, Chronographi diligentiss. & doctissimi: qui à natali **CHRISTI** exorsus, narrationes suas continuata temporum serie huc vsq; deduxit, comprehendens an. 324. Reliquarum autem Constantini rerum expositio petatur ex quatuor libris Eusebii, de vita Constantini conscriptis.

Incipiunt historię scriptorum Ecclesiasticorum.

THEODORETI & SOZOMENI: & Historia tripartita, quam Cassiodorus ex tribus autoribus, Socrate, Theodoro, & Sozomeno contexuisset, inq̄ vnum corpus composuisse dicitur. **325**
SYNODVS NICENA, Oecumenica prima, 318 Episcoporum, die 20 Maij congregatur aduersus Arium, negantem aeternam Domini nostri IESV CHRISTI diuinitatem: in qua & **SYMBOLV M NICENVM** est conditum: Paulino & Iuliano Coss. anno 20 Constantini paulò post ineunte: Nam peracta Synodo celebrata sunt vicennalia imperij eius: & sequenti anno Romæ, anno 20 imperij exeunte, Euseb. Socra. Sozom.

In C. d. lib. 1. tit. 2. extat constitutio Constantini data 10. Cal. Iun. Nicæ, his Coss. Et Niceph. rectè huic Synodo adscribit Indictionem 13. Huic etiã Synodo in vulgatis codicibus adscriptus est cuiusdam æræ numerus 363: à quo si subtrahas 38: profiliet annus nati CHRISTI 325. Nam æram illam in Conciliorum inscriptionibus vsitatissimam, ab anno 38 ante natum CHRISTVM (id est, ab anno Mundi 3933 inclusiue) incoandam esse, multis exemplis alibi docebimus.

Quod autem Socrates à morte Alexandri anno 636 hanc Synodum conuocatam scribit, sciendum est eum hic supputare annos Græcorum, quos orditur cum Eusebio non ab ipsa morte Alexandri, sed à 12 anno post eius excessum: Nobis annus M. 3660 est ab Alexandri obitu duodecimus: à quo (incluso) si ordiãre supputationem congruent numeri. Verum nos Græcorum annos supputamus non ab anno mortis Alexandri duodecimo, sed decimo tertio prope completo: ideo nobis biennium decessit & pro 636 prodeunt 634

3659	3661	3932
636	634	363
4295	4295	4295

Interfuerunt huic Synodo multi ex omnibus partibus orbis terrarum viri docti, sancti & superiore persecutione aliqua corporis parte mutilati ac debilitati: inter quos eminebant, Eustathius Episcopus Antiochenus, Alexander Alexandrinus, Macarius Hierosolymitanus, Paphnutius Ægyptius, Osius Hispanus Cordubensis & alij. Historia Synodi petatur ex Eusebio, Socrate & reliquis scriptoribus. Harum enim tabellarum angustia tantam rerum amplitudinem ac varietatem non capit. Annum saltem exactè annotare voluimus: Nam & de illo mirè variant scriptorum sententia.

INTERVALLA PRIORVM SEX SYNODORVM Oecumenicarum.

- A Synodo Nicena ad Constantinopolitanam, anni 56.
- A Constantinopolitana ad Ephesiam, 50.
- Ab Ephesina ad Chalcedonensem, 20.
- A Chalcedonensi ad Constantinopol. secundam, 100.
- A Constantinop. II. ad Constantinop. III. 129.

325	381	431	451	551
56	50	20	100	129
381	431	451	551	680

Hoc anno Constantinus filium suum Constantium declarauit Cæsarem, ipse vicennalibus Nicomediae celebratis. Sigon.

ALEXANDER, Episcopus Alexandriae Aegypti, vita excessit mense quinto post Nicenam Synodum exacto, ut annotat Theodoretus. Is successorem sibi designauit collegam suum **ATHANASII** presbyterum, absentem. Hic est magnus ille Athanasius, egregius in Ecclesiam DEI meritis clarissimus, cuius symbolum Ecclesia CHRISTI hodie magna ueneratione amplectitur ac proficitur. Hic Episcopatum Ecclesiae Alexandrinae tenuit annis 46. Sed hos consumpsit inter varia certamina & pericula pro ueritate suscepta, cum sese Arianis uelut murum pro Synodi Nicenae defensione fortiter opponeret. Dissentiunt Chronographi de initio annorum 46: de quibus consulat Lector Socratem & alios.

Hoc uel sequenti anno Constantinus Imp. Crispum Caesarem, filium suum, ex Mimeriua concubina susceptum, interfici iussit instigante nouerca Fausta, Constantini coniuge. Victor. Euseb. Sozom. Cedren. Olymp. 276. V. C. 1077.

Hic desinit Chronologia Eusebii, quae a natali Abrahamae huc usque continet (nostra supputatione) annos 2347: estque a prima Olympiade hic annus 1100. Apud Euseb. anni CHRISTI paulo aliter quam a nobis digesti sunt. Nam qui nobis est 326 CHRISTI, illi est 329: id quo errore factum sit, facile demonstrari ex tabulis Eusebianis potest, ubi anni nunc omis, nunc transpositi aut non recte inter se comparati sunt: numeri etiam, librorum forte incuria aut insecutia ita corrupti ac deprauati, ut etiam annos CHRISTI 310 & 311 transilierint: ne de infinitis prope mendis alijs dicamus.

Deinceps D. Hieronymus continuauit Eusebianam Chronologiam, complexus ea appendice annos 52: usque ad annum Christi 378: qui tamen ipsi est 381: idque ob Eusebianum illum, de quo diximus, errorem.

HELENA Constantini mater, diuinis monita uisionibus crucem Domini nostri IESU CHRISTI una cum clauis ac titulo crucis, Hierosolymis reperit: sepulchrum quoque Domini, quod imperii Christianorum odio, sordium ac pulueris aggeribus oppleuerant atque obtexerant, Venerisque templo ibidem extructo profanauerant, repurgari ac instaurari curauit. Euseb. lib. 3. de uita Constan. & alij. Ecclesia festum inuentae crucis celebrat 3. Maij.

CONSTANTINVS Romam de Licinio tyranno triumphans inuuit: ibique Vicennalia, ut antea Nicomediae, celebrauit. Quae dum aguntur nuntius de sepulchro & cruce CHRISTI inuenta accessit, qui & ipsum & Pontificem Syluestrum & uniuersum piorum populum ingenti laetitia extulit. Constantinus itaque Hierosolymis templum splendidissimum extrui iussit: qua de re apud Euseb. extant Imperatoris litterae ad Macarium eius urbis Episcopum. Dum templum hoc ad Caluariae conditur, Helena honesto filij exemplo atque imitatione per mora, duo alia fana, filio pecuniam subministrante, extruere adorta est: unum in Bethlehem, alterum in monte oliuarum, ut non solum mortis, sed etiam natiuitatis & ascensionis dominicae loca monumentis ad accendendam religionem illultribus insignirentur. Sigon.

HELENA Romam reuersa crucis dominicae portionem & titulum, Basilicae in Palatio Sessoriano a se condita, intulit. Constantinus ex tribus clauis uno galeam, altero frenum equi ornauit. Sigon.

HELENA cum audisset, Crispum Caesarem, instigatione Faustae nouercae, occisum esse, obiurgato ob eam rem filio Constantino, effecit, ut Fausta balneo ardentis inclusa, nimio aestu necaretur. Victor. Hierony:
Circum hunc annum obiit Helena Augusta, testamento praesente filio ac nepotibus condito, 20. Iulij: aetatis 80. Euseb. lib. 3. de uita Constan.

4300 **I V B I L Æ V S** Mundi 86. *Mosis 36. Predicationis* 330

CHRISTI. 6.

Olympias 277. V. C. 1085.

Antiqua & nobilis urbs Thracie, Byzantium, à Constantino instauratur, dilatur, muris cingitur, & edificijs exornatur.

Iuuenius Hispanus, qui Euangelia heroicis versibus explicauit, hoc tempore claruit. Hieronym.

4301 **Constantinopolis**, à conditore Constantino denominata, die undecimo Maij solennibus Ceremonijs dedicata est, vt esset orientalis imperij seces, ideoq; noua Roma dicta. Alij hanc urbis consecrationem ad annum superiorem, alij ad sequentem referunt. Nos, præter Hieronymum, sequimur Marcellinum Comitem, cui annus Christi 527 est à condita Constantinopoli 197: unde elicitur hunc esse primum urbis illius annum. Hinc ad captam à Turcis Constantinopolim 1122. Estq; hic Roma condita annus 1082. 331

4302 **Edicto** Constantini gentilium templa subuersa sunt. Hierony. Est 332

4305 **Martyrion**, siue templum Hierosolymis à Constantino conditū, consecratur. Eodem anno Tyri fuit Synodus Episcoporum (alij anno sequenti ponunt) Socra. cap. 28. 33. Theod. 1. cap. 31. Euf. l. 4. 335

4306 **Plurimum** variant autorum adnotationes de anno interitus Arii: Sed Socrates lib. 1. cap. 37. & 39. non obscure indicat, interitum Arii antecessisse Constantini excessum vnus anni spacio. Sic etiam Sozomenus lib. 2. cap. 29. Sed vt vt annum non exacte definiamus: tamen historiam recitabimus. Cum Arius Constantinopoli in Ecclesie communionem recipendus esset, Alexander eius urbis Episcopus, tota nocte in templo prostratus orauit DEVM, vt Ecclesiam præsentis periculo liberaret, & de Ario blasphemiarum penas reposceret. Postridie Arius magna suorum caterua in templū deductus, inter eundem corripitur horribilibus ventris torminibus, laxataq; aluo petit latrinam, in qua sedens vnà cum excrementis effudit iecur, intestina, impuramq; animam, fortitus fœdum, suaq; impietate dignum exitum. 336

4307 **Constantius Athanasium Treuiris exulare iussit.** Socrat. Theod. **CONSTANTINVS MAGNVS**, Imperator victoriosissimus & in opprimendis tyrannis felicissimus, accepto paulo ante sacro baptismate, Nicomedie inter pijs preces expirauit, festo Pentecostes, 22. Maij. etatis 64. (alij 65): imperij 31. Sepultus Constantinopoli in templo à se condito & B. Apostolorum memoria consecrato. Euseb. in vita eius. Socra. &c. **Obitus eius Cometa ortu denunciatus est.** Eutrop. 337

FILIORVM CONSTANTINI

Imperium.

CONSTANTINVS successores reliquit tres filios atq; vnum fratris filium Dalmatum: qui tamen non multo post oppressus est factione militari & Constantio patruale suo potius sinente quam iubente. Constantinus imperauit an. 3. Constantius 25. incoatis (24 plenis): Constans 13. 338

4308 **ATHANASIVS** ab exilio Treuirensi redit Alexandriam post annos 2 mens. 4. Theod. 339

4309 **Per hæc tempora mortuus est Eusebius Pamphili**, Cæsareæ Palestinæ Episcopus, & Chronographorum Ecclesiasticorum facile princeps: cuius indefesso studio, incredibili diligentia, & vix satis æstimandis laboribus posteritati consecrata est bona historia Ecclesiastica pars, qua hodie fruimur. Vide Socrat. 2. Sozom. 3. **Ex hoc tempore Constantius Imp. in Synodi Nicenæ decretis tuendis** 339

dis parum constans, Orthodoxos Episcopos in exilium pellere & Arianos fouere cœpit.

CONSTANTINVS IVNIOR bellum fratri Constanti inferens, prope Aquileiam occisus: & Respub. ad duos Augustos redacta est. Eutro. Hiero.

ATHANASIVS, post Synodum Antiochenam, iterum Ariatorum artibus exactus, Romam ad Iulium Rom. Pontif. profugit. Ariani enim aduersus quos de fide disceptare non poterant, eos subornatis accusatoribus, fictisque criminibus appetebant, inter quos præcipue aggressi sunt Athanasium acerrimum concilij Niceni vindicem. Sulp. Socrat. &c.

S. NICOLA VS Myræ in Lycia Episcopus, ob beneficentiam in pauperes celebris, floret.

SYNODVS SARDICENSIS, par Nicenæ, celebratur, & decreta Nicena confirmantur: Athanasius & alij Episcopi extores, sedibus suis restituntur: Ariani damnantur. Socr. 2. Tripartit. &c. Hanc Synodum præcipue rexit & gubernauit Osius Episcopus Cordubensis.

Eclipsis Solis conspecta est: quæ ab alijs ad seq. annum refertur, Vide Gerhart. Merca.

Circa hoc tempus mortuus est Paulus, primus Eremita, centenario maior (alij 113). Sectari cæperat vitam solitariam natus annos 16. ergo Eremum incoluisset annis amplius 80. Huius vitam descripsit Hieronymus.

CONSTANTIVS à fratre Constante submonitus, Athanasium & alios exules, quos Sardicense decretum absoluerat, ad suas Ecclesias reuocat.

AVREL. PRUDENTIVS Poëta Christianus, nascitur, vt ipse scribit, Cos. Salia.

MAGNENTIVS, Constanti Imperatori perfidus & ingratus, arripit imperium: Constanti Cesar interficitur: atq. 30. estq. annus Romæ condite 1100. Compl.

Hac morte imperium Rom. ad vnum Constantium deuolutum est, & Ariani aperta ianua virus suum late spargendi & Orthodoxos adstelandi. Nam cum adulationibus Constantium, nimis credulum, sibi deuinxissent, perfecerunt, vt Athanasius exulans passim ad necem quæreretur. Ita postquam Christianis princip. diuino beneficio ad summum imperium accitis & euectis, res Ecclesiæ in melius verti debuissent, & Imp. Ethnici nostros persequi desissent, Satan per ipsos Christianos persecutus est Christianos, & Constantium Imp. peruerso zelo armatum incitauit, vt sub nomine pietatis, viris pijs persecutionem moueret. Vide Orof. Eutrop. Soc. Soz. Viet.

Bellum Constantij aduersus Magnentium oritur: quod antequam Constantius susciperet, Gallum consobrinum suum (filium fratris Constantini Magni) Cesarem fecit. Socra. Sozom. &c.

Synodus Sirmiensis à Constantio coacta tentauit inter Orthodoxos & Arianos conciliationem, proposita certa concordia formula, in qua vox quorundam omissa erat. Verum ea ex re maiores dissensiones natae sunt, cum vtraq. pars ambiguam fidei formulam pro se interpretaretur. Socrat. 2. Sozom. 4.

MAGNENTIVS aliquot prælijs à Constantio victus violentas sibi manus inferi 15. Augusti. Socra. lib. 2.

AMMIANI MARCELLINI monumenta, quæ supersunt, hinc initium sumunt, complectentia historiam annorum 26, vsq. ad Valentis Cesaris interitum.

340

341

343

347

348

350

351

353

4324 **GALLVS** *Cesar Constantij iussu occisus, cum an. 4. imperasset. Ammian.* 354
Socra. à morte Pompeij 400.

4325 **S. ANTONIVS EREMITA** obiit, ætat. 105. Hierony. 355
& Marian. anno 19 Constantij.

S. AVGVSTINVS circa hunc annum natus est, si 76 annis
vixit, & anno Christi 430 obiit.

LIBERIVS Roma. Pontifex à Constantio relegatur. Ammia.
Theod. Sozom.

HILARIVS Pictauiorum Episcopus & alij in exilium extrudun-
tur edictis imperatoris, quod Ariani certam sibi de Orthodoxis vi-
ctoriam pollicerentur, si præstantissimi quique viri à disputationi-
bus & certaminibus submouerentur. Cæterum exules omnium pio-
rum, studijs, opibus ac sumptibus adiuti, subleuati & sustentati sunt.
Interim Ariani Synodum Nicenam vnus literæ adiectione corrup-
perant pro *ὁμοούσιον* ponentes *ὁμοιούσιον*: id est, quod filius non esset
vnus cum patre substantiæ, sed similis substantiæ. Sulpit.

VLIANVS, Galli frater, à Constantio declaratur *Cesar*: 6. Nouemb.
Ammia.

4326 **S. MARTINVS** Sabariensis per hæc tempora militiam sub Iu-
liano deseruit, dicitans, se militaturum **DEO**. Dehinc Hilario Ep-
iscopo familiariter uti cæpit. Vitam eius descripsit Sulpitius.

CONSTANTIVS *Imp. Romam triumphans ingreditur & orbis maiesta-
tem ac nobilitatem admiratur. Derisus tamen cum triumphales arcus aureo
suo curru transgressus, more anseris ceruicem inclinaret, cum aliqui statura
esset pusilla. Hormisdæ Regi astans, interrogatus: Ecquid de Româ sentiret:
id sibi tantum placuisse aiebat, quod didicisset, ibi quoque homines mori. Am-
mia. Hic Constantius nunquam expulisse scribitur. Idem.*

Victorinus Rhetor, & Donatus Grammaticus, D. Hieronymi præ-
ceptor, Romæ clari habentur.

4329 **SYNODVS** Ariminensis, & Seleuciensis, congregantur. Le-
gatis Concilij Ariminensis tradidit Constantius fidei formulâ, vere-

bis fallentibus inuolutam, quæ Catholicam doctrinam, perfidia læ-
tente loqueretur. Nam *ὁμοίας* vocabulum tanquam ambiguum, &
temere à Patribus usurpatum, neque ex autoritate scripturæ profectum,
abolebat, ne vnus cum Patre substantiæ Filius crederetur. Eadem
formula obtrusa est sacerdotibus occidentalibus Arimini collectis,
& Orientalibus apud Seleuciam. His tam frequentibus Synodis &
Antisynodis nihil actum, nisi ut paucis in fide vera manentibus, alij
metu fracti, alij exemplis tracti, cum autoritate ex numero seu mul-
titudine sumpsissent, formulæ Arianiæ subscriberent. Addit Sulpi-
tius, quosdam cum conditione subscripsisse, affirmantibus Arianiis,
si quid minus plenè præsentis confessione editum videretur, nostri
adderent quæ addenda putarent: præbituros se, in his quæ essent ad-
iecta, consensum. Fauorabilis professio pronis omnium animis ex-
cepta, nec ultra nostri repugnare ausi, iam quoquo modo finem per-
turbatis rebus imponere cupientes. Ita neutra pars vicille se peris-
tus, aut victam putare poterat: quia fides ipsa pro Arianiis: adiecta
vero professiones pro nostris erant, &c. Sulpit.

4330 **HILARIVS** ubi animaduertit, occidentalibus deceptis, Orien-
tales per scelus vinci, libros aduersus Arianos à se scriptos tradidit
Constantio, qui eum ad Pictauios redire iussit. Quam miseranda ve-
rò fuerit hoc tempore Ecclesiæ facies, rerumque omnium perturbatio
ex his Hilarij verbis disci potest: *Post Nicenam Synodum, inquit, nihil aliud
quam fidem scribimus, dum in verbis pugna est, dum de nouitatibus questio est, dum de
ambiguis, dum de autoribus querela est: dum de studijs certamen est, dum in consensu dis-*
ficultas

facultas est: dumq; alter alteri anathema esse cepit, prope iam nemo est Christi. Proximi
anni fides quid immutationis habet? Primum decretum Homouision decernit taceri: se-
quens rursus Homouision decernit & pradicat: Tertium V siam simpliciter à patribus pra-
sumptam, per indulgentiam excusat: Quartum non excusat sed condemnat. Tandem eò
processum est, ut neq; penes nos, neq; penes quenquam ante nos, sanctum exinde aliquid
atq; inuiolabile perseveret. Annuas atq; menstruas de DEO fides decernimus, decre-
tu poenitemus, poenitentes defendimus, defensos anathemizamus, aut in nostris aliena, aut
in alienis nostra damnamus, & mordentes inuicem, iam absumpti sumus. Hilarius.

Eudoxius homo impius Constantinopolitanam basilicam S. Sophiæ
consecrauit, 25 Febru. Socra. 2.

Horrenda, *Eclipsis Solis* inspecta. *Ammia.* 20.

GRATIANVS Imp. nascitur. *Hierony.*

De huius anni Paschate vide *Ambros. lib. 10. Epist. 83.*

CONSTANTIVS Imp. dum Iuliano cum infesto exercitu occurrit, moritur
3 Nouemb. (*Eber. 5 Nouemb.*) atq; 45. Socr. 2. 3. *Ammia.* Nazian-
zenus scribit hunc Imp. in nouissima vitæ hora, tria mala, quæ sibi
acciderint, deplorasse: Generi (Galli) cædem: Apostatæ (Iuliani)
liberationem: & fidei (Nicenæ) innouationem.

361

IULIANVS Apostata, Constantini Magni gener & ex fratre
nepos, Imp. Roma. an. 1. mens. 8. Ruffin. Socr. *Ammia.* &c.

Hic initio Christianus fuit: sed ea fide repudiata factus est Ethnicus.

Vt tamen omnes ad sui amorem alliceret, Christianæ religioni initio
adhærere se finxit, à qua iam pridem occultè descinerat: & vt hæc cæ-

larentur, Epiphaniæ festo, templum Christianorum ingressus est,
solenniter numine inuocato. *Ammia.* Huius Iuliani profopogra-

phiam, mores, impietatem, apostasiam, versutum atq; fraudulentum
ingenium, ac mirificum in Christianis persequendis studium & va-

friciem præter Ecclesiasticos historicos, latissimè describunt Na-

zianzenus, Cyrillus & reliqui patres: Hic suæ persecutioni miscuit
persuasionem, teste Nazianzeno, ideoq; fuit superioribus nocen-

tior & perniciosior: & vt idolorum cultus susciperetur, honoribus
magis homines prouocare quàm tormentis cogere studuit, non tam

Christianorū corpora occidens, quàm vaserrimis technis ex eorum
cordibus CHRISTVM euellere tentans. Nazianzenus ait, Iulian-

num dictum fuisse Idoli num, quòd idolorum templa à Constanti-

no Magno clausa aperuisset, eaq; ethnicis restituisset: Deditus fuit
artibus magicis, ac ethnicis diuinationibus ex victimarū extis, &c.

Ecclesias spoliavit redditibus, allegans dictum: Beati pauperes, &c.

IULIANVS legem tulit, ne Christiani Grammaticam, aliasq;
artes liberales vel docerent vel discerent. Nam nostris ipsorum,

362

inquit, pennis percellimur, vt est in prouerbio: siquidem nostrorum
scriptorum præsidij muniti, bellum contra nos suscipiunt. Chris-

tianos etiam aula sua, militiaq; expulit, inter quos fuerunt Iouia-

nus, Valentinianus, & Valens, qui post ipsum imperarunt. Theo-

doret.

Hoc tempore Episcopi multi, à Constantio pulsi, è latebris prorepta-

runt & Ecclesias suas recuperarunt.

IULIANVS odio Christianorum permisit Iudæis templi Salo-

monis reedificationem, quam cum illi magno animorum ardore
aggrederentur, horrendi flammarum globi è fundamentis erum-

pentes, exustis aliquoties operantibus, locum illum fecere inaccess-

363

sum. Acciderunt & alia prodigia, quibus Iudæi ab opere cæpto
sunt repulsi atq; deterriti. *Ammia:* 23. Socr. 3. Theod. &c.

Estq; hic annus à condito templo Salomonis 1400. eiusdem desola-

tionis 968: à deletis Hierosolymis sub Tito 292. à morte CHRI-

STI 330.

IULIANVS ingenti apparatu bellum Persis intulit, cui expeditioni interfuerunt, duo historici scriptores, Eutropius & Ammianus Marcellinus quod ipsi scribunt. Cumq; Iulianus aliquantò incautius pro alio se inseruisset, quidam eques hasta brachium eius transfixit & costas perfodit, ut hasta in imis iccinoris fibris haereret: Quam dum auellere dextra manu conaretur, acuto utring, ferro digitorum nervos sensit excisos. In castra itaq; delatus 6. Cal. Iulij, aet. 32. interijt & Ecclesiam vexatam atq; gementem maximo metu liberavit. Moriturus fertur manum sanguine impleuisse, illumq; in aërem proiecisse, & Christum, debellatorem suum, rabiose allatasse hoc scommate: Vicili Galilæe. Ita simul & victoriam confessus est & blasphemiam evo-muit. Theodoret. lib. 3. idem scribit, Athanasium prædixisse Iuliano breui temporis imperium. Nam cum multi rabiem eius Ecclesis metuendam dice-rent, respondit: Est nubecula cito transitura. Libanius vero Sophista & Iuliani in religione Ethnica preceptor, Ludimagistrum quendam Christia-num interrogans per ludibrium: Ecquid faceret fabri filius? hoc responsum tulit: Parat Iuliano loculum. Nec multi dies præteriere, cum fama de Iuliani morte aduolauit, eiusq; cadauer toculo reconditum ad sepulturam allatum est.

Hieronymus in Abacuc cap. 3. Dum adhuc essem puer, inquit, & in Grammatica ludo exercebam, omnesq; vrbes victimarum sanguine polluerentur, ac subito in ipso perfectionis ardore, Iulianum nunciaretur interitus, eleganter vnus de Ethnicis: Quomodo, inquit, Christiani dicunt, Deum suum esse patientem & δεξιότατος? Nihil iracundius, nihil hoc furore presentius: Ne modico quidem spacio indignationem suam differre potuit. Hoc ille ludens dixerit: Caterum Ecclesia Christi cum exultatione cantauit: Dimissit in stupore capita potentium.

Eleganter quoq; Nazianzenus: Iulianum à Persis vulneratum dicunt, cum inconsiderate excursiones faceret, & nunc huc, nunc illuc perterritus rueret. Vulnus itaq; accepti tempestiuum, totiq; Mundo salutare, & cum stolidus ille omnia se ex visceribus cognosce-re putaret, vnum hoc vulnus proprijs visceribus instigendum ignorauit.

Hieronymus in Epitaph. Nepotiani: Iulianus proditor animæ suæ & Christiani exercitus iugulator, Christum sensit in Media, quem primum in Gallia denegarat: dumq; Romanos propagare vult sine, perdidit propagatos.

HIERONYMVS, Theodoretus & alij asserunt, Iulianum in Persas euntem, Galilæorum (ita Christianos adpellabat) sanguinem dys suis vomisse, si victor rediret. Oraculorum enim mendacibus responsis deceptus, somniabat victoriam, post quam Galilæos adoriri cogitabat. Verum, ut Orosius loquitur, Deus impia consilia impij morte dissoluit.

Socrates & Theodoretus meminerunt Theodori Martyris, quem Iulianus compræhendi: & loris lacerari, lateraq; testis acutis perfodi iusserat: quos cruciatus cum ille egregia fortitudine pertulisset ac superasset, dimissum esse Iuliani mandato: Rufinus verò historicus memorat, se cum hoc Theodoro, longo tempore post collocutum esse & rogasse: An non cum verberibus, tormentisq; affligeretur, maximum sensisset dolorem? illum respondisse: Se in initio aliquantum doloris sensisse: at postea ei astutisse adolescentulum, qui linteo molli & frigido faciem sudore manantem continenter tergeret, & bono animo esse iuberet. Et propterea cum carnifices ab eo cruciando cessarent, se non voluptatem sed afflictionem ideo sensisse, quod is qui eius leuasset cruciatum, vnà discesserat.

Hic Iulianus est vltimus Imperatorum Ethnicorū. Ceteri post ipsam Imperatores fuerunt Christiani: Deinceps igitur de Christianorum rebus historias, utpote domesticas & notiores, abrumpemus aut contrahemus, solas ferè Imperatorum nomenclaturas, ut initio proposueramus, recensentes.

IUVENIANVS Imp. Rom. mens. 7. d. 22. Hic cum die 27. Iulij à militibus ad imperium capessendum raperetur, exclamauit: se Christianum esse, nec velle

velle imperare exercitui, idola colenti, & Christum repudianti. Ibi illi magno clamore affirmarunt: Se quoque Christianos esse, & Christi nomen venerari. Socra. Sozo. Theod.

Hic Imperator verè Catholicus & Orthodoxus Athanasium & alios Episcopos, antea proscriptos & relegatos, in sedes suas reduxit.

IOVINIANVS moritur 17. Febr. aetatis 33. creditur exanimatus odore cubiculi recenti calce illiti cum in gravi frigore prunas nimium multas adoleri iussisset. Eutrop. Oros.

Hierony: in Epitaph: Nepotiani. Iouinianus gustatis tantum imperialibus bonis, faetore prunarum suffocatus interijt, ostendens omnibus quid sit humana potentia.

Hic desinit Eutropij Chronicon, quod continet (vt nos supputamus) res annorum à Roma condita 1115: secundum Varronem 1116: secundum Eutropium 1119. Finitur etiam hoc loco Chronicon Sexti Ruffi viri Consularis inscriptum Valentiniano Imp.

VALENTINIANVS Imp. Rom. an. 12 minus 100 dieb.

Amnian. Victor, &c. Noluit insignia imperij suscipere 24. Febr. quod tum annus bissextilis esset & imperatoris electio in diem intercalarem ac infaustum incideret.

Die itaq; 25. Febr. adiit imperium: Vnde prudenter colligit Onuphrius, hunc esse 408. à quarto Consulatu Iulij Cas. ex quo bissexti anni intercalatio computanda est. Evidentissimum sane testimonium, de annorum & Consulum huc vsq; perducta, recteq; digesta descriptione.

VALENS, à fratre Valentiniano Imp. in imperij consortium adsumitur: Calend. April. imperavit an. 15. non plenis.

VALENTINIANVS occidenti praefuit: Valens Orienti. ille Orthodoxorum fautor ac protector fuit: Hic vero Arianorum: Ideo de Valente sic loquitur Nazianzenus: Iniuri exit repente nebula grandine plena, & pernicios calamitosa, quae omnem Ecclesiam contriuit & discerpit. Christi cultor, pariter & Christi odor: qui post persecutionem persecutor fuit, & post Apostatam non quidem apostata, sed nil melius Christianis. Christi nomen pra se ferens, Christum mentiebatur.

Theodoretus lib. 3. de Valentiniano in hunc modum: Cum Iulianus in sanam fortunam, inquit, choreas ducens ingrederetur, & editui viring, ad ianuas consisterent, vt introeuntes aqua lastrati expiarent: Valentinianus tribunus imperatorem praecedens, vbi videt aquae guttam sua lana aspersam, pugno cecidit edituum, seq; inde non expiatum, sed turpi labe pollutum ait. Quod factum Iulianus conspicatus, Valentinianum ad Castellum in solitudine situm relegauit, ibiq; vitam degere iussit. At Valentinianus anno & paucis mens. interiectis, imperium tanquam mercedem sua pietatis & confessionis obtinuit, & vt Orosij verbis utamur, qui pro Christi nomine miserat tribunatum, retribuente Christo loco persecutoris sui accepit imperium.

Est annus à fine captiuitatis Babylonicæ & à Monarchia Cyri. 900.

Hoc tempore in Ecclesia DEI fulserunt clarissima lumina, praeter Athanasium & Hilarium, Basilium Magnus Caesareæ Cappadociae patris suae Episcopus, cuius vitam descripsit Nazianzenus: Gregorius Nyssenus, Basilij Magni frater: Gregorius Nazianzenus, D. Hieronymi in sacris literis praceptor: Epiphanius Cypri Salaminae Episcopus: Didymus Alexandrinus: & Apollinaris Syrus, qui cum Iulianus Apostata Christianis liberalium artium scholas clauderet, veterem Ebraeorum historiam vsq; ad regnum Saulis carmine heroico conscripsit: & argumentis e sacris literis depromptis, sacra poemata, Comedias & Tragœdias ad Poetarum imitationem componens, res maxime salutare animis teneræ iuuentutis instillauit miscens vtile dulci, vt ille ait. Fieri potest, vt quorundam Martyrum historias speciosis Emblematis ac figuris (quod & Aurelius Prudentius fecit.) exornarit usq; gestum quodammodo addiderit, vt ad

- discentium captum atq; vsum essent accommodatiores. Vide So-
 crat. 3. Sozom. 5.
- Hoc anno, 21. die Iulij, cum horrendus tremor terram concuteret, ita
 vt mare terminos suos egrediens omnia diluuiio obruiturum vide-
 retur, Epidaurij metuentes oppidi sui subuersionem, senem Hila-
 rionem, virum sanctum, ex Eremo eductum collocarunt in litore:
 Qui cum tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusq; contra tende-
 ret, mare in magnam altitudinem intumescens ante eum stetit, ac diu
 fremens & quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum res-
 lapsum est. Hæc Hieronymus in vita Hilarionis. Vide Ammia-
 num 26. Socrat. 4.
- 4336 DAMASVS, vir doctus & D. Hieronymi amantissimus, Ro-
 manum Pontificatum adiit: quem vt obtineret, cruentis gladijs cum
 Vrsicino, homine seditioso, decertare coactus est. Ammia. 27.
- B. HILARIVS Episcopus Pictauiensis, moritur in patria an-
 no sexto reditus sui. Sulp. alij ad seq.
- 4337 GRATIANVS, Valentiniæ filius, creatur Augustus die 20. Aug. Impe-
 rauit an. 16. 366
- 4339 Circa hunc annum S. AMBROSIVS factus est Episcopus Mediolan-
 nensis, qui cum Liguriam eo tempore gubernaret, & ad sedandum
 tumultum, ob Episcopi electionem ortum, ad templum accurrisset,
 de concordia ita disseruit, vt communibus omnium suffragijs nemo
 alius quam ipse Ambrosius, Catechumenus adhuc, nec dum bapti-
 zatus, multum sanè reluctans, ad Episcopi functionem vocaretur.
 Quam electionem Valentinianus Imp. adprobans, lætari se dixit,
 tantam esse in præside corporumq; custode pietatem, vt DEVS cen-
 fuerit animas ei commendandas esse. Hoc itaq; modo Ambrosius
 à fascibus ad pedum Episcopale peruenit. Probus præfectus prætor
 cum Ambrosium in Liguriam mitteret, dixit: Vade ac age, non
 vt iudex, sed vt Episcopus. Quo Apophtegmate non solum Am-
 brosius monuit quanta religione Magistratus ei gerendus esset, ver-
 rum etiam de futuro eius Episcopatu fatidicam vocem edidit. Alij
 referunt hunc euentum ad annos alios: 372. 374, &c. 369
- 4340 VALENS cum nefario quorundam vaticinio cognouisset, eum sibi successu-
 rum, cuius nomen ab his literis inciperet, THEOD. Omnes Theodosios,
 Theodoros, Theodotosq;, quos ad imperium idoneos duxit, e medio tolli cura-
 uit. Victor. & alij. 370
- 4341 ATHANASIVS Episcopus moritur sui Episcopatus an. 46. 371
 (die 2 Maij. Eber.) Socr. Sozom.
- Hoc ferme tempore B. MARTINVS Episcopatum Turonensem sus-
 cepit, cui præfuit an. 26. Sulpit.
- 4345 VALENTINIANVS Imp. apoplexia extinctus 17. Nouemb. etat. 55. 375
 Socr. Ammia.
- VALENTINIANVS Junior adpellatur Augustus. Imperauit annis 16.
 mens. 5. d. 24. Onuph.
- Ex hoc tempore Ariani Orthodoxos crudeliter persecuti sunt, Vas-
 lentis tyrannide adiuti & armati. 378
- 4348 Olymp. 289.
 Lachrymabile bellum in Thracia gestum, in quo Romanæ legiones à Gothis vsq;
 ad internecionem caesa sunt. Ipse Valens Imp. cum sagitta saucius fugeret,
 & ob dolorem sepe equo delaberetur, ad cuiusdam villule casam deportatus
 est, ubi ab insequentibus barbaris deprehensus, incensa domo, igne consum-
 ptus est 9. Augusti. Hierony. Oros. Ammi.
 Distat hæc Romanorum clades à pugna Cannensi 892. à clade Caudina 697.
 Orosius

Prosus refert, Gothos petiſſe, vt mitterentur ipsis Epifcopi, à quibus Chriftiane religionis doctrinam diſcerent: Et Valentem eis miſiſſe Doctores Arianos: atq; ita Gothos prima ſue fidei rudimenta ab Arianis accepta in poſterum retinuiſſe. Inſto itaq; DEI iudicio Valens à Gothis crematus eſt, quorum ille animis peſtiferum erroris virus infuderat.

Ammianus Marcellinus hiftoriam ſuam in morte Valentis terminat.

Deſinit etiam Appendix D. Hieronymi qua Eufeby Chronicon con-

tinuauit. Exincto Valente imperium in duos Auguſtos recidit: Gratianum & Valenti-
manum iuniorem. Gratianus ab Arianorum dogmate alieniſſimus fuit:
Ideo Epifcopos Orthodoxos, à Valente relegatos, exilio exemit.

IMPERIVM THEODOSII

MAGNI.

THEODOSIVS MAGNVS declaratur Auguſtus & orienti præſci-
tur 16. Ian. etat. 33. imperauit an. 16. Socr. 5. Fuit Imperator optimus:
bello & pace præſtantiſſimus: Eccleſie inſtauranda & Reipub. reparande
natus: Orthodoxa doctrina amantiſſimus: atq; ſummis quibuſq; principibus
comparandus. Diſtat eius imperium à morte Alexandri Magni 700. ab
Imperio Auguſti Caſaris 420. à regno Nebucadnezaris Magni 1002. à
natali Abrahae 2400. A Tribunicia poteſtate Auguſti 400. à Roma condi-
ta 1130.

Ab hoc anno incipiunt hi Chronographi: Proſper, Marcellinus Co-
mes, & Sigebertus Gemblaceniſis. Proſper complexus eſt annos
67, deſinit anno CHRISTI 445. Marcellinus Comes annos 188
vſq; ad annum N. C. 566, vt nunc habet Chronicon eius ab Onu-
phrio editum. Sigebertus peruenit ad annum Chriſti 1112. Pro-
ſper autem & Sigebertus Eufebianum errorem in Chriſti annis ſe-
quentes, eum faciunt N. C. 381: qui nobis eſt 379.

Hoc anno Coſ. fuit Auſonius Poeta, Gratiani præceptor, cuius poemata extant.
Hunc gratitudinis ergo Gratianus ad iſtum dignitatis gradum euexit.

I V B I L Æ V S Mundi 87. Moſis 37. Prædicationis
CHRISTI. 7.

Theodoſius cum Theſſalonice morbo grauiſſimo conſictatus eſſet, baptiſmo ini-
tatus eſt ab Acholio Epifcopo Theſſalonicensi orthodoxo. Eodem tempore edi-
dit piū & ſalutare edictum: Qui nam ſint cenſendi Catholici, & qui he-
retici. Edictum hoc in Codice recitatur, & ſic incipit: Cunctos populos,
quos Clementie noſtre regit imperium &c. Data 3. Cal. Mart. Theſſalos
nice, Gratiano V. Theodoſ. Aug. Coſſ.

Eodem anno Ariani cum 40 annis Oratoria obtinuiffent, vrbe Con-
ſtantinopoli ſunt egreſſi die 26 Nouemb. Viciffim vero Homou-
fiani ingreſſi, Eccleſias receperunt. Socrat. Marcellin. Sozom. 7.
Vides itaq; Lector, quantis euentibus inſignis ſit hic Iubilæus Mundi:
videlicet, Theodoſij baptiſmo, eiufdem Conſulatu primo, & Eccle-
ſie DEI triumpho de hæreticis victis omnium clariffimo.

De Acholio Epifcopo Theſſalonicensi, qui Theodoſium baptizauit,
vide Ambroſium lib. 7. Epift. 59.

SYNO DV S Conſtantinopolitana: Oecumenica Secunda: à
Theodoſio indicta, celebratur à 150 Epifcopis, contra Macedonia
nos πνευματομάχους, id eſt, negantes Spiritum ſanctum eſſe DEVM.

SYMBOLVM quoq; Nicenum repetitum, confirmatum, & ver-
borum quorundam adiectione declaratum ac illuſtratū eſt. Socr. 5.
Hic eſt annus à condita Conſtantinopoli 50. Et à condito templo ſe-
cundo Hieroſoly. 900.

ATHANARICVS Gothorum rex, cum quo Theodoſius fædus pepigerat,
6 3 *menſe*

379

380

381

- 4352 *menſe Ianuario Conſtantinopolim venit, eodemq; menſe morbo periit.*
 Gothi rege ſuo deſuncto, aſpicientes virtutem, benignitatemq; Theodoſij, Ro-
 mano ſeſe imperio dediderunt. Marcel. Oroſ.
 Concilium Romæ à Damaso habitum, cui interfuert, Paulinus An-
 tiochiæ Epifcopus, Epiphanius Salaminæ Epifcopus & D. Hiero-
 nymus. Sigo.
- 4353 *ARCADIUS à patre Theodoſio creatur Auguſtus & in imperij conſortium*
adſciſcitur 16. Iann. Conſtantinopoli. Socr. & c. Imperauit an. 25. menſ. 3.
d. 16. Onuph.
MAXIMVS militum ſeditione in Britannia, inuitus propemodum, Impe-
rator creatur. Oroſ.
GRATIANS Imp. Maximi tyranni dolis circumuentus apud Lugdunum
interſcitur 8. Cal. Septemb. etat. 24. Marcellin.
 S. AMBROSIVS Epifcopus, dum templum Mediolanenſe A-
 rianis tradere recuſat, periculis obijcitur, luſtina Valentiniani iu-
 nioris Matre, & Ariana labe infecta, exitium ei moliente. Qua de
 re lege Ambroſ. lib. 5. Epif. 33. & 34.
 SYMMACHVS Romana vrbiſ præfectus, à Valentiniano petit Ethnica ſa-
 cra reſtitui. Hunc Symmachum reſutauit D. Ambroſius, & Poëta Pruden-
 tius duobus libris carminum quos ſtudioſi legant.
 Hic eſt annus ab exitu ex Ægypto 1900; à tranſmigratione Iecho-
 niz 1000.
- 4354 *HONORIVS Imp. Theodoſij filius, naſcitur 9. Sept. matre Placilla.*
 4355 *D. AVGVSTINVS Mediolani fuit profeſſor Rhetorices, &*
D. Ambroſium docentem audire cœpit.
 Calendis Ianuarij orationem habuit in laudem Coſ. Bautonis. Aug-
 tom. 7. lib. 3. cap. 25. contra literas Petilianæ.
 THEOPHILVS Epifcopus Alexandrinus, qui centum anno-
 rum paſchales circulos edidit, floret.
 MAXIMVS Imp. Treuiros victor ingreditur.
- 4356 *B. MARTINVS Treuiris excipitur conuiuio regio à Maximo*
Imp. præſente Conſule Euodio.
 Prifcillianus ſupplicio adſcitur. Sulp.
- 4358 *Maximus tyrannus à Theodoſio victus 27. Auguſti, & prope Aquileiam à mi-*
litibus capite truncatus. Socr. Marcell.
De hoc bello ita Oroſius: Theodoſius iuſtis neceſſarijsq; de cauſis ad bellum ciuile
permotus, cum è duobus Auguſtis fratribus & vltionem Gratiani interſecti ſanguis
exigeret, & reſtutionem Valentiniani miſeria oraret, poſuit in DEO ſpem ſuam,
ſeq; aduerſus Maximum tyrannum ſola fide maior (nam longè minor erat vniuer-
ſa apparatus bellici comparatione) proripuit.
Andragathius Maximi Comes ſummâ belli adminiſtrabat: qui cum omnes alpium
ac fluminum aditus communiſſet, ineffabili iudicio DEI, nauali expeditione, dum
incautum hoſtem præuenire & obruere parat, ſpontè eadem clauſtra, quæ obſtru-
xerat, deſeruit. Ita Theodoſius nemine ſentiente, vt non dicam, repugnante, va-
cuatas tranſmiſit alpes, atq; Aquileiam improuiſus adueniens, hoſtem illum ma-
gnum, Maximum trucem, & ab immaniſſimis quoq; Germanorum gentibus tri-
bura ac ſtipendia ſolo terrore nominis exigentem, ſine dolo & controuerſia clau-
ſit, cepit & occidit. Andragathius comes cognita Maximi nece præcipitem ſeſe è
nauis in vndas dedit ac ſuffocatus eſt. Formidoliſſimum itaq; bellum ſine ſangu-
ne vſq; ad victoriam, duorum morte conſectum eſt.
 Circa hunc annum S. Auguſtinus Mediolani baptizatus eſt ab Am-
 broſio Epifcopo die Paſchatis. Eodem anno obiit Monica mater
 eius etat. 56, Auguſtinus ſcribit (lib. 3. cap. 25. contra literas Pe-
 tiliani) ſe poſt Maximi Tyranni mortem Africam repetuiſſe. Alij
 Baptiſmum eius in 386; alij in 389 conferunt. Sigonius in 384.
 Nos

Nos indefinitè posuimus. Sermo Ambrosij eo die habitus, est inter eius sermones vltimus.

THEODOSIVS, adiuncto sibi filio Honorio, & Valentiniano Iunior, Romæ de Maximo victo triumphat.

389

GREGORIVS NAZIANZENSIS moritur. Hierony. in Catalog.

AMBROSIVS Episcopus, Theodosium Imp. die Paschatis templo Mediolanensi exclusit: nec prius ad sacram synaxin eum admisit, quàm veræ ac serix pœnitentiæ publica signa ostenderet. Nam cum Thessalonixæ per seditionem quidam interfecti essent, Imperator nimium excandescens, iusserat promiscuam turbam, in fontes pariter cum fontibus trucidari: itaq; ad septem millia hominum perierant. Totam historiam fusè describit Theodoretus lib. 5. & Tripar. 9. Augusti: ciuit. lib. 5. cap. 26.

390

AMBROSIVS Theodosium ad pœnitentiam cohortatus est per Epistolam quæ extat lib. 5. Epist. 28.

Verba Ambrosij quibus Theodosium ab ingressu templi reiecit nonnulla recitabimus: *Quibus oculis, inquit, intuebere templum illius, qui est omnium Dominus, quibus pedibus sanctum illud solum calcabis: Qui, quæso, manus iniusta cade & sanguine resperfas extendere audes, & eisdem sacrosanctum corpus Domini accipere? Aut quomodo venerandum eius sanguinem ori admouebis, qui furore ira iubente, tantum sanguinis tam iniquè effudisti? Recede igitur, & ne conare nouo scelere scelus ante editum augere: Sed capesse vinculum, quo vt ligeris, Dominus omnium cœlitus sententiam dat. Quod quidem vinculum vim habet, & morbum animi depellendi, & te ad sanitatem restituendi. Huic orationi obsecutus Imperator (nam diuinitus eductus eloquijs, accurate norat tum quæ essent officia Sacerdotum, tum quæ regum propria) cum gemitu & lacrymis ad palatium suum reuertitur.*

THEODOSIVS, elapsis ab excommunicatione octo mensibus, ipso festo natalis Christi, hoc anno inuenit, ab Ambrosio absolutus & in Ecclesiam receptus est. Eodem submonente Imperator conscripsit legem, qua cognitiones causarum de cade, & pœnæ capitales, ab Imperatore iniunctæ, in diem tricesimum differri iubentur.

391

Hoc sermè anno B. AVGVSTINVS factus est Presbyter in Ecclesia Hipponensi, cui præfuit an. 40. ætatis circiter 37. dependet hæc consignatio ex anno obitus. Est à nato Dauide annus 1500.

VALENTINIANVS Iunior, Imp. Rom. dolo Arbogastis strangulatur, atq; ut voluntariam sibi mortem conseruisse putaretur, laqueo in sublimi suspensus est: Idib. Maij, pridie Pentecostes, die sabbati. Epiphanius. De huius obitu lege orationem funebrem D. Ambrosij & Epistolam lib. 5. ep. 34.

392

Mortuo Valentiniano Arbogastes Eugenio, homini pagano & fero, imposuit Imperatoris titulum, ipse simul imperaturus, occidentis itaq; imperium nefariè inuasit & occupauit Eugenius. Oros. Marcel. Socr. Prof.

D. HIERONYMVVS illustrium in Ecclesia virorū catalogum hoc anno, qui est (vt ipse ait) Theodosij principis decimus quartus, contexuit: vbi inter cætera scribit, hoc anno adhuc in viuis esse Didymum Alexandrinum, Epiphanium, Ambrosium, Gregorium Nissæ Episcopum & Basilij Magni fratrem, Sophronium & alios. Nazianzenum ait mortuum esse ante triennium propè. Admiratione dignum est quòd de Didymo Alexandrino refert, eum à parua ætate oculis captum artes liberales præclare didicisse, & commentarios scripsisse, in Psalmos & Euangelia, &c. & iam excessisse annum ætatis 83. Extat eius liber de Spiritu sancto quem Hieronymus in latinum vertit.

HONORIVS à patre Theodosio adpellatur Augustus 10. Ianuarij. Imperat an. 30. mens. 7. d. 6.

393

THEODOSIVS Ioannem Monachum apud Thebaidem ob futurorum scientiam celebrem & cuius prædictioni de Maximo opprimendo euentus responderat, de euentu belli aduersus Eugenium consultit: cui ille victoriam pollicetur, vt scriptum reliquerunt pleriq; scriptores Ecclesiastici.

4364

VENTI PRO THEODO-
sio pugnant.

EVGENIUS atq; **ARBOGASTES**, inquit Orosius, collectis Gallorum Francorumq; viribus & idolis à se cultis nixi, instructas acies campis expedierant, & arcta alpium latera atq; transitus præmissis calliæ insidijs occuparant, vt etiam si numero ac viribus impares forent, sola tamen belli dispositione vincerent. At verò Theodosius in summis alpibus constitutus, expers cibi ac somni Christum solus solum qui omnia posset, corpore humi fusus, mente cælo fixus orabat. Dehinc postquam infomnem noctem precum continuatione transegit, & testes propemodum lacunas lacrymarum reliquit, arma corripuit, ac signo crucis signum prælio dedit, seq; in bellum, etiam si nemo sequeretur, victor futurus immisit. Vbi vero ad contigua immiscende pugna spacia peruentum est, continuo magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hostium irruit. Ferebantur per aerem spicula missa nostrorum, atq; ultra mensuram humani iactus, in aère portata nusquam propemodum cadere sinebantur, priusquam impingerent, & hostium ora pectoraq; verberarent: tela etiam que ipsi hostes extorserant, ventis excepta ac retrorsum coacta ipsos infeliciter configebant. Eugenius captus atq; interfectus est. Arbogastes sua se manu peremit. De hoc bello Augustinus lib. 5. Ciuit. c. 26.

THEODOSIVS contra robustissimum Eugenij exercitum, inquit, magis orando quàm feriendo pugnavit: Vt nobis retulerunt milites qui adfuerunt, extorta sibi esse de manibus quæcumq; iaculabantur, cum à Theodosij patribus in aduersarios vehemens ventus irret, & non solum quæcumq; in eos iaciebantur concitatissimè raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret: Vnde & Poëta Claudianus, quamuis à Christi nomine alienus, in eius tamen laudibus dixit:

O nimium dilecte DEO, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad clausica venti.

4365

Socrates interitum Eugenij refert ad 6. diem (Eber. 17.) Septemb. **THEODOSIVS** Magnus Ecclesia nutritius Mediolani moritur ex hydrope 17. Ianua. atq; 60. cum ante mortem condito testamento duobus filiis, Arcadio Orientem, Honorio Occidentem regendum tradidisset, & illi Rufinum, huic Stilichonem tutorem adiunxisset. Sepultus Constanti in oppido. Post diem quadragesimum D. Ambrosius in templo, præsentem Honorio orationem, Theodosij laudes continentem, recitavit, qua tomo 3. operum eius extat, & lectu est dignissima. Hic Theodosius teste Augustino dicere solitus est, Magis se gaudere, quod membrum Ecclesiæ DEI esset, quàm quod in terris regnaret.

ARCADIUS & **HONORIUS** post patrem Theodosium imperarunt: ille in Oriente an. 13. mens. 3. d. 15, hic in Occidente, an. 29. Hoc seculo vixit **CLAUDIANS** Poëta, qui horum temporum res gestas accuratè & eleganter descripsit. Gildo (de quo Claud.) hoc anno Africam spoliavit.

Huc etiam pertinet Claudiani panegyris in fratres, Olybrium & Probinum huius anni Consules: & duo libri in Rufinum, tutorem Arcadij, qui à militibus hoc anno occisus est, 27. Nouemb. teste Socrate.

Desinunt

394

395

Desunt Chronica Ruffini & Sexti Aurelij Victoris, quorum ille res Ecclesiasticas descripsit, ut Socrates & alij: Hic verò literis mandauit vitas Imperatorum factò initio ab anno primo Monarchiæ Augusti, victo ad Actium Antonio, quæ narrationes continent 424, annorum historiam.

Tertius Honorij Consulatus de quo Claudianus.

S. MARTINVM Episcopum Turonensem hoc anno ex hac vita migrasse, ætat. 81, scribunt Gregorius Turonensis: Marianus, Contractus, Sigebertus: sed alij ponunt 404.

D. AMBROSIVS obiit 4 April. cum ferè triennium superuixisset Theodosio. Paulin. Marcellin.

AMBROSIVS moriturus ad circumstantes sacerdotes dixit: Non sic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: nec mori timeo quia bonum habemus Dominum: id nos aliquando in votum defleximus.

Tu da gnate DEI, vita nos neue pudere,

Neue etiam mortis pœnituisse queat.

IOANNES CHRYSOSTOMVS, patria Antiochenus, ordinatur Episcopus Ecclesiæ Constantinopolitanæ 26. Februa. Socr. 6. Niceph. 13.

GILDO à Mazescete pralio victus interijt. Hoc est illud bellum Gildonicum à Claudiano descriptum. Est & quartus Honorij Consulatus, de quo idem. Hoc anno Honorius nuptias celebrauit cum Maria Stiliconis filia, de quo vide duo epithalamia à Claudiano scripta.

In vrbe Carthagine Gaudentius & Iouius, comites Honorij Imp. 14. Calend. April. falsorum Deorum templa euerterunt & simulachra fregerunt. August. Ciuit. 18. cap. vlt:

Hoc anno Cos. fuit Eutropius Eunuchus, in quem Claudianus duos libros scripsit. Huc pertinet eiusdem panegyris in Manly Theodori consulatum.

Hoc anno Cos. fuit Stilico, in cuius laudem Claudianus scripsit 3. panegyres, quos studiosi legant propter horum temporum historiam.

Hucusq; Chronicon suum perduxit SULPITIUS SEVERVS Episcopus Bituricensis, qui quantus vir fuerit, scripta loquuntur. Familiarem habuit Paulinum Episcopum Nolanum, de cuius vita videtur de Giselini viri doctissimi atq; diligentissimi librum.

De Sulpitio refert Gennadius, eum à Pelagianis deceptum & culpam agnoscentem silentium vsq; ad mortem tenuisse.

THEODOSIVS IVNIOR, Arcady Imp. & Eudoxia filius nascitur 10. April. Socr. 6.

Ex hoc tempore Gotthi de inuadenda Italia, vrbes, Roma occupanda aut diripienda consilia agitare cœperunt, duce eorum Alaricho ad eam rem eos vehementer cohortante. Nunc itaq; demum Italia, quæ multis sæculis formidini ac terrori exteris gentibus fuerat, cetera arma metueret cœpit, & ea paulo post domi suæ vidit ac horruit.

Hinc ad Caroli Magni coronationem in vrbe Roma, anni 400. Tot annis Italia, vt loquitur Sigonius, calamitatum, aut presentium sensu, aut impendentium metu percussa, nunquam quieuit: Sed humanorum malorum extrema omnia passa est, atq; Ecclesia DEI, quæ paulo ante constituta per Constantinum inde per annos centum in aliqua esse dignitate ac potentia cœperat, maximam ex omni parte iacturam, labemq; contraxit.

Alaricus per Tridentinum Saltum 14. Cal. Septemb. descendens, obuia quæq; Alpina oppida primo impetu cœpit. Sigo.

Dere apud Pollentiam oppidum à Stilicone aduersus Alarichum & Gotthos hoc anno gesta, Vide Prudent. lib. 2. aduersus Symmachum, responsione quinta:

396

397

398

399

400

401

402

Tentauit

Tentauit Geticus nuper delere Tyrannus Italiam &c.

Huc pertinet libellus Claudiani de bello Getico. De pugna Stiliconis aduersus Gothos commissa ipso die Paschatis, vide Oros. & alios.

EPIPHANIVS Episcopus Salaminæ Constantinopoli in Cyprum rediens moritur in itinere. Socr. 6. Trip. 10.

Iohannes Chrysostomus mandato Arcadij Imp. Ecclesia Constantinopolitana pellitur: sed cum seditio populi, Chrysostomum desiderantis, metueretur, reuocatus, inq[ue] solium suum restitutus est. Socr. 6. Trip. 10.

Theodosius Iunior adhuc in cunis vagiens à patre Arcadio appellatur Augustus. 17. Cal. Febr. Marcell. & alij.

4373 **HONORIUS** Imp. Romæ de victis Gothis triumphat. Stilico cum Alaricho pacem constituit. Sigon. 403

4374 **IOHANNES CHRYSOSTOMVS** Arcadij mandato iterum in exilium abducitur, cum in Eudoxiam Augustam linguam exacuens pro concione quædam dixisset liberius. Hoc tempore celebrem illam concionem recitauit, cuius initium est: Herodias iterum insanire, iterum commoueri, iterum saltare pergit: iterum caput Iohannis in disco accipere studet. 404

Pridie Cal. Octob. cum grando magnitudine inusitata in Suburbijs Constantinopolis forte decideret, percrebuit sermo, istud DEO irato propter Iohannem indicta causa abdicatum contigisse.

Hunc sermonem Eudoxiæ mors vehementer auxit. Nam quadriduo post delapsam grandinem è vita decessit. Socr. 6. Trip. Marcell. Prosp.

PAVLA Romana mulier primariæ nobilitatis & eximiæ pietatis in Domino obdormiuit 26. Ianua. tertiâ Sabbati: cum vixisset an. 56. mens. 8. d. 20.

Hæc mortuo marito mundi contemptum cœpit profiteri, atq[ue] in eo proposito Romæ vixit quinquennio, & apud Bethlehem an. 20. in monasterio virginum à se instituto. Eius Epitaphium scripsit D. Hieronymus ad Eustochium virginem, Paulæ filiam, quod extat in primo tomo operum Hieronymi.

PRVDENTIVS Poëta hoc anno edidit libros Cathemerinon, quia in præfatione ait se ista scribere agentem annum ætat. 57. per quinquennia iam decem ni fallor fuimus, septimus insuper annum cardo rotat dum fruimur sole volubili: Quid nos vtile tanti spacio temporis egimus?

Hic est sextus Honorij consulatus de quo Claudiani panegyris.

4375 **RADAGAISVS** Scythæ & religione gentilis in Italiam irruptionem faciens trucidatur ab Honorio ad Fæsulas. De quo sic Orosius: Radagaisus omnium antiquorum presentiumq[ue] hostium immanissimus repente impetu totam inundauit Italiam: in cuius exercitu fuisse ferunt plus quàm ducenta millia Gothorum. Conterritum autem diuinitus Radagaisum Honorius in Fæsulanos montes coëgit, eiusq[ue] ducenta millia hominum inopum consilij & cibi, in arido & aspero montis iugo, urgente undiq[ue] timore conclusit, agminaq[ue] quibus dudum angusta videbatur Italia, latendi spe in vnum ac paruum verticem trusit: Vbi hostes esurientes & sitientes languentesq[ue] confecti sunt. Radagaisus clam suos deseruit, atq[ue] in nostros incidit à quibus captus & interfectus est. Tanta vero captiuorum Gothorum multitudo fuisse fertur, vilissimarum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum venderentur. Hic Radagaisus omnem Romani generis sanguinem dijs suis propinare deuouerat. 405

4376 Vandali & Alani Gallias traiecto Rheno pridie Cal. Ianua. ingressi. Prosper. Zosim. 406

IOHAN-

IOHANNES CHRYSOSTOMVS ad CHRISTVM

407

migrat 14 Septemb. Socr. 14. Nouemb. atat. 52. cum Episcopatum Constantinopolitanum tenuisset an. 5. mens. ferme 6. & exulasset an. 3. mens. 5. Socr. Zonaras. Cedrenus. Nicephorus lib. 13. cap. 37. dicit eum obisse die exaltationis Crucis (14. Septemb.) Sic enim conueniebat, inquit, eum qui vitam omnem sub cruce transegerat, & gloriam non in alia re quam in cruce CHRISTI collocauerat, festo ipsius die quem ex materia ista acciptum circumferebat cinerem, deponere, atq; ad DEVM in sublimē ferri & exaltari.

ARCADIVS Imp. moritur 1. Maij. atat. 31. Socr. Prof.

408

THEODOSIVS Iunior, Theodosij Magni nepos, & Arcadij filius, Imp. in Oriente an. 42. mens. 2. d. 28. Onuph. Loco Theodosij, qui tum puer octennis erat, imperium virtute & sapientia sua aliquandu administravit Pulcheria virgo, Theodosij soror.

STILICO, Honorij gener, imperium affectans, cum sub Imperatore imperare potuisset, occiditur inssu Honorij. Oros. Prof. Marcell. Etus quoq; filius, Eucherius, cui Stilico imperium parabat, primum fuga elapsus, postea obtruncatus traditur. Zosimus Stiliconis necem refert ad 10. Cal. Septemb.

PROCOPIVS Cesarientis à morte Arcadij belli Persici & Vandalici historiam orditur.

409

HONORIVS Alaricho pacem negat: & ab eo Romam obsideri patitur.

ATTALVS ab Alaricho creatur Imp. contra Honorium, qui Attalo dimidium imperij offert. Zosimi historiarum libri vt nunc sunt reliqui, Urbis Romæ obsidione terminantur.

410

Olymp. 297.

ROMA CAPTA à Gothis, duce Alaricho: anno V. C. 1161.

ALARICHVS urbem ingressurus edixerat, vt ijs parceretur, qui ad templa Apostolorum confugissent, & vt milites sola preda contenti, à cade & sanguine abstinere ac temperarent. Oros.

Distat hac victorica quondam Romæ & orbis Domina calamitas, ab eo tempore quo à Gallis ante capta fuerat, annis 796: à Monarchia Iulij victor, Pompeio, 456: ab eiectione Regib. 916: à clade Caudina 729. à pugna ad Aegates & primi belli Punici sine 650. à pugna ad Clastidium 630. ad Cannas, 624. à crudelitate Sylle quam Romæ trucidatis magno numero civibus exercuit 490. à Monarchia Augusti, victor, Antonio 429. à morte Augusti 395. Hinc aa Romæ direptionem nostro seculo factam 1115. De huius cladis die discrepant autores: Paulus Diaconus habet 24. Augusti. Cedrenus 26. Augusti. Blondus & alij Catend. Aprilis.

Ex hac Romæ vastatione D. Augustinus occasionem sumpsit scribendi libros illos longè eruditissimos & vtiliss. de Ciuitate DEI, vt os obturaret ijs, qui eius cladis causas in Christianam religionem transferebant.

Ex hoc ipso tempore orditur Blondus historiam Inclinationis Romani Imperij: quam deduxit vsq; ad an. N. C. 1459. circiter.

Ridiculum est, si non stolidum, quod Honorius audiens captam esse ab Alaricho Romam, doluit ob captam & amissam auem vel gallinam suam, quam cum in delutijs haberet, Romæ adpellationem ei indiderat. Indignum sanè, Regem aues præferre urbibus.

411

ALARICVS moritur: Ataulfus uxoris Alarici frater, regnum suscipit: Placidiam Honorij sororem ducit uxorem, captam in Romæ direptione: Eam diuino iudicio velut obsidem ac pignus Romæ huic barbaro Regi tradidit. Nam illius iuncta coniugio, multum Reipub. profuit & commodauit. Oros.

CYRIL

4382 **CYRILLVS** in Episcopatu Alexandrino succedit Theophilo Alexandrino 15. Octob. defuncto. Tertia die post ordinatur Cyrillus, Theophili ex fratre nepos. Socr. 7. Niceph. cap. 14. 412

4386 Orosij Presbyteri Hispani Chronicon, quod ille iussu D. Augustini scripsit, finitur. 416

4387 Hoc anno, si Mariano Scoto, Sigeberto, & Vincentij speculo credimus, quidam Occidentales Episcopi cum in Paschatis die celebrando aberrassent, diuino miraculo ab errore ad veritatem reuocati sunt. Nam in quadam Italiae Ecclesia, aqua, quae quotannis pridie Paschatis hora baptizandi, diuinitus manare solebat, eorum expectationem, qui iusto citius, nempe 8. Cal. April. Pascha celebrauerant, non emanans fefellit. Legitimo autem Paschatis die, sub ipsam baptizandi horam, 10. Cal. Maij, solito more fluens, verum Paschatis diem ostendit. Vide Epistolam Paschasin ad Leonem Papam apud Marianum Scotum. Ostendunt autem Dionysij tabulae & Mathematicorum calculus, anno N. C. 417. diem dominicum Paschatis in 10. Cal. Maij incidere. 417

Honorio Rome de Gothis triumphante Attalus tyrannus uinctis post tergum manibus, ante currum ducitur & ob toties repetita perfidiam, dextra ei truncatur. Prosp. Jordan. Sigo.

4388 Eclipsis ☉ accidit 19. Iulij. Marcell. Jordan. 418

4389 **FRANCORVM REGES.** 419

Quidam scriptores hinc ordiuntur regum Francorum seriem: & Pharamundo Regi primo tribuunt annos 11. Tritthemius scribit, eum adijisse regnum 24. April. atat. anno 56. & regnasse Septennio. Sunt qui Pharamundi initium in seq. annum conferant.

Hinc ad annum 499. quo Clodoueus Francorum Rex una cum baptismo Christianismum accepit, anni 80. ad Carolum VIII. R. Francorum, 1064. id est, bis 532, siue duo Cycli Magni, ad Caroli Magni regnum 350.

4390 Hoc anno, ut diximus, vel completur, vel incipit, die 24. Aprilis, annus primus Pharamundi R. Francorum. Verumuis horum ponas, obserua hunc annum, qui principium Pharamundi attingit, esse à principio Samsonis & à morte Latini, regno Aeneae, annum 1600. à regno Davidis 1500. à morte Nebucadnezarus Magni & principio Eulmerodaci, 1000. 420

D. HIERONYMVS, de Ecclesia DEI scriptis suis præclarè meritus, in oppido Bethlehem, à Domini nostri IESV CHRISTI cunis in cælum euolans, vitam suam beato fine claudit, die 30. Septemb. (alijs 31. Martij) Prosper, Diaconus, Contractus & Beda.

Pleriq; scribunt eum vixisse annis 91. sed cur id in dubium vocem hanc habeo causam. Ipse Hieronymus scribit, se anno illo, quo Iulianus perijt (N. C. 363.) fuisse puerum, qui in Grammaticæ ludo exerceretur. Secundum supputationem vsitatam egisset tunc annum 33. quo certè non puerum se dicere poterat. Decurrerunt autem à morte Iuliani huc vsq; anni 57. quibus si 20. vel 24. (ita enim ponamus ne de Hieronymi ætate minuere aliquid videamur) addas, elicies vel 77. vel 81. fortè igitur pro 91. numerari & scribi debuit 81. de quo iudicent eruditiores.

4393 **HONORIVS** Imperator moritur 18. Cal. Septemb. atat. 44. Prosp. Marcell. eius obitum antecessit Cometes. 423

Theodosius Junior post Honorium imperat, cuius imperij initium habes supra, anno 408.

4394 Theodoretus hoc tempore factus est Episcopus, quia scribit annum Concilij Prædatorij Ephesini secundi esse Episcopatus sui an. 26. VALEN. 424

1395 VALENTINIANVS tertius Placidia filius Augustus adpellatur 22. Septembris. Socr. Trip. Imperauit an. 29. m. 5. d. 23. Onuph. 425

1396 BONIFACIUS Africa comes Castinum pro alio vicit, qua de re lege Epistolas eius ad S. Augustinum, & huius ad illum. Vide Alb. Cranzium in Vandalia lib. 1. cap. 29. 426

1397 GENSERICVS Vandalorum Rex regnat annis 51. fuit secta Arianus, & Catholicorum crudelis persecutor. Iordan. Cusp. 427

Aduentus Vandalorum in Africam.

Vandali a Bonifacio, ut arma pro se aduersus Romanos caperent, magnis pollicitationibus ac spebus inuitati & accersiti, ex Hispanys duce Gensericō traierunt in Africam. Procop. lib. 1. belli Vandal. Diacon. Iordan. Prosp. Cranzij Vandalia lib. 1. c. 31. Ab hoc anno incipit historiam suam Victor Episcopus Vticensis, qui ait, Gensericum in Africam ad 80 millia hominum intulisse, eumq; atrociter in pios sauiisse, & vrbes atq; Ecclesias vastasse. 428

1398 NESTORIUS Præsbiter & hæresiarcha ordinatur Episcopus Constantinopolitanus 10. April. Socr. Prosp. Iordan. Niceph. 428

Burgundiones facti sunt Christiani.

Hac ferme tempestate Burgundiones trans Rhenum habitantes cum ab Hunnis crebro infestarentur, animo expedientes quam firmum presidium Romanorū DEVS afferat ijs qui eum colunt, omnes communi consensu ad credendum in Christum se contulerunt, atq; ad ciuitatē quandam Gallia profecti, postulant ab Episcopo, ut Christianorū baptismo donentur. Cumq; post septē Christiana institutionis & indicti ieiunij penitentięq; dies baptizati essent, illi animo fidenti Hunnos aggressi, cum numero pauci essent, nempe tria millia, vicerunt ac fuderunt decem millia Hunnorum. Ex eo tempore gens Burgundionum religionem Christianam ardenti studio coluit. Socr. 7. Trip. 52. 429

1399 Hoc ferme anno desinit historia Ecclesiastica Theodoretī, continens an. vt ipse ait 105. 429

1400 IUBILÆVS Mundi 88. Moysi 38. Prædicationis CHRISTI. 8. 430

Olymp. 302. V. C. 1181. A baptismo Christi 400.

D. AVGVSTINVS Episcopus Hipponensis, & Ecclesiæ CHRISTI præcipuum lumen, ne vrbs suæ ruinam cerneret, pia & placida morte sopitur, 28 Augusti, ætat. 76. Episcopatus sui anno 40. Hic Gensericō Hipponem obsidente libris Iuliani in ipso die rum suorum sine respondit, & gloriose in defensione gratiæ CHRISTI contra Pelagium perseuerauit. Prosp. & Posidonius.

Diximus hæctenus de D. Augustini ætate: sed ita, vt nihil definiremus, suam cuiq; sententiam relinquentes. Vtamen de nostro in lectorem studio ac fide nihil faciamus reliquum, exponemus hoc loco quandam siue coniecturam siue diuinationem, cuius manu ductione ad veriorem certioresq; annorum Augustini inuestigationem via quædam ei sternatur & aperiatur.

Natus est Augustinus die 13. Nouemb. quod ipse annotat lib. de vita beata. Annus verò descendus est partim ex anno obitus 430. & ætat. 76. partim ex 33. ætatis. Obiisse Augustinum 430. non tantum ex Prospero & alijs, sed etiam ex Concilij Ephesini actis colligitur. Nam Capreolus Episcopus Africanus scribit Augustinum a Theodosio Imp. vocatum fuisse, vt Ephesinæ Synodo interesset: Verum paulò antè vita eum excessisse: idq; factum fuisse anno 430. acta Synodi & annotationes Coss. docent.

Deinde scribit Augustinus se post Maximi Tyranni mortem (qui peremptus est an. 388. 27. Aug. testib. Socrate & alijs) ex Italia in Africam rediisse, ætatis suæ 33, vbi vnus tantum reliquus est scrupulus: an. 388 annus accipiendus sit pro 33 currente, vel completo. Hic viam ingrediatur quam quisq; volet, erit vnus tantum anni differentia. Nos 33. completum accipiemus, vt 76. Augustini cum 430. coincidat & concurrat. His ita datis & concessis, (de quibus tamen nihil asseueramus) H

- mus) erit hoc modo distribuenda ætas Augustini in Christi annos.
374. natus est Augustinus Idib. Nouemb. itaq;
375. erit primus Augustini currens.
370. ætat. 16. intermisit studia à Madauris domum reuersus, inde literarum causa Carthaginem missus, vt ipse scribit, lib. 2. confessionum.
373. ætat. 19. lecto Ciceronis Hortensio philosophiæ studio flagrare cœpit. Et ab hoc tempore toto nouennio vsq; ad annum 28. (Christi 382.) in Manichæorum luto se volutatum fuisse queritur. Ab anno, inquit, 19. vsq; ad 28. seducebamur & se- ducebamus. Quid verò toto illo errorum suorum tempore de Christo senserit, indicat lib. 7. confes. cap. 19. Ego de Christo, inquit, tantum sentiebam quantum de excellentis sapientiæ viro, cui nullus posset æquari præsertim quia mirabiliter natus ex virgine, ad exemplum contemnendorum temporalium pro adipiscenda immortalitate, diuina pro nobis cura tantam auctoritatem magisterij meruisse videbatur. Quid autem sacramenti haberet, Verbum caro factum, ne suspicari quidem poteram.
383. ætat. 29. Faustus Manichæorum Episcopus Carthaginem venit, magnus laqueus Diaboli qui per suauiloquentiæ illecebras implicabat multos. Hunc vt omnium doctrinarum peritissimum Augustinus audire desiderauit.
384. ætat. 30. De hoc lib. 6. Confes. ita scribit: Ecce iam tricenariam ætatem ger- bam, in eodem luto hæstrans, dicebam: Ecce Faustus veniet & exponet omnia. Hoc tempore cum Iustina Valentiniani Imp. mater, Ariana, D. Ambrosium pet- secura esset, instituta est Psalmodia in Ecclesia Mediolanensi. Confes. 9. 7. Eodem anno Mediolani Augustinus professus est Rhetoricæ, & (vt ipse loquitur) victo- riosam loquacitatem victus cupiditate vendebat. Hic audiuit Ambrosium publicè docentem: Veniebant, inquit Augustinus, in animum meum simul cum verbis quæ diligebam, etiam res, quas negligebam: & dum cor aperirem ad excipien- dum quam disertè diceret, pariter intrabat & quam verè diceret: gradatim quidem.
387. ætat. 31. Mediolani Calend. Ianuar. Bautonem Coss. pro sua Rhetorica profes- sione laudauit. Eodem anno, qui erat 12. à 19: Collocutus est cum Potitiano de suis erroribus. Postea cum Alipio de sua conuersione sermonem instituit. Confes. lib. 8. cap. 6. 7. 12.
386. ætat. 32. vel 387. ætat. 33. baptizatur ab Ambrosio die Paschæ: quo & Can- ticum illud: Te Deum laudamus &c: natum esse ferunt. Posidonius ait, cum ba- ptizatum cum esset 30. annis maior. Et ipse alicubi ait, se anno deum 12. post 19. ætatis suæ, adhuc hæsitantem de religione disputasse cum Potitiano.
388. ætat. 34. post mortem Maximi, relicto Mediolano, reperit Africam: in quo itinere piè & placidè expirauit apud Ostia Tiberina mater eius Monica matrona religiosa, ætat. 76. Augustini verò 33. (completo) & currente 34.
- Reuersus in patriam, triennium fere, teste Posidonio, in sacrarum literarum studijs in domo propria agrisq; paternis consumpsit, & (vt Posidonij verbis vtamur) abe- natis à se curis sæcularibus, cum ijs, qui ei adhærebant, Deo vivebat ieiunijs, ora- tionibus, bonisq; operibus, in lege Domini meditans die ac nocte: Et de ijs quæ sibi DEVS cogitanti atq; oranti reuelabat, præsentis & absentes sermonibus ac libris docebat.
391. ætat. 37. factus est Presbyter in Ecclesia Hipponensi, quam docuit an. 40.
394. Concilium Bagaiense: 24. April. de quo Aug. tomo 7. contra Cresconium lib. 4. cap. 39.
397. ætat. 43. interfuit tertio Concilio Carthaginensi: quod testatur in romis Con- ciliarum nominis eius subscriptio.
398. ætat. 44. interfuit quarto Concilio Carthaginensi.
400. ætat. 46. Concil. V. Carthag.
407. ætat. 53. Huc pertinet liber de Actis Augustini cum Felice Manichæo, tom. 6.
410. ætat. 56. capta iam Roma, libros de ciuitate DEI scribere instituit: quod opus per aliquot annos eum tenuit, alijs occupationibus intercurrentibus. Re- tract. 2. cap. 43.
417. ætat. 63. Pelagij errores refutare cœpit.
418. ætat. 64. Huc pertinet liber de gestis eius cum Emerito Donatistarum Episco- po, 12. Cal. Octob.
419. ætat. 65. Concilium VI Carthaginense Episcoporum 217. damnauit Pelagij dogmata. Sic lib. Concil. & Marianus. Verum Prosp. Iorvand. & Contractus referunt ad 418. Toto verò Ministerij sui tempore confutauit Arianos, Mani- chæos, Donatistas & Pelagianos magno successu.

430. *ætat. 76 moritur: 8 anno Theodosij: Marianus: Iornan: Contract. & Trithe: vbi etiam obseruandū quod mors Augustini insignem annum Mundi 4400. Centenarium & Iubilæum attingat. Hanc verò alteram nostram annorum Augustini consignationem, lector candidissime, vt & προφῆαν accipies, eiq; tantum tribues quantum coniecturis solet; præsertim cum nos quocq; de ea nihil adfirmemus aut determinemus.*

PALLADIUS ad Scotos in **CHRISTVM** credentes à Cælestino Pontifice Rom. primus mittitur Episcopus: anno 430. Beda histo: Anglicæ cap. 13. Prosp.

EVAGRIUS Scholasticus, Epiphaniensis, Chronicon suum Ecclesiasticum ab hoc tempore orditur, quo Nestorius Ecclesiam erroribus & seditionibus repleuit. Complexus est Euagrius narrationes annorum 164, vsq; ad 594 **CHRISTI**.

THEODOSIUS Imp. mense Nouemb. literis hinc inde ad Episcopos missis iussit eos ad proximi anni Pentecosten Synodum Ephesinam interesse, deq; Nestorij dogmate cognoscere & pronunciare. Vide acta Synodi:

Synodus Ephesina: Oecumenica tertia: Episcoporum amplius 200: autoritate & mandato Theodosij iunioris, Imp. coacta: (post Nicenam Synodum anno 106) in qua profligata ac damnata est hæresis Nestorij, qui sublata duarum naturarum in **CHRISTO** vniōne hypostatica duas in eo personas constituebat. Negabat enim has propositiones: **DEVS** est natus ex virgine & crucifixus. Mariam contendebat appellandam esse non θεοτόκον id est, Deiparam: sed ἁγιοτόκον id est, Christiparam. Hinc aut ipse aut alij hoc extruebant, Homini **CHRISTO** adfuisse λόγον non vniōne personali, sed per societatem, siue adfistentiam, sicut **DEVS** adest Eliæ & alijs Sanctis. Huius Concilij Rector ac princeps fuit Cyrillus Episcopus Alexandrinus, cuius diuina scripta apud Orthodoxos in summa veneratione meritò habentur. Primus patrum confessus factus est 20. (alij 22.) Iunij. Vide Acta Synodi & Socr. Euagr. Cedre. Zona. & Vincentium Lyrinensem.

BONIFACIUS Africa gubernator Romæ accepta magistri militum dignitate post Aetium bello superatum, tercio mense morbo extinctus est. Aetius pristinam potestatem recepit. Prosp. Marcell. Diac.

IOHANNES Monachus cognomento Cassianus Malsiliæ clar. Prosp. P. de Natalib. lib. 7. c. 59.

VINCENTIUS Lyrinensis librum scripsit pro Catholice fidei antiquitate aduersus profanas hæreticorum innouationes: anno 3 post Synodum Ephesinam, vt ipse tempus hoc annotauit.

MAXIMVS, Taurinensis Episcopus, cuius homiliae ab Alcuino collectæ passim leguntur, hoc sæculo vixit. Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 9.

CODEX Theodosianus, Imperatorum Constitutiones vetustas continens, hoc anno absolutus & Constantinopoli editus est 25. Febr. quod docet præfationis subscriptio.

Die 11. Iebr. pax cum Genseric & Vandalis composita est, & concessa eis ad habitandum per triennium in Africa portio ad Hipponem urbem. Prosp.

GOTHI in Gallia pacis placita perturbant, plerag, municipia sedibus suis vicina occupant, Narbonensi oppido maxime infesti, quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Littorium ducem, ab viroq; periculo liberatum est. Nam per singulos equites binis tritici modijs aduectis, hostes strenuè in fugam vertit, & oppidum annona impleuit. Prosp. Diac.

GENSERICVS Vandalorū Rex pacem cum Romanis compositam in bellum seu cladem Ecclesie conuertens, intra regni sui limites Catholicam fidem subuertere, eamq; Ariana impietate ob-

ruere studet, & Episcopos non solum Basilicis suis, sed etiam ciuilitatibus pellere conatur: Verum illorum constantia nullis superbissimi Regis terroribus cedit. Quatuor etiam Hispani, Arcadius, Probus, Paschasius, & Euty chius, Genserico ob sapientiam & fidele obsequium chari, cum in Arianam sectam transire nolent, primum proscripti & exilio mulctati, tandem atrociss. supplicijs excruciat, & diuersis mortis generibus interempti, illustri martyrio occubuerunt. Puer etiam Paulillus, Paschasij & Euty chij frater, propter elegantiam formæ & ingenij, Genserico acceptus, cum à professione atq; amore Catholicæ fidei nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus ad infamem seruitutem damnatus est, nec ideo, vt apparet interfectus, ne de superata sæuitia impij Regis etiam illa ætas gloriaretur. Prosp. Diac.

CYRILLVS Cyclum 95. annorum componit incipiens ab anno 153. Diocletiani. Marianus. Sigeb. & Isidorus lib. 6. cap. 17. Ergo inter Pascha huius & 532. anni, 95. intercesserunt, & vbi Cyrillus desinit, ibi Dionysius Exiguus incipit. Obserua etiam hunc esse era Diocletiani annum 153. Vnde supputationis nostra certitudo comprobatur.

4408 IOHANNIS Chryso stomi corpus 27. Ianua. Constantinopolim transfertur, magnoq; cum honore & veneratione terræ mandatur anno 35 post, quam ille vrbe Constantinopoli pulsus erat, à morte verò eius 31. Marcel. Socr. Cedr. Niceph.

4409 LITTORIVS Romanorum Dux, dum Aetij gloriam superare nititur, & aruspicum responsis demonumq; significationibus fidit, cum Gothis imprudenter & infeliciter manum conferit, & amissa exercitus sui parte ipse in hostium manus venit. Prosp.

CARTHAGO, à Vandalis duce Genserico capta 18. Octob. (alij 19.) anno 58; post, quam in Romanorum potestatem venerat. Gensericus dolo eam inuasit, de cuius amicitia ob recens cum Romanis factum factus nihil metuebatur: præcipue nobilitati atq; religioni insensus, ostendit, se non tantum hominibus, sed etiam DEO bellum inferre. Prosp. Hanc cladem describens ac deplorans Victor Episcopus Vticensis, refert, Gensericum Ariantum post multa crudelitatis suæ exempla in pios edita, maximam Clericorum nudatorum & spoliatorum turbam nauibus impositam Africa expulisse, quos diuina miseratio navigatione prospera Neapolim Campaniæ perduxerit. Plura de hac persecutione apud eundem.

Hoc anno desinunt Chronica Socratis, Sozomeni, & historiæ Trizartitæ: Ac etsi in Sozomeno quædam desideramus; tamen ipse ait, se perduxisse Chronicon suum vsq; ad Theodosij Consulatum 17. qui in hunc annum incurrit. Estq; hic annus à nato Augusto Cæsare 500. à Roma condita 1190.

4410 LEO eius nominis primus, dictus Magnus, declaratur Romanus Pontifex circa 8. April. Onuph.

Huius viri scripta vtilissima hodie cum fructu multo leguntur. Hinc ad Leonis X. Pontificatum 1073: ad eius mortem 1081.

GENSERICVS Carthagine potitus, superbia & plura possidendi cupiditate longius prouectus, Siciliam cum classe aggreditur, eamq; grauiter affligit & vastat. Cassiodorus. Hinc incipit SICILIAE HISTORIA POSTERIOR ab Huberto Golzio scriptore doctiss. & accuratiss. exposita: eaq; extenditur in annum Christi 1559: Tota illa expositio complectitur annos 1120.

Hic annus Mundi 4410, est insignis climacter Septenarius, quia 4410 sunt sexagies & ter 70: vel nouies 490: vel septies 630. Per hæc tempora in Ecclesia clari fuerunt, Sedulius Scotus, Philippus Presbyter, Iunilius Episcopus, & Prosper Aquitanicus, quorum omnium scripta ad nos peruenerunt.

Attila

441
ATTILA & BLEDA fratres, Hunnorum Reges transmissis Istrum im-
mensas Hunnorum copias in Romani imperij fines traducunt, & castella in
limitibus Istri ad tutelam imperij posita delent. Hinc Hunnica bella omnium
cruentissima & terribilissima. Procop. Marcell. & Iornan. de rebus Gothicis.
Sigo.

THEODOSIVS bellum mouet Genserico, & Vandalis Africam tenentibus,
per duces suos Ariobindam & Anaxillam: sed illi longis cunctationibus ne-
gotium differentes, Siciliae magis oneri quam Africae praesidio fuerunt. Gen-
sericus tamen legatos ad Theodosium de pace misit, quam ille, Hunnorum ad-
uentu territus ei non inuitus dedit, ne gemino bello implicaretur. Ab hoc
anno Victor Vticensis, lib. 1. persecutionis Africae numerat 37. annos, & 3.
mensis regni Genserici in Africa. Nam scribit Gensericum anno regni sui
15. diripuisse Romam: quae supputatio ad nostram quadrat. Quod autem
sub Christi anno 426. Genserico annos regni 51. assignauimus, id ab hac sup-
putatione non discrepat, quia ab alio principio, nempe ab eo anno quo Gense-
ricus patri suo defuncto in Vandalorum regno successit, numerantur 51. anni:
sed 37. ab hac Vandalorum cum Romanis pace supputantur.

442
Hanni Thracias & Illyricum seua populatione vastare pergunt: Valentinianus
Imp. & Gensericus pacis foedus constituunt, & Africam certis spacijs inter se
diuidunt: fuit pax magis necessaria quam utilis. Sigeb. Cass. Iorda. Diaco.

444
ATTILA Hunnorum Rex Bledam fratrem & imperij consortem per insi-
dias perimit, & parricidio ad imperij culmen ascendit. Prosp. Iornan. Cas-
siod. (Marcell. ad seq.)

445
PROSPER Aquitanicus Chronologiam suam hoc anno terminat, quam dein-
ceps Mattheus Palmarius Florentinus vsq. ad annum Christi 1481. deduxit.
Rectius tamen studiosi facient, si ex Chronographis Graecis & Latinis tempo-
rum ordinem & historiarum cognitionem petent. Legantur itaq. Zonaras,
Cedrenus, Nicephorus, Procopius, Iornandus, Marcellinus, Paulus Diaconus,
Sigebertus, Regino, Marianus Scotus, Hermannus Contractus, Lam-
bertus Schafnaburgensis, Urspergensis, Naclerus & alij complures, qui tem-
pora aliquo vsq. a se continuata alijs pertexenda reliquerunt.

CYRILLVS Episcopus Alexandrinus obiit anno Theodosij 39.
Cedre: p. 281. Cum in Alexandrina sede 32. annis enitisset.
Niceph. 14. 47. Ei successit Dioscorus, Cyrillo dissimilimus: ut-
pote Eutychianus.

447
Liber Nouellarum Constitutionum Theodosij, quas ille ad suum Codicem adijci
voluit, editus est Cal. Octob. quod ex praefatione patet.

Hoc ferme tempore Anglorum siue Saxonum gens inuitata a Rege Britannico
ad defendendam contra hostes Britanniam, tribus longis nauibus aduecta
est, sed cum post partem victoriam promissa stipendia sibi non solum quiritar-
entur, in Britannia a se defensa perpetuum domicilium ac sedes fixerunt,
qua occasione Britannia in duos regna, Anglorum & Scotorum diuisa est. Hunc
euentum alij referunt ad an. 449: sed Beda ab hoc tempore annos introitus
Saxonum in Britanniam numerat. Nam annus Christi 596, est ei 150,
Anglorum: Christi 627, est ei 180. Item 731, est ei 285. Vide Bedam
Anglice histo. lib. 1. cap. 13. 23. Item Cranzium Saxonie lib. 1. Diac. 14.

Anno 20. post Nestorij ordinationem, Eutyches Archimandrita siue
Abbas Constantinopolitanus, haeresin condidit de confusione dua-
rum naturarum in CHRISTO, argumentando procedens ab vna
persona ad vnam naturam, quemadmodum econtrario Nestorius
ex duabus naturis, duas in CHRISTO personas asseruerat. Euag.
Contract. Niceph. Marian. &c.

449
Collecta est Synodus Ephesina II. latrocinij infamis & propterea ap-
pellata *μωσικη* id est, praedatoria, siue latrunculorum concursus.
Nam Dioscorus Episcopus Alexandrinus, & alij, ad hanc sacram
pugnam,

pugnā, pro gladio spiritali & mente sana, attulerant robustos sac-
certos ac pugnos: pro scripturæ testimonijs stipatorum manum:
armorumq; terroribus, minis ac metu sacerdotibus trepidis Euty-
chiani delirij approbationem extorserant: inprimis verò Theodosij
Imp. autoritate, bonitate & credulitate abusi fuerant ad corrogan-
da suffragandaq; suffragia. Ipsum tamen Eutyichis dogma à mala ori-
tū radice non potuit diu florere vel *εὐτυχῆσαι*: sed post biennij mor-
tuo Theodosio redditaq; Episcopis linguæ libertate, in Concilio
Chalcedonensi defloruit & emarcuit.

Dioscorus Flavianum Episcopum Constantinopolitanum aduersan-
tem Eutyichi, ex insidijs interficiendum curauit: Hic est Flavianus
ille, ad quem hoc ipso anno Idib. Iunij Leo papa scripsit insignem
illam planeq; Orthodoxam Epistolam, qua Eutyichis dogma de dua-
rum in CHRISTO naturarum confusione piè ac dextrè refellitur, &
doctrina de Communicatione Idiomatum ita illustratur, vt erudi-
tis hæc Epistola sit instar gnomonis, ad cuius indicium in difficultum
disputationum explicatione sententias suas dirigant & conforment.
Eam tamen fidei decisionem incorruptissimam, Eutyichiani vt hæ-
reticam damnarunt & reiecerunt teste Euagrio lib. 3. Plura de hui-
us Conciliabuli violento processu apud Zonaram, Cedrenum, Nie-
ceph. Euagr. &c.

*MEROWAEVS III. Francorum Rex regnare capit (ab imperio Augusti an-
no 490, id est, Septies 70) à quo Franci cognominati sunt Merouingi. Egin-
hart. Sigeb. Aemilius. Tritt.*

4420 THEODOSIVS iunior, equo collapso afflictus, inq; lectica domum relatus
moritur Constantinopoli 28. Iulij at at. 50. indictione tertia, vt habet Theo-
dorus Lector & alij. Hic Imp. plus iusto procliuis fuit ad obsequendum fa-
miliaribus aliquid suadentibus, adeo, vt sepe schedis non lectis subscriberet:
quod cum Pulcheria Soror eius animaduertet, callidè sub prætextu petendi
muneris, per litteras petebat, sibi in seruitutem tradi Eudociam Imperatoris
Coniugem: Quod cum ille sigillo mox confirmasset, Soror monstratis & le-
ctis litteris acriter eum obiurgauit, atq; vt in talibus accuratationem adhiberet
monuit. Diaconus prolixè recitans huius Imp. laudes hoc quoq; memorat,
cum à quodam interrogaretur, cur nullum eorum, qui ipsum leserant, subie-
cisset supplicijs & morti? vitnam, inquit, possem mortuos in vitam reuocare.
Ante obitum Theodosius cognita Flauiani cade nefaria, errorem suum serio
deplorauit, quod Chrysaphio Eunuchò, qui Imperatoris simplicitati imposue-
rat, in tutandis Eutyichianis obsecutus esset: ideoq; eum in insulam quandam
relegauit, quem Pulcheria paulo post interfici iussit. Cedren. Marcell.

MARCIANVS Rom. Imp. an. 6. mens. 6. dieb. 10. Diac. & Theodorus
Lector.

Hic crebro habuit illud in ore Dum in pace esse possemus, arma non induamus.
Est annus ab V. C. 1200. completus: ab imperio Augusti primog; eius Consu-
latu 490. Compl.

4421 SYNODVS Chalcedonensis: Oecumenica quarta: 630 pas-
trum: à Marciano indicta celebratur Chalcedone in templo S. Euz-
phemix martyris, die 8. Octob. ipso Marciano Imp. præfente: in
qua anathemate percussus est Eutyches, qui negabat, in CHRISTO
duas permanere naturas post earum vnionem: Cum enim Nestorij
errore profligato didicisset naturas in CHRISTO discernendas, sed
non distrahendas, aut personam diuidendam esse: ad contrariam de-
lapsus hyperbolen, contendit naturam humanam conuersam esse in
diuinam, atq; ita pro personali vnione introduxit confusionem na-
turarum: quarum proprietatibus vel permixtis, vel permutatis, vel
quomodocumq; conuersis aut confusis, nullum earum discrimen
relin-

relinquitur. Huius autem hegogij apex atq; caput est, vt in CHRISTO duo illa considerentur & retineantur: naturarum personalis unio: & naturarum distinctio. Illam negauit Nestorius: hanc Eutyches. Quare de Vigilij Episcopi Tridentini lib. 2. Nestorio committens Eutychen inter cetera sic loquitur: Nestorius duas inueniens naturas, duas putauit esse personas: Eutyches respiciens vnā personam, vnā censuit esse naturam: Et quia est in Christo & naturarum proprietates & persona unio, Nestorius proprietatem attendens naturarum, à persona excidit unione: Et Eutyches vnā inueniens personam, à naturarum proprietate descidit, & ipsam diuinitatem asseruit passam. Vides quanti periculi res sit aut vnā in Christo non credere personam, aut duas nolle profiteri naturas. Dum vnā contra Nestorium Christi defendo personam, existimor secundum Eutychen humanam negare naturam: Dum contra Eutychen duas assero naturas, existimor secundum Nestorium duas profiteri personas, quia ille duabus naturis duos Christos, duasq; personas credidit ascribendas. Hactenus Vigilij. Deprehenso itaq; & repudiato errore S. Patres decretis Synodi prædatorix resciscis, Eutychen damnarunt & sacerdotio abdicarunt. Dioscorum item Episcopatu detrusum Synodus iussit in exilio ἀρούρη, de quo lege Euagrium, Cedr. Zonar. Niceph. & Decret: distinct: 15 & 96. Hæc sunt quatuor illa Concilia Occumena: Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense, quæ Gregorius Magnus Rom. pontifex in Epistolis ait, se ita recipere ac venerari vt quatuor Euangelia. Et hæc celebrata sunt sub quatuor Imp. scilicet, Constantino Magno, Theodosio Magno, Theodosio iuniore & Marciano. Distat Synodus Chalcedonensis à Nicena annis 126: de cuius æra alibi disputabimus.

Pugna Catalaunica.

Hoc ipso anno, postquam Attila in Galliam irruerat, & aduentante Romano exercitu ab urbis Aureliana oppugnatione reuocatus fuerat, accidit memorabilis illa Attilæ cum Romanis pugna in campis Catalaunicis, plurimorum scriptis decantata, de qua lege Iornandum, Marcellinum, Sigebertum, Marianum, Diaconum, Biondum, Bonfinium, Naucherum, Tritheimium, Cranzium &c. Interfuerunt huic prælio ex altera parte Attilæ Hunnorum Rex, eiusq; socij Ostrogothi, Gepiæ, & Germania populi, Quadi, Marcomanni, Heruli, Turcilingi, Thuringi, Saxones, ad quingenta millia hominum. Ex altera parte Aëtius dux Romani exercitus, Meroneus Francorum Rex, & his iuncti Gothi, Franci, Alani & Burgundiones. Hi exercitus, vt Iornandi verba recitemus, tanta animorum pertinacia consixerunt, vt 162, millia hominum vtrinq; caesa referantur, exceptis 90 millibus Gepidarum & Francorum, qui prælio præli noctu sibi occurrentes mutuis concidere vulneribus, Franci pro Romanorum, Gepiæ pro Hunnorum parte dimicantibus. Cuius belli vix vllum simile narrat antiquitas. Nam rivulus memorati campi, ripa humili prolapsus, peremptorum vulneribus sanguine multo prouectus, non aëlis imbribus, sed liquore concutatus insilito, torrens factus est cruoris augmento. Hæc ille. Aëtius etsi prælio fuit superior: Attilam tamen vsq; ad internecionem delere non potuit, quin imò ille etiam potiore exercitus parte amissa, nequaquam animo concidit, sed ex Aëtij discessu spe concepta, in ea loca, vnde exierat, sese recipiens, vires collegit, & exercitum instaurauit ac suppleuit, ipsi Italiae maioribus copijs bellum illaturus. Hic est Attila, qui arroganter dixit, stellas præ se cadere, terram tremere, se malleum esse vniuersi orbis. Cumq; Eremita quidam ei dixisset, Tu es flagellum DEI, victa Christiani populi corrigens: iussit illud titulo suo adici, de quo vide Nicolaum Olahum lib. 6. apud Bonfinium.

Hoc demum anno Attila redintegratis viribus Italiam infesto cum exercitu inuadens, aduentu suo ciuitatibus cunctis incredibilem iniecit terrorem. Aquileiam urbem potentissimam à ciuibus desertam funditus deleuit: Ticinum atq; Mediolanum excidit, & illud ipsum incendium ad reliquas etiam Italiae

urbes circumtulit, quas vel diruit, vel diripuit, vel flammis absumpsit. Vide Procop. Diaco. Castod. Marcell. Iornan. Sigeber. &c. Distat hic Italia luctus à clade Cannensi annis 666. Sunt qui ab Aquileia excidio primordia clarissima & florentissima urbis Venetiarum deducant, eamq; hac occasione natam tradant. Cum Attila eandem facem, qua Aquileiam inflammauerat, reliquis Italiae urbibus se admoturum minitaretur, potentissimi quiq; urbium illarum ciues relicta patria vetim Insulis per fugia quarentes, vel stagnis, paludibus, ac fluuijs salutem suam permittentes, de seaiibus, domicilijsq; suis alicubi figendis, urbibus extruendis, & Rebuspub. constituendis deliberarunt. Cumq; in Adriatici sinus orarius altus videretur cateris locis tutior & ad omnia commodior, Respub. Veneta condita est, cuius maiestas hodie, vt quidam dixerit, multo verius quam Aegypti pyramides inter mundi miracula recensetur. Sed de anno, quo urbs illa condita coepit, dissentiunt scriptores, alij annum Christi 425: alij 430. alij item 453. aut 456, definitiuis. Vnde autem ista se habeant, si ab Attila in Italiam irruptione (inclusiue) numeratio instituenda est, hic praesens nati Christi annus 1580. (quo ista scribitur) erit ab eo tempore 1129: à Roma condita 1203: Consule Blondum, Sabellum & alios rerum Venetarum scriptores. Hic est Leone teste annus 74. à primo Consulatu Theodosij magni, de quo alijs.

4423

Cum Attila Romam direpturus putaretur, Leo Papa legatus à Valentinianno missus, Attila placato & exorato perfecit, vt ille non solum à Romae oppugnatione absterneret, sed etiam data & firmata pace, Italia tota excederet. Diac. & alij.

Attila interrogatus cur Leoni tam placabilem se prabuisset, respondiisse fertur, se non illum, sed senem quendam Leoni à tergo astantem fuisse reueritum, qui stricto gladio ipsi mortem intenterat, nisi pontificis postulatis acquiesceret. Sigeber. Iornan.

4424

Hic annus vita exiit Attilam Regem Hunnorum, Thorismundum R. Gothorum, & Aetium Romani exercitus ducem: à morte Pompeij Magni 500. Attila cum in nuptijs regio apparatu celebratis, vino se largitus ingurgitasset, per somnum sanguine e naribus erumpente suffocatus est, & humani generis diutine vexationi finem aliquando vel mortuus attulit. Hic fuit exitus hominis, qui stellas armis territare sibi videbatur. Armis inuictus, vinctus amare fuit. Callimachus experiens extinctum prodidit an. etat. 56. Alij Attila interitum in annum superiorem conferunt: sed nos Marcellinum sequimur.

Aetius vir bellicosissimus, qui ex Agricola Magister militum factus fuerat, & Attilam in campis Catalaunicis fugarat, hac occasione peremptus est: Maximus quidam erat è senatoribus vnus & quidem è stirpe Maximi tyranni illius, quem Theodosius Magnus debellauerat ac sustulerat: hunc vxor erat formosissima, cuius puicitia Valentiniannus, insano amore incensus, vim intulit. Maximus ac tollendo Valentinianno cogitans, & vino Aetio se nihil profecturum expendens, Aetium per Eunuchos Valentinianno suspectum reddidit, quod rebus nouis studeret, & imperatori omnem rerum gestarum gloriam laude sua eriperet. Valentiniannus itaq; de his rebus ita persuasus Aetium ex Gallia Romam accersitum, & nihil tale vel meritum vel metuentem sua manu (vt loquitur Diaconus) aliena autem fraude, interemit. Valentiniannus de Aetij cede deliberans, quendam ex familiaribus interrogarat: Num Aetij mors futura esset Reipub. utilis: respondit ille, hoc ipse videret, bene an male: se id scire, quod Imperator illum occidendo sibi dextram altera manu precideret: quod quidem & euentu ipso comprobatum est. Nam hoc viro extincto, qui ad Reipub. defendendam natus videbatur, simul cum ipso Occidentis imperium concidit & corruit, & Respublica salutis suae dextram amisit. Procop. in Vandal. Marcell. Diaco.

S, Seuer

S. SEVERINVS Monachus, dictus Noricorum Apostolus, in Noricum seu Austriam venit, & religionem Christianam voce sua propagavit. Dicitur prophetiae spiritu claruisse. Cusp. P. de Natalib. lib. 2. cap. 56.

ROMA duce Genserico à Vandalis capta.

455

VALENTINIANVS Augustus, Honorij Imp. è sorore Placidia nepos, Roma in campo Martio 16. Cal. Aprilis ab Aetij amicis vel satellitibus, instigante Maximo, cuius ille uxorem stuprauerat, confoditur aet. 36. Maximus imperium innadit, ac ut solent flagitia, & ijs inflictæ pœna, eiusdem esse generis, Eudoxiam Valentiniiani uxorem vi compressam turpibus nuptijs sibi copulat: Huius iniurie atq; contumelia illa impatiens, Gensericum Vandalorum Regem missis donis & bona spe, plurib. potiundi, ex Africa accersit, & Maximi tyrannide se & urbem Romam liberari petit. Genserico igitur precibus illius annuente, & armata cum classe magnisq; copijs Romam de improviso aduentante, ciues pauore correpti ex urbe in loca tutiora profugiunt. In qua trepidatione Maximus tyrannus fugam capeffens à Romanis primum lapidibus petitus, ac inde dilaniatus & membratim dissectus in Tiberim proicitur 77. die post, quàm tyrannidem arripuerat. Die itaq; 12. Iulij (alijs 12. Iunij) Gensericus Romam presidio vacuam, nullo aduersante ingressus, non solum priuatas ciuium domos spoliavit, sed etiam sacrarum ædium donaria auro gemmisq; ornata, nonnulla etiam aurea vasa è templo Hierosolymitano à Tito allata, rapuit, eaq; unà cum Eudoxia & duabus eius filiabus in Africam secum asportauit. Scribit etiam Iustinianus (lib. 1. cap. de offic. præf. Prætorio Africæ) Gensericum imperialia ornamenta in Africam abduxisse. Hoc itaq; modo Roma gentium domina in potestatem venit Vandalorum, qui exactis 14. diebus direptionis, præda onusti urbe excesserunt & Africam repetiuerunt. Ab hoc deinceps tempore, inquit Onuphrius, parum imperij vel maiestatis, si vetera memoria repetamus, Roma habuit. Hac enim Vandalorum clade accepta paulatim concidere incipiens, non multo post cum omnibus provincijs, occidentis imperij nomen & maiestatem amisit. Hac ille. Plura de his Procop. Iornan. Euag. Marcell. Diaco. Zona. Niceph. Sigeb. Marian. Victor. &c.

Hic est annus Roma condite 1206: ab eiectione Roma regibus 961: post captam à Gallis Romam 840, completus: postquam ab Alarico capta fuerat 45 (vel ut Diaconus habet 44, compl.) à principio Nabonassaris 1200, compl. à fine regni Lydorum sub Cræso 1000: à capta Carthagine (incl.) 600: à Monarchia Iulij 500. ab imperio Neronis 400: à Monarchia Alexandri Magni 784: Marcellinus huic euentui assignat indictionem 8: & octauum Valentiniiani Consulatum. Marianus die 12. Iulij feria 3, scribit Romam captam, quæ omnia ad Dionysij tabulas, (quas apud Bedam reperies) collata & examinata quadrant exactissime.

AVITVS, qui post Maximum anno superiore susceperat imperium, Romam veniens atq; inuidia se premi & insidijs peti intelligens, deponit magistratum & ex Imperatore fit Episcopus Placentinus: paulo post moritur. Castido. Sigo.

456

BLONDVS hinc orditur historiam Venetam, de qua supra 452.

MARCIANVS Imp. moritur 7. Cal. Feb. Onuph. (Sigo. 6. Calend. Martij.)

457

LEO Imp. in Oriente an. 17. indict. 10. Theodorus, Cass. Cedre. Euag. Marcell. Vide Iornan. in Geticis.

MAIORANVS in Occidente imperat. LEO Imp. solitus est dicere: Quemadmodum Sol quibus affulserit, ijs calorem impertit: ita princeps clementiam impertiat ijs, quos aspexerit. Cedre.

458

MAIORANVS in Africam traiciens, bellum Genserico frustra infert. Cass. Ingens terræ motus die 14. Septemb. imminente die Dominica Antiochiam concussit, penèq; totam prostrauit, ante cuius initium quidam è populo supra moaum

- modum insanire & omnem beluina feritatem longè superare visi sunt, quasi proæmium eiusmodi cladibus præbituri. Erat is annus Antiochenorum 506: & ab eo terra motu qui anno Antiocheno 159 sub Traiano acciderat, 347. Euagr. 2. cap. 12. Niceph. 15. cap. 20.
- Hæc æra Antiochena insigne præbet documentum annorum r. etè à nobis supputatorum. Vide annos M. 3923, 4081: & 4273.
- 4431 LEO Magnus, Pontifex Romanus, 3. Idus Aprilis (4. Cal. Iulij. Marianus.) moritur, indictione 10. Marcell. Onuph. à morte Davidis regnoq; Salomonis 1500. ab imperio Augusti 501. Hinc ad obitum Leonis X. Papæ 1060.
- MAIORANVS Imp. nihil aduersi suspicans dolo Ricimeris extinguitur 7 idus Augusti. Successit ei Seuerus. Cass. Marcell.
- 4432 Per hæc tempora Mamertus Præsul Viennensis, cum vrbs illa horrendo terræ motu laceraretur ac vastaretur, LITANIA S siue supplicationes, diebus Rogationum decantandas instituit, vt testatur Ptolemæus Lucensis. Volaterra: & hist; Lombardica cap. 66. P. de Natalib. 4. cap. 114.
- CONSTANTINOPOLI cuidam pictori aggresso CHRISTVM forma Iouis pingere, manus exaruit. Eum facinus confitentem Gennadius Episcopus Constantinopolitanus pijs precibus sanauit. Cedr. Niceph.
- 4435 SEVERVS Imp. moritur 18. Cal. Septemb. veneno, vt putatur, Ricimeris fraude peremptus. Roma Imperatore caruit an. 1. mens. prope 8. Interim Ricimer militia dux, magna armatus potentia, Rempub. administravit. Cedr. Cass. Onuph. Vide imperij Romani inclinationem. Quatuor Imp. Occidentales occubuerunt decennij spacio post captam Romam: Maximus, Auitus, Maiorianus & Seuerus: omitto reliquos: qui hos secuti sunt. Distat hoc Romana Reipub. interregnum à capta Babylone & Monarchia Persica principio sub Cyro, annis 1000.
- 4437 ANTHEMIVS, Imperatoris Marciani gener, Romæ prid. idus Aprilis appellatur Augustus, & Seuero surrogatur. Cass. Euag. &c. Hic vt Ricimeris gratiam sibi conciliaret, imperiumq; suum stabiliret, filiam ei in matrimonium collocauit. Fuitq; hic vltimus Occidentalium principum, in quo roboris ac lacertorum aliquid fuit. Sigo. Imperauit an. 5. mens. 2. dieb. 30. Onuph.
- 4440 S. REMIGIVS ordinatur Episcopus Remensis: tenet Episcopatum an. 74. Jordan. Contract. Sigeb. P. de Natal. 9. cap. 9.
- 4441 ASPAR regnum adfectans, vnà cum filio Ardaburio, quem Cæsarem declarauerat, à Leone Imp. capitali supplicio adfectitur. Cass. Marcell.
- 4442 ANTHEMIVS Imp. à Ricimere genero suo contra tus occiditur, & Romæ die 11. Iul. diripitur tertio, postquam ab Alaricho & Gensericò capta & dirupta fuerat. Verum Ricimer hoc scelere perpetrato non diu letatus est. Nam die 39 post, seuisimis corporis cruciatibus extinctus perijt, 14 Augusti. Olybrius etiam qui Anthemio successerat, vix degustato imperio mortuus est 23 Octob. Cass. Euag. Marcell. Iorn.
- Incidit hæc Romæ calamitas in annum à morte Cyri 1000. à Monarchia Alexandri Magni 800: Augusti 500: ab excidio vrbs Ierusalem & imperio Vespasiani 401: à natali Augusti Cæsaris 532 compl.
- 4443 GLYCERIVS 5. Martyj Olybrio sufficitur, in Occidentis imperio. In Oriente vero Leo Imp. nepotem suum Leonem iuniorem, Zenonis suum, imperij consortem facit. Cass. Ced. Zona. Diaco. &c.
- 4444 LEO senior Imp. moritur: Leo iunior parentem suum Zenonem in imperij consortium adsumpsit, & aliquanto post morbo extinctus est.
- ZENO Imp. an. 17. Euag. Diac. Cass. &c. Romæ Glycerius emenso annuo imperij spacio à Iulio nepote compulsus deponit imperium, & fit Salona in Dalmatia Episcopus. Iornan. Euag.

AVGV.

AVGVSTVLVS accipit imperium.

475

ORESTES genere Gothus, Nepotem Imperatorem, qui ipsum honoribus au-
xerat & Magistrum militum fecerat, imperio priuat, & eum in Dalmatias
fugat, felicitatis suae auctori malam gratiam reddens: filium vero suum Au-
gustulum puerum adhuc constituit Imperatorem, 31. Octob. qui imperauit
mens. 9. dieb. 24. Onuph. ex Euag. Iornan. Diac. Marcell. & alijs. Vide
Procopium lib. 1. de bello Gothorum, quorum historiam ille altius repetitam
hinc orditur, etsi 18 tantum annorum bella, Justiniani tempore gesta, de-
scribat.

Hic est annus ab V. C. 1226: ubi obserua Augustulum imperare coepisse anno
500 post, quam senatus Romanus Octavianum Caesarem primum Augusti
appellatione salutauerat & honorauerat. Fato igitur quodam Romani vlti-
mum hunc Occidentalis imperij principem, qui puer erat, diminuto nomine
Augustulum appellarunt, ut intelligeretur nunc demum anno 500 à nata
appellatione Augusti, una cum vocis mutatione, ipsam quoq; Augustalem di-
gnitate, imperij, Romani Maiestatem diminuendam, immutandam, aut alio
transferendam esse. Saepe etiam regna sub ijs Regibus desciunt, concidunt
aut mutantur, qui eorundem regnorum conditores ac fundatores nomine re-
ferunt. Ita regnum Persarum sub Dario ceperat & creuerat: sub altero
Dario corruit ac desijt. Eadem etiam fuerunt nomina Philippi Maccdonis &
Philippi patris Persei: Bruti primi Cos. & Bruti intersectoris Iulij: Con-
stantini magni, qui Constantinopolim condidit, & Constantini Paleologi, cui
urbem illam Turci eripuerunt: item Augusti & Augustuli: ut interim de
Regibus Galliae, aliarumq; nationum taceamus.

IMPERIVM ROMA- NORVM IN OCCIDENTE DESIIT.

476

ODOACER Herulorum Rex Romam obtinuit, & Oreste trucidato, Augu-
stulum imp. rio se abdicare coegit, atq; ita Romanorum imperium in occiden-
te desijt, barbaris Romae & in Italia dominantibus. Odoacer primus Italiae
Rex in Occidente regnat an. 16. mens. 6. dieb. 13. Onuph.

ROMA IIII. capta ab Odoacre Rege. Sigo. Fuit autem mutationis illius
hac occasio: Cum Romani receptis in societatem Scythijs, Alanis & Gothijs, in-
gentia mala ab Alarico & ducibus Gothorum, aliquot iam annis, perpesti es-
sent, Romanorum principum potentia ac dignitas ita fracta & veluti suo
quodam senio debilitata atq; attenuata est, ut illi sub decente societatis & fœ-
derum nomine à peregrinis & barbaris populis impudenter ac nefarie ad ple-
rag, inuiti cogereentur. Tandem vero Orestes cum occiso Nepote imperium ra-
pisset, illudq; Augustulo filio suo tradidisset, fœdus cum Genserico Vandalor-
um Rege in Africa fecit, quod huius amicitiam ad pacis diuturnitatem, re-
gniq; incolumitatem sibi profuturam speraret. Verum dum ille timet ab Aus-
stro, seu a tempestat ab Aquilone orta, eum obruit. Nam Odoacer, qui quon-
dam Orestis armiger fuerat, & Italiam norat, spe prædæ illectis & excitis
Herulis, Turcilingis, Rugijs, alijsq; gentibus, traiecto Danubio Italiam inua-
dit & occupat, atq; 23 Augusti à suo exercitu proclamatus Rex Italiae, non ita
multo post Placentia Orestem necat: Romam capit: & Augustulum purpura
exutum imperio se abdicare cogit, eumq; in quodam Campaniae castello exula-
re, priuatumq; vivere iubet. Ita Imperium populi Romani Occidentale occidit
ac defecit, barbaris & peregrinis Italiam firma possessione tenentibus. Et hæc
quidem *causa* vel confusionibus plenum interregnum capit anno centesimo
postquã sub Valente Imp. Gothi in Italiam intromissi imò nauigijs introducti
fuerant. Interregnum hoc, quo Occidens sine Impp. fuit, durauit annis 324:
mensibus 4: vsq; ad Carolum Magnum Imperatorem Romae coronatum, anno
Christi

Christi 800 expleto. Odoacer reiecto & repudiato Imperatoris illustri titulo, Regem Italia se adpellari voluit. Augusti etiam nomen honorificum ex hoc tempore à Regibus occidentis non est in titulis usurpatum, quod ut olim fuit florentissimum, ita in Augustulo exaruisse aut expirasse videri potest. Plura de hoc anno Procop. Iornan. Marcellin. Cass. Diac. Euag. Cedre. Niceph. Onuph. Sigon. & Galzins in Elencho Regum Siciliae.

Hic est annus ab V. C. 1227: ab expulsis Roma Regibus 982: à primo consularu Iulij Caf. 532 expletus: à Monarchia Iulij 522: à morte Iulij 518: ab Augusti Monarchia 505. Hec ipsa vrbs capta fuit à Gallis ante annos 862: ab Alaricho ante 66: à Genserico ante 21. Hinc ad captam nostro tempore Romam 1051.

ODOACER Italiam ingressurus, dicitur S. Seuerinum Monachum de euentu belli consuluisse, atq; ab eo benedictionem petisse: quem ille his verbis dimiserit: Perge Odoacer in Italiam vilissimis nunc pellibus tectus: verum multus propediem preciosa multa dilargiturus. Sigo. Sigeb.

4448 GENSERICVS Vandalorum Rex tyrannidis & vitæ finem fecit, post captam à se Romam anno 23: post Carthaginem occupatam 39: à morte Alexandri Magni 800. Huic successit non melior filius Hunericus, secta Ariani, regnavit an. 8. Iorda. Procop. lib. 1. Vandal. Gensericus iam S. nex, inquit, testamentum condidit, in quo cum alia multa Vandalis mandaret, tum ut per manus eius regni successores, propinquiori ex genere virilis proles, traderentur, & ex his qui aetate praeceperent. Deceffit post Carthaginem à se captam anno 39. Victor vero Viteosis lib. 2 persecutionis Africa ita scribit: Hunericus Genserico patri succedens in primordio regni, ut habet subditas barbarorum, cepit mitius & moderatius agere, maxime circa religionem nostram, ut etiam ubi antea sub Genserico predicatum fuerat, ne conuentus Spirituales fierent, nunc conuepticula concurrerent populorum. Et ut se religiosum ostenderet, iubet inquiri hereticos Manicheos, ex quibus multos incendio absumpsit, plurimos etiam nauibus transmarinis abduxit quos penè omnes reperit esse sua religioni nempe Arianae heresi addictos. Vnde magis erubescens, amplius exarsit. Hic cupiditate insatiabili bonis subditorum nostram varijs exactionibus eos onerabat, ut de illo precipue diceretur, Rex egens reuditibus, magna calamitas est. Ibidem viae de Eugenio viro sancto & thodoxo in Episcopum Carthaginensem electo, magna cum Ecclesia DElecticia.

4454 Anno septimo Hunerici Regis per totam Africam coepit Catholicorum sæua & horrenda persecutio, cuius atrocitatem Victor Viteosis ita descripsit, ut Lector non solum de summa crudelitate in Homouianos vel Orthodoxos nihil prætermisum fuisse intelligat, sed etiam exempla piorum hominum diuinitatis CHRISTI professionem feruentissimo Zelo vitæ & incolumitati suæ præferentium, admirabundus intueatur: Si nitatur aliquis, inquit Victor, ea saltem perscribere, quæ in vrbe Carthagine gesta sunt, ne ipsa quidem nomina tormentorum dicere poterit, quæ res hodie cuiq; proposita demonstrari potest: ubi alios sine manibus, alios sine oculis, alios sine pedibus, alios truncatos naribus auribusq; videas &c. Procopius scribit suo quoq; tempore Byzanti quosdam impedita voce vsos fuisse, quorum linguas Hunericus incidi iusserat, ut eiusmodi suppliciorum metu Christianos reliquos ad Arianorum sectam traduceret.

Hoc anno Cos. fuit Theodericus Rex Ostrogothorum: Estq; annus ab exitu ex Aegypto 2000 compl.

4455 Sceleratissimus Hunericus Vandalorum Rex, qui Christum de diuinitatis suæ throno deicere nitebatur, in medio furoris sui cursu ab eo quem persequebatur repressus & meritis suis digna morte extinctus est. Nam ut autor est Victor

Victor corpus eius putrefactum vermibus ita scatere & ebullire cepit, ut non corpus sed corporis partes sepulta sint. Ei successit, teste Procopio, Gundabundus, qui Christianos imitatione suorum supplicij etiam maioribus adflixit, & 12 annis regnavit.

CLODOVEVS Francorum Rex, regnat annis 30: nempe 15 in gentilitismo: 15 in Christianismo, quem primus Regum Francorum suscepit. Sub hoc ipso rege, Romanum Imperium in Gallijs defecit, quando Cloaonius, victo & occiso Syagrio, Sueffionem Gallia urbem & reliqua oppida Romanis eripuit, atq; suo imperio subiecit. Iornan. Sigeb. Trith. & scriptores Gallici. Numerantur a fine belli Gallici sub Iulio Cesare huc vsq; anni 532, qui numerus appellatur Cycius magnus.

Hic est annus 60 ab adventu Vandalorum in Africam quo Victor Vticensis extincto Honoricho historiam persecutionis Africe scripsit.

Odoacer Febano vel Feletio Rugiorum Rege victo & capto potitus, Rugios in Italiam transtulit. Cassiodo.

ZENO Imperator ut Italiam sibi assereret Theodericum Gothorum Regulum hortatur ad inuadendam Italiam, & oppugnandum Odoacrem, quod praterius & equum Italia regnum rapuisset. Procop. Jornand.

Hinc ordinur Leonhartus Aretinus historiam belli Italici aduersus Gothos, que continet 64 annos & adiuncta est Procopij & Iornandi scriptis.

THEODERICVS Amalus, Theodemi filius, Valamiri nepos, comitante Gothorum gente, Italiam ingressus, ad amnem Sontium, non procul ab Aquileia, Odoacrem magno pralio superatum in fugam conuertit: Eodem anno repetito conflictu ad Veronam Theodericus exercitum Odoacris contriuit & terga dare coegit. Theodericus item Veronam inuasit. Cass. Diac.

THEODERICVS Rex tertio certamine superauit & prostrigauit Odoacrem, qui cum sibi introitum urbis Roma a ciuibus precludi cerneret, gladio & flammis consumpsit que attingere potuit, & Rauenna manibus se inclusit, ubi graui obsidione per tricennium Theodericus eum premere non destitit. Procop. Jornand. Cassio. Diac.

IDACIVS Clarus Lemica Hispaniarum urbis Episcopus, cuius scripta habemus, hoc tempore floruit.

ZENO Imp. comitali morbo extinguitur 8. Idib. April. (alij 7. Idus) Euagr. Cedr. &c.

ANASTASIUS Orientis Imp. an. 27. mens. 3. dieb. 3. Euagr. Hic etsi Eutychanus esset, tamen primis imperij annis nihil omnino rerum nouarum in Ecclesia moliri voluit, sed omnibus modis elaborauit, ut Ecclesiae ab omni tumultu & perturbatione vacarent. Chalcedonense vero Concilium in Ecclesijs neq; palam praedicatum fuit, neq; ab omnibus reiectum. Nam singuli Ecclesiarum praesides pro suo arbitratu ea in re egerunt. Postquam vero Ecclesiae in separatas factiones diuidebantur, Anastasius imp. Episcopos rebus nouis studentes, ut quenquam praeter consuetudinem illorum locorum, in quibus aetatem degebat, Concilium Chalcedonense praedicantem, aut illud anathemate damnantem comperiret, exturbauit.

Hic imperatorio habitu in circo sedenti, populus veluti vno ore inclamauit: Sicut vixisti, ita etiam impera. Quippe nondum sumpto imperio, ante galli cantum templum adire solebat, ibiq; dum concio dimitteretur, adstabat decum placans, frequenter ieiunabat, & sua pauperibus ac mendicis erogabat. Cede. Euag.

Hic vsq; Euagrius ab imperio Diocletiani numerat an. 207: ab imperio Augusti 532 (id est Cyclum magnum) Menses 7. a capta Troia 1683. (nos 1673).

486

487

488

489

490

491

284	3928	2788
207	532	1673
491	4460	4461

- 4463 **ODOACER** rerum necessariorum inopia victus, Theoderico se dedit & 3. Cal. Martias pacem cum eo hac conditione fecit, ut ea in vrbe Theodericus & Odoacer equa sorte viuerent, pariterq; imperio potirentur: Verum Theodericus Odoacrem conuiuio exceptum cum filijs per Sicarios interfecit 3 Nonas Martias. Cassio. Procop. Diac. Jornan. &c.
- THEODERICVS** Rex Italiae regnavit post Odoacris cadem an. 33. mens. 5. d. 28. Onuph.
- 4464 **Theodericus** omnem curam ac laborem ad Italiam instaurandam, legibus for- mandam, reparandam & exornandam confert, ac licet ipse Arianus esset, Catholicos tamen non adfluxit, sed clementer & reuerenter habuit, atq; ita superioris seculi tempestatibus sedatis Italiae optatissima serenitatis incun- datem reddidit.
- 4465 **GVNDABVNDVS** Vandalorum Rex ab Eugenio Carthaginis Episcopo per- suasus templum in Africa ab Hunerico clausa, post decennium Catholicis resti- tuit & aperuit. Jorda.
- 4466 **GELASIVS** Pontifex Romanus vir doctus, cuius hodie scripta leguntur, moritur 21. Nouemb. Onuph.
- 4467 **Gundabundo** Vandalorum Rege mortuo Trasimundus in Africa regnat an. 25. hunc ait Procop. à Catholicorum supplicijs abstinuisse se, sed tamen præmijs eos & honoribus ad Arianam sectam inuitasse. Hoc tempore B. Fulgentius eruditionis & pietatis laude fulgentissimus vixit, qui tres libros de Mediatore Christo Deo & homine ad hunc Trasimundum Vandalorum Regem scripsit, qui hodie vna cum reliquis eius scriptis sunt in hominum doctorum manibus. Fa- ctus est Episcopus Ruspensis. Huius autoritate deliberationes aut controuersiae Ecclesiasticae in Africa præcipue gubernatae sunt.
- 4469 **CLODOVAEVS** Francorum Rex cū Alemannis bello cogreditur, ibiq; periculi- tante exercitu Christianissimi suscipiendi voto se obligat, si e certamine victor euaderet. Victo itaq; & peremto Alemannorum Rege, & Alemannis subi- gatis, à S. Remigio Remorum Episcopo baptizatur, exemplo & edicto suo po- pulum Francorum ad fidem Christi inuitans & peraucens. Siegb. Trith. Aemilius. Hunc tamen euentum alij referunt ad annum Christi 496, de quo cum nullo contendimus. Hinc ad Pipinum in Gallijs regnantem 250.
- GREGORIVS** Episcopus Turonensis scribit Remigium Episcopum his verbis Clodousum, antequam baptizaretur, affatum esse: Mitis de pone colla Si camber, adora quod incendiisti, incende quod adorasti.
- 4470 **THEODERICVS** Rex, nouus in vrbe Roma hospes, magna cum populi leti- cia exceptus, atq; Boetij oratione laudatus, senatum mira affabilitate tractat, Romanæ plebi annonas donat, & eidem admirandis Xenijs, deputata per sin- gulos annos maxima pecunia quantitate, subuenit. Sub huius etiam felici- imperio (vt Cassiodori verbis vtamur) plurimæ vrbes renouantur, munitis- sima castella conduntur, admiranda palatia consurgunt, magnisq; eius operi- bus antiqua miracula superantur. Cass. Diac.
- Circa hæc tempora vixerunt, Gennadius Presbyter, cuius virorum illustrium catalogus extat: Et Vigilus Martyr, Episcopus Triden- tinus: de cuius tamen ætate inter scriptores non conuenit. Eius scripta aduersus Nestorium & Eutychem versantur in omnium ma- nibus.

ANASTA-

ANASTASIVS Imp. etsi Chirographo suo antequam corona- 511
 retur, promiserat, idēq; iureiurando confirmauerat, se, dum impera-
 ret, nullum nouum dogma in Ecclesiam introducturum, sed decre-
 ta Chalcedonensia rata habiturum: tamen his neglectis, ausus est
 Syngrapham suam à Macedonio Episcopo Constantinopolitano re-
 poscere, & ab eodem postulare, vt à Chalcedonensis Synodi sententia
 ad Eutychnianos (quos Cedrenus Synchyttas nominat) transfiret: cui
 postulationi cum ille refragaretur, sede Episcopali motus in exilium
 missus est. Cedr. Zonar. Marcell. Niceph. Ex hoc tempore hæreticis
 animi creuerunt Anastasio ipsos tuente, & Catholicos premente. 512
 Cum Alamundarus Saracenorum princeps ab Orthodoxis baptiza-
 tus esset, Seuerus Monachus misit duos Episcopos, qui eum labe
 Eutychniana inficerent. Quos ille admirabili commento refutans di-
 xit: hoc ipso die literas se accepisse, Micaelem archangelum esse
 mortuum: Quem nuncium cum illi falsum esse asseuerarent, quod
 in angelos mors non caderet: subiecit ille: Quomodo ergo vos affir-
 matis diuinitatem mortuam esse, eò quod cum carne sua in vnā na-
 ruram transferit, cum ne quidem angeli moriantur. Itaq; Seueri le-
 gati cum dedecore discesserunt, Cedr. Zonar. Diac. 513
 Anno Antiochenorum 561. Anastasius Imp. Flavianum Antistitem
 Antiochenum, quod Chalcedonensem Synodum anathemate nota-
 re nollit, in exilium eiecit, eiq; substituit impietatis Eutychnianæ ho-
 minem, Seuerum Monachum. Euagr. Marcell, 514
 Hoc anno Roma Coss. fuit Cassiodorus, cuius fastos Consulares in hoc opusculo
 subinde citauimus. Ad eundem annum (qui est à morte Augusti Caesaris 500
 inclusiuè) pleriq; referunt mortem Clodouæi Regis Francorum à S. Remigio
 baptizati: alij ad 511. 517
ANASTASIVS Imp. ab Hormisda Rom. Pontifice de hæresi Eutychnis relin-
 quenda submonitus, rescripsit: Nos imperare volumus: nobis impe-
 rari nolumus. Cuius impia & insolentis vocis pœnas in sequenti anno per-
 soluit. Diac. Fornan. 518
ANASTASIVS Imp. cum ex oraculis didicisset, se fulmine interiturum,
 horrendo tonitru perterrefactus, & in alios atq; alios thalamos descendens,
 6 Idus Iulij in regio quodam cubiculo inuentus est mortuus, cum vixisset an-
 88. Zonar. Euagr. Cedre. Aliqui fulmine ictum & extinctum tradunt.
IUSTINVS Orientis Imp. an. 9. Mense circiter vno. Zonar. Vestitus im-
 peratoria purpura anno Antiocheno 566. Euagr. Fuit Imp. optimus, Or-
 thodoxis fuit & omnes quos Anastasius iniuste extorres egerat, reuocauit:
 ortus genere humili & ignobili: nempe patre armentario: sed cum mili-
 tiam sectaretur mutata sorte altiores dignitatis gradus paulatim obtinuit.
 Estq; hic annus ab excidio Troie 1700: à morte Iulij 560 (bis 280) à mor-
 te Alexandri Magni 840 (ter 280). 519
SEVERVS hæreticus Episcopatu Antiocheno pellitur: ære An-
 tiochenæ anno 567. Euag.
 Hoc anno finiuntur fasti consulares viri doctissimi Cassiodori, qui pri-
 mum fuit, vt tradit Tritthemius, Theoderici Regis Italiæ Cancellar-
 rius, cui quidem & Coss. catalogum dedicauit. Postea spretis mun-
 di vanitatibus, factus est Monachus & Abbas Cœnobij Rauenna-
 tensis, vbi cum alia vtilia scripsit, tum historiam Tripartitam ex So-
 crate, Sozomeno & Theodoretto collectam & in vnum corpus co-
 ctam edidit, atq; eo labore in monasterij sui angulo delitescens plus
 Ecclesiæ profuit, mundoq; magis innotuit, quam si Romæ in luce ac
 turba vixisset. Chronicon Cassiodori exhibet annorum summam,
 si à Nino supputes 2582: à regno Latini 1733: à Roma condita
 1270: à primis Coss. 1025. Numeri apud Cuspiniani Cas-
 siodorum

fiodorum & in altero exemplo vetusto vitiose descripti ac depravati sunt: ideo nostræ supputationis numeros hoc loco consignauimus. Hoc anno Rome duo viri illustres, Symmachus & Boëtius, id est, Socer & gener, consulatum administrarunt, in quo quid gestum sit, nemo melius recitat quam ipse Boëtius lib. de Consolatione philosophiæ, quem ut studiosi inspiciant, multum eos hortamur: Videbunt Icona viri docti & sapientis, ad gubernationem Reipub. tum bonam causam, tum bonam conscientiam adferentis: sed post res præclare gestas, gratiam malam reportantis, & cum fortuna sua, tan- tis meritis indignissima, quodam modo expostulantis, & colluctantis. Ipse Boëtius quo animo in Reipub. versatus sit, quibusq; factis aulicos canes in se concitarit, his verbis edisserit, philosophiam alloquens: Quod æte, Philo- sophia, inter secreta ocia didiceram, transferre in actum publicæ administrationis optaui: tu mihi, & qui te Sapientum mentibus inseruit Deus, conscij estis, nullum me ad magistratum, nisi omnium commune bonum, studium detulisse: Inde cum improbis graues inexorabilesq; discordiæ fuere: Et quod conscientia libertas habet pro tuendo iure, sprete potentium semper fuit offensio. Quoties ego Coniugium in imbecillis cuiusq; fortunam impetum facientem obuius excepi? Quoties Regiæ domus præpositum ab incepta & perpetrata iam prorsus iniuria deiici? Quoties miseros, quos infinitis calumnijs impunita Gothorum avaritia semper vexabat, obiecta periculis autoritat: protexi? nunquam me à iure ad iniuriam quisquam detra- xit. Prouincialium fortunas, tum priuatis rapinis, tum publicis vectigalibus pessun- dari, non aliter, quam qui patiebantur, indolui. Paulinum Consularem virum, cuius opes palatini canes iam spe atq; ambitione deuorassent, ab ipsis hianrium fau- cibus traxi. Satisne in me magnas videor exacerbasse discordias? Sed esse apud ceteros tutior debui, qui mihi amore iusticiæ nihil apud aulicos, quò magis essem tutior, referuauit.

Hoc demum anno Molossi Gothici ac delatores in Boëtium, Consulatu abeuntem, & quasi exarmatum, rabiosius irruerunt, immerentemq; lacerarunt. Qua de re ipse sic loquitur in libro de Consolatione, quem & hoc anno scripsisse pu- tatur. At cuius criminis causa arguimur? Senatum dicimus saluum esse volueris, se. An optasse illius ordinis salutem nefas vocabo? De compositis verò literis, quibus libertatem arguor sperasse Romanam: si nobis ipsorum delatorum confes- sione vti licuisset, respondiſsem Canij verbo: qui cum à Caio Cesare Germanici fi- lio conficius, contra se factæ coniurationis fuisse diceretur: Si ego, inquit, scissem, tuo neficissem. Quia in re non ita sensus nostros mæror hebetauit, ut impios scelerata contra virtutem querat molitos: Sed ea quæ sperauerint, effecisse vehementer admiror. Nam deteriora velle nostri fortasse est defectus. Posse autem contra innocentiam, quæ sceleratus quisque conceperit, inspectante Deo, monstri simile est. Vnde Philosophorum quidam quæsiuit: Siquidem DEVS est, inquit: vnde mala? Bona verò vnde, si non est? Quis igitur innocentiam nostram euentus excepe- rit, vides: pro veræ virtutis præmijs, falsi sceleris pœnas subimus. At verò hic e- ritiam nostris malis cumulus accedit, quod existimatio plurimorum, non rerum me- rita, sed fortunæ spectat euentum, eaq; tantum iudicat esse prouisa, quæ felicitas commendauerit. Quo fit, ut existimatio bona, primum omnium deserat infeli- ces. Vltima aduersæ fortunæ sarcina est, quoddum miseris aliquod crimen affin- gitur, quæ perferunt, meruisse creduntur. Etego quidem bonis omnibus pul- sus, dignitatibus exutus, existimatione scedatus, ob beneficium supplicium tuli. Ex hoc itaq; tempore Theodericus Rex à seipso degenerare, & pristinas suas virtutes ac laudes turpi macula scedare cepit, postquam Gothicis furijs in- flammatus Boëtium, nullius criminis conuictum, Ticinum relegauit, eiusq; bona publicauit: Qua de re ipsum Boëtium querentem audiamus: Et cuius vnquam, inquit, facinoris manifesta confessio, ita iudices habuit in seueritate con- cordes, ut non aliquos vel ipse humani error ingenij, vel fortunæ conditio cunctis mortalibus incerta submitteret? Si inflammare sacras ædes voluisse, si sacerdotes impio iugulare gladio, si bonis omnibus necem struxisse diceremur, præsentem ta- men, confessum, conuictumue, sententia punisset. Nunc quingentis ferè passuum millibus procul moti, atque indefensi, ob studium propensius in Senatum, mortis, proscriptionisq; damnatur.

1424 IUSTINVS, Orthodoxæ fidei studio, Arianorum hæresin exting- 524
guere, eorumq; Ecclesias Catholica religione consecrare cœpit:
Quod cum in Italia Rex Theodericus, Ariana lue pollutus, audisset,
Ioannem Papam Romanum cum hac comminatione ad Iustinum
Constantinopolim misit, nisi Arianis sua templa redderet, eosq; per-
sequi desisteret, se Catholicos in Italia gladio extincturum. Diac.
Iornan.

1425 IOANNES Rom: Pontifex eiusq; comites Constantinopoli hor- 525
nificè excepti multis fletibus ab Imperatore Iustino petunt, vt hæc
legationem, etsi iniusta sit, libens audiat, & Italix periclitanti consu-
lat. Quorum precibus Iustinus celsit, Arianisq; sua templa reliquit.
Diac.

1426 THEODERICVS rabie Ariana stimulatus Ioannem Roma- 526
num Pontificem, Constantinopoli reuersum, Rauennam accersit,
& carceri inclusum fame, siti, cæterisq; carceris incommodis necat.
15. Calend. Iulij. Diac.

BOETIVS & Symmachus, viri ex sapientia virtutibusq; compositi, capite
truncantur: iussu Theoderici. Procop.

THEODERICVS Italiae Rex moritur Rauenna die 98 à morte Ioannis Pa-
pæ. Diac. Iornan.

De Ioanne Papa, Symmacho, & Boëtio, Petrus de natalibus lib. 5. c. 51, & 54.
& lib. 9. c. 99. Considera Lector in Theoderico infirmitatis humane insigne
exemplum, quæ virtutum ac laudum suarum pulcherrimam comam & florem
raro ad maturitatem vsq; retinet & conseruat. Historiam vite & mortis
Theoderici narrat Procopius his verbis: Theodericus omnibus ornamentis
quæ vero Imperatori congruunt; sese communiert, iusticiæ studuit plurimum:
in subiectos nec minimum quippiam ad iniuriam exercuit: nulli superiorum Impe-
ratorum inferior. Gothos ac Italos pari quâdam ac summa beneuolentia suapte
humanitate prosequabatur, ita vt eius imperium omnes oblectaret. Vitam fini-
uit cum annos 37. (câ primo ingressu in Italiam) superuixisset. Mortis causa illi hæc
fuit. Symmachus & huius gener Boëtius à suis maioribus gentis nobilitatem ade-
pti, inter Romanos & Senatorios viros principes erant, & Consulatus vtriusq; digni-
tate perfuncti, philosophiæ supra cæteros & æquitati studuerant, & tam ciuium
quàm externorum inopiæ succurrendo multis saluti fuere. Hi postquam ad ingen-
tem gloriam euaserunt, deterrimos quosque in sui inuidiam concitarunt. Nam his
delatoribus Theodericus Rex persuasus Symmachum Boëtiumq; perinde ac res
nouantes occidit, eorumq; bona omnia publicauit. Sed paucis post diebus, cœ-
nanti sibi, cum miræ magnitudinis piscis ministri decoctum caput apposuissent,
Symmachi nuper occisi caput illi est visum, præfixis & extantibus inferiore in labro
dentibus, & toruè inuentibus oculis, furibundè sibi & acerbius comminari. Vnde
monstri nouitate territus, membrisq; præter modum tremebundus & rigens, in cu-
biculum statim citato gradu secessit, identidemq; iubendo, togarum vt sibi vim ma-
gnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quieuit. Elpidio deinde Medico,
omnibus quemadmodum accidissent diligentius explicatis, in Symmachum Boëti-
umq; paratum à se scelus descebat: quo denique deplorato, ex accepta calamitate,
dolore ingenti affectus, haud longè post moritur, cum id primum & vltimum ini-
iusticiæ exemplum in suos idcirco exercuisset, quia non suo & pristino more diligen-
ter peruestigata causa, in tantos viros animaduertat. Theoderico igitur suo fa-
to perfuncto, Atalaricus (alijs Adelrichus) huius ex filia nepos suscepit imperium,
annos octonos natus, sub matre Amalassuntha adhuc educatus. Amalassuntha itaq;
filij procuracione suscepta, regnum administrabat, prudentia & æquitate mirificè
pollens, virilem præ se ferebat naturam: quippè quam diu hæc imperio præfuit,
Romanum neminem vel corporis pœna affecit, vel rerum iactura: quinetiam nec
Gothos ipsos, etsi Romanos laceffendi percupidos, his quoquam pacto iniuriam
permittēbat inferre: quin potius Symmachi ac Boëtij liberis paterna bona resti-
tuit. Hæc Procopius in Gothicis.

Tertia motus horrendus Antiochiam 14 Cal. Iunij die Veneris tremefecit, pa-
rumq; absuit, quin tota urbs corruerit, ciuiumq; sepulchrum facta sit. Euphr-
siss

ius Antiochia Episcopus eo obrutus obiit, templa collapsa sunt, urbisq; decor perijt. Ab omni hominum memoria non extitit tanta ira Dei in urbem aliquam grassatio. Iustinus Imperator nunciata hac clade grauissime indoluit, abiectisq; diademate & purpura, sacco indutus & cinere conspersus per multos dies luxit: ad urbis quoq; instaurationem pecunias & opifices misit. Euagr. Cedre.

4497 **IUSTINVS** die primo Aprilis, Iustinianum nepotem suum ex sorore natum annos 45 creat imperatorem: Iustinus quarto ab hinc mense obiit Cal. Aug.

IUSTINIANVS MAGNVS Imp. an. 38. Mens. 7. d. 13. Eugr. hic est Antiochenorum annus 575: Marcellino à condita Constantinopoli 197: Cedreno, Sigeberto, Mariano, Bede, Frisingensi 527 Christi: & Marcellino Cedreno, atq; ipsi Iustiniano (Nouella 47) indictio quinta. Est à regno Dauidis in Ierusalem 1600: à Monarchia Iulij 573: Augusti 556: à nato Augusto 588: à morte Constantini Magni 190.

4498 **IUSTINIANVS** ad pacis studia se conferens opus aggressus est, quod ei ad omnem posteritatem gloriam immortalem peperit. Nam consilio, studio & labore virorum Iuris peritissimorum Romanas leges hinc inde in libris dispersas in volumina certa redegit & nouam iuris ciuitatem condidit, sanctissimumq; Iusticia templum consecrauit. Hoc itaq; primum anno imitatione Theodosij componendo & emendando iuri operam dedit, & viris doctrina Legum scientissimis conscribendi Codicis laborem & curam demandauit, Idib. Februa.

Penultima die Nouemb. Antiochia passa est alium terrae motum, quo & aedificia multa ceciderunt, & 4870 homines ruinis oppressi perierunt. Cives itaq; discalceati urbe exeuntes, & Deum supplicationibus ac Litanij placantes cum crebris euulatibus exclamarunt: *κνίση ἐδέσσοι*. Ibi vir quidam possessione diuina monitus precepit Ciuibus ut superioribus aedum suarum possessionibus inscriberent: **CHRISTVS NOBISCVM; STATE.** Hoc factò, ira Dei resedit, ac terrae motus sedatus est. Iustinianus reparatam à se Antiochiam nuncupauit Theopolim. Euagr. Cedre. Diac. Niceph. 17.

S. BENEDICTVS Abbas in Campania apud Casinum condidit monasterium, & Monachis occidentalibus leges ac instituta dedit, quibus hodie viuunt. Paulus de Natalib. l. 3. c. 214.

PRISCIANVS Grammaticus claruit. Iornan.

4499 **CODEX** Iustiniani, Idib. Aprilis, indictione 7, absolutus ac editus est, ut ex eo in posterum per omnes Romanas prouincias ius diceretur.

4500 **IVBILÆVS** Mundi 90. Mosis 40. praedicationis **CHRISTI**, 10. à Roma condita 1281: à baptismo **CHRISTI** 500: à Monarchia Augusti 560.

Per hac tempora Gilimer, Genserici quondam Regis Vandalorum nepos, rei militaris peritus & aliena inuadere promptus, Hilderichum Regem ut ignauum & inertem apud Vandalos accusauit, & hac calumnia onerauit, quod Vandalos simulcum tota ditione Iustiniano prodere vellet. Quae omnia Vandalis facile credentes, Gilimerem constituunt Regem & Hilderichum post septem annos regni simulcum fratre custodia tradunt & necant. Procop. Vandal. Fornandes addit, Gilimerem occiso Rege Catholico Hildericho, in Orthodoxos sanxisse.

Mense Decembri Iustinianus Triboniano & ceteris iurisconsultis mandat, ut veteri iure enucleato **DIGESTORVM** siue Pandectarum Codicem componant, & in certos libros ac titulos totum ius antiquum per 1400 penè annos confusum digerant. Hi pandectarum libri triennio confecti & absoluti sunt.

4501 Hic est annus ultimus Cycli annorum 95. à Cyrillo descripti. Suprà 437.

4502 **DIONYSIVS** Exiguus, Abbas Romanus, annorum à nato Christo supputationem, qua hodie vtimur, primus instituit, & paschales

sive decem nouales cyclos suos hinc orditur. Qua de re Bēda sic loquitur: Primus Dionysij Cyclos incipit à 22. die Martij. anno 248 Diocletiani, à nato Christo 532: post Consulatum Lampadij & Orestis: Quos cyclos noluit Dionysius ab impij Diocletiani annis computare: Sed maluit ab Incarnatione Christi seriem annorum prænotare, propter notitiam exordij spei nostræ, & causam reparationis humanæ. Marianus Scotus sub anno Christi 526. ipsa verba Dionysij de his Cyclis citat.

CARTHAGO à Vandalis possessa annis 95. à Bellisario capta est, & in Romanorum potestatem redacta. Procop. Vandal. Marc. Justinianus scribit se Lybia positum III. Consulatu suo, qui incurrit in 533 Christi. Anni 95 supputandi sunt incluso anno 439.

INSTITUTIONES IVRIS publicatae sunt 21 Nouemb. Et Digesta sive Pandectæ 16 Decemb. de quo ita Justinianus: Omni, inquit, Romani iuris dispositione composita, & in tribus voluminibus, id est, Institutionum & Digestorum seu Pandectarum, necnon Constitutionum perfecta, & tribus annis consummata, quæ primum neque toto decennio compleri posse sperabatur, omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum sustentationem pijs obtulimus animis. Has autem leges iurum obtinere robur ex III. nostro felicissimo sancimus Consulatu præsentis XII. indictionis: 3. Cal. Ianuarias in omne æuum valituras & vnâ cum nostris constitutionibus pollentes. Data 17. Cal. Ianua. Constantipoli Justiniano Aug. III Cofs.

Idem: Hunc III Consulatum nobis sanè insignem atque illustrem dedit Dominus, ut potè, in quo pax cum Persis firma & stabilis facta est, & hoc legum opus compositum, quod nemo vnquam maiorum nostrorum assequi potuerat. Præterea, paratioris vrbs tertia, nempe tota Lybia, nostro adiecta est imperio. Hæc, inquam, omnia Dei Opt. Max. & Seruatoris nostri Iesu Christi munere III. Consulatu nostro data sunt.

Idem: Bene properauimus in III nostro Consulatu & has leges edere: cum in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars totius mundi nobis adcreuit. Post Europam enim & Asiam tota Lybia nostro imperio adiuncta est, & tanto legum operi caput impositum, & omnia cælestia dona nostro III Consulatu indulita.

GILIMER à Bellisario victus & in monte conclusus petijt sibi ab amico mitti Citharam & panem vnum, ac Spongiam: significans, se ad eam redactum esse fortunam, ut optet integrum panem videre & gustare, quod diu iam nullum coctum vidisset panem: Spongiam ei necessariam esse ad abstergendas lacrymas: Citharam vero, ut præsentem calamitatem flebilibus numeris leniret ac demulceret. Tandem inopia victus se dedit Bellisario, qui illum Constantinopolim duxit, vnâ cum spolijs amplissimis à Genserico Romanis quondam detractis: inter quæ etiam fuerunt Iudæorum multe res nobiles, quas Titus Vespasianus captis Ierosolymis Romam transportauerat. Has autem opes Justinianus iudicauit in Byzantinum palatium minimè inferri oportere: ideò, illas Ierosolymam in Christianorum templa remittendas mandauit. Postquam vero Gilimer inter captiuos, vnâ cum consanguineis ac Vandalis proceritate ac pulchritudine corporum præstantibus in Hippodromo constitit, ac Imperatorem in alta sede constitutum, populumq. circumfusum conspexit, ac demùm seipsum in quod fatum peruenisset considerauit, nec fleuit, nec aliud quicquam dixit quàm illud Salomonis: Vanitas vanitatum & omnia Vanitas: nec mora, ipse pariter & Bellisarius iussi ab his qui Imperatoriam purpuram sustinebant, supplices adorauerunt Justinianum, qui Hilderichi filios ac nepotes, ut ex Valentiniani Imperatoris sanguine venientes, necessitudineq. sibi deuinctos, opibus satis amplis muneravit: Gilimerem etiam in Gallia non contemnenda prædia cum suis propinquis incolere iussit: Procop. Vandal.

Est annus à condito templo Salomonis 1570: eodem desolato 1140: Ab excidio Ierosolymorum sub Tito 463: à morte Christi 500.

compli: post captam à Scipione Carthaginè 678. qui numeri cohererent 6.7.8. quod memorix causa moneo.

IUSTINIANVS Mens. Nouemb. nouum Codicem, priore abrogato publicauit.

Hoc anno ultimus Consulum veteris Romæ fuit Paulinus: post quem obstante bello Gothico in Occidente Consules creati desierunt. Orientales aliquamdiu Consularem dignitatem tenuerunt, donec illa quoq; in solos Imp. translata est. Estq; hic annus à primis Coss. Romæ designatis 1040.

ATHALARICVS Rex Italia anno octauo regni exacto moritur: Mater eius Amalsuenta Theodatum Regem constituit: is accepti beneficij immemor contra datam fidem, Amalsuentam carceri inclusam & relegatam sceleratè obruncat. Ob quam eadem Justinianus bellum aduersus Gothos anno insequenti suscepit. Procop. in Gothicis.

4505 Bellum Gothicum Italicum.

Justinianus Amalsuenta necem armis ulturus, Gothis, eorumq; Regi Theodato bellum intulit: quod 18. annis durauit, & copiose descriptum est à Procopio, qui in hac expeditione Comitem Bellisarij se fuisse scribit. Justinianus itaq; duce Mundo Gothos hoc anno Dalmatiam eripuit: & per Bellisarium Siciliam, à Gothis occupatam recepit, de quo plura Procop. in Gothicis.

Constitutiones quæ adpellantur **NOVELLÆ** à Iustinianno editæ usq; ad Nouellam 17. Reliquæ sequentibus annis emisse sunt.

4506 **GOTHI** Theodatum ob ignauitiam & Amalsuenta indignam necem omnibus inuisum, interficiunt & Vitigen sibi Regem constituunt. Marcell. Procop. Roma die 10. Decemb. exactis Gothos à Bellisario recuperata & Romanis denno subiecta anno 60 post, quàm à Gothis occupata fuerat. Euag. Marcell. Procop. Est ab U. C. 1287.

4507 Vitiges Romam à Bellisario occupatam strenueq; defensam irrita obsidione premit. Marcell. For. Procop.

4509 Vitiges caeso Gothorum exercitu uiuus comprehenditur, & à Bellisario Constantinopolim perducitur: Eum Iustinianus inter patrios relatum profecit iuendis sinibus imperij aduersus Parthorum siue Persarum excursiones: ibiq; Vitiges vitam finit. Proc. Ior. Diac.

4510 **FLDOBALDVS** à Gothis Regi Vitigi sufficitur: & huic rursus anno exacto successit Araricus. Proc.

BEDA in Epitome (pag. 203) habet Eclipsim solis 12. Cal. Iul. qua durante apparuerunt stelle hora diei tertia.

4511 Occiso Ararico **TOTILAS** apud Gothos suscepit imperium, quod tenuit an. 2. fuit vir prudens, & in rebus gerendis acer ac solers, cuius rei specimen fuit, quod duobus Græcorum ducibus prostigatis Apuliam & Calabriam in potestatem suam redegit. Procop.

4514 **S. Remigius**, Remorum Episcopus, & gentis Francorum Apostolus, moritur 3. Ianuar. anno Episcopatus 74. Ior. Contract.

4516 **ROMA** capta à Totila (16. Cal. Ian. Marcelli:) qui Capitolium incendit, præcipua ædificia diruit, & manium tertiam partem euerit: incolis etiam alio translatis urbem deformatam ac vacuum reliquit. Bellisarius paulo post eam recepit, ciues hinc inde dispersos reuocauit, & mania destructa reparare & resarcire cæpit. In hac urbis direptione, Rusticana Boëtij coniunx, & Symmachi filia, unâ cum alijs matronis patricijs, ab hostibus panem emendicare coacta est, quæ ante hac facultates suas egentibus impertierat. Cumq; Gothi in eius mortem conspirassent, Totilas eam nulla iactura adfici permisit: sed eam ac ceteras feminas omnes, ut extra iniuriam essent, seruauit, etiam si Gothi eas in coniugium deposcerent. Nulla itaq; ex his per barbaros violata est, qua ex re Totilas maximam continentia laudem retulit. Procop.

Placentia ob famem, ad esum humanarum carniū deuentum est. Procop. Est U. C. 1297: à morte Augusti 531: à Roma capta à Gallis 932: ab Alaricho

richo 136: à Genferico 91: ab Odoacre 70. Hinc ad Romam nostro seculo ca-
 ptam 980 (bis 490) pleni.

19 **TOTALAS** iterum capit Romam, eamq; instaurat, & quantum antea studij in 549
 ea desolanda, tantum nunc in reparanda adhibuit ac ostendit, ut infamiam,
 quam superior desolatio ipsi pepererat, nouo beneficio, mansuetudine atq; cle-
 mentia aboleret. Quotquot etiam ad sacras ades confugerant, inuiolatos ef-
 se iussit. Proc. Est V. C. 1300.

22 **TOTALAS** à Narsete, Iustiniani cubiculario, pralio victus interficitur. Suc- 552
 cessit ei Teias postrumus Rex Gothorum in Italia, qui hoc ipso anno cum Nar-
 sete, strenue ac fortiter dimicauit, & victus atq; fugiens occisus est. Hoc vl-
 timo pralio quo de summa rerum decertatum est, tanto ammorum ardore
 Gothi pugnarunt, ut ne quidem occiso Teia Rege ante pugnandi finem fece-
 rint, quam Narsetes per praconem ijs veniam daret, qui arma ponerent. Sic
 Gothorum in Italia imperium concidit quod à principio Odoacris durauerat
 annis 77: à regno Theoderici Veronensis 60.

23 Desinit historia Gothica Procopij, quam Agathias continuauit. Superiori anno
 etiam finitur Chronicon Iornandis Episcopi Gothici: qui sub Iustiniano floruit.

24 **IUSTINIANVS** debellatis Gothis Italiam tanquam Orientalis imperij prou- 553
 inciendam Narseti ordinandam ac gubernandam permisit. Estq; annus à Iulij
 Monarchia 600 iniens.

25 Desinit Catalogus Consulum Cuspiniani: completo à primis Coss. anno 1065: 559
 id est, bis 532 plenis.

26 **IUSTINIANVS** Imp. moritur (Idib. Nouemb. Niceph.) etatis circiter 84. 565
 Nam imperium adeptus est natus annos 45: imperauit 39. Est à Monar-
 chia Cyri 1100. Cedrenus scribit Bellisarium quoz; ex vita excessisse hoc
 anno.

27 Sigonij de occidentis imperio historia terminatur.

28 **IUSTINVS** Iunior, Iustiniani nepos, Imp. an. 10. mens. 10. d. 20. Onuph. 566
 Euagrius an. 12. mens. 10. cum dimidio.

29 Huc vsque deductum est Chronicon Marcellini Comititis, qui sub Iu- 568
 stiniano vixit.

30 **Regnum Longobardorum in Italia.** 568

31 Indictione I. feria II. paschatis, 2. Aprilis. Longobardi Pannonias egressi, duce
 Alboino, Italiam inuaserunt, ibiq; pulsus presidij Imperatoris Orientis, Lon-
 gobardico regno instituto, annis 206 (vsq; ad annum Christi 744) eam tes-
 nuere: quo temporum intervallo Italiam omnem, præter Romam, in ditio-
 nem suam, sub 24 Regibus redegeere. Diac. Onuph.

32 Huc mutationi occasionem præbuisse dicitur Sophia, Iustini Imp. coniunx, qua
 Narseti, Italiam Ducis nomine obtinenti, per probrum obiecerat, quod Eunuchus
 esset, eumq; relicta Italia ad trahenda vnà cum puellis pensa in Cynecum
 redire iusserat. Cui ille respondit, se telam exordiri, quam ipsa nunquam
 pertextura sit. Paulo post Longobardos in Italiam attraxit. Hanc malorum
 novitatem noua in celo signa multo tempore antè portenderant. Sigeb. 569

33 **EXARCHATVS** Rauenne institutus.

34 **LONGINVS** à Iustino Imp. missus, eas Italia partes, quas Longobardi occu-
 pare non poterant, sub Exarchi nomine annos 15 obtinuit, Rauenna imperij
 sede collocata. Onuph.

35 Mahomet, Turcice impietatis parens, nascitur 21. Septemb. Cranzemius. 571
 Mercator vero habet 569. à Monarchia Augusti 600.

36 **TIBERIVS** Anicius Imp. an. 6. mens. 10. d. 8. Cedr. Diac. à primi Tiberij 576
 imperij 560.

37 **IUBILÆVS** Mundi 91. Mosis 41. predicat. **CHRISTUS** 580
 STI, II.

38 **MAVRICIVS** à Tiberio, socero suo, adpellatur Augustus Cal. Iulij. TIBE-

- 4553 **TIBERIVS** Imp. obiit 10. Aug. (Cedre. 14). Onuph.
MAVRICIVS Imp. an. 19. mens. 3. d. 11. Onuph. Primis annis fuit princeps laude dignus & felix, cumq; Euagrius sic predicat: Erat vir prudens, in rebus diligens, animo constans, vita ratione & moribus compositus. Aures sermoni superuacaneo obturauit, non cera, ut est apud poetam, sed ratione, qua tanquam clauis sermonibus hominum aures, tum aperiret, tum occluderet. Inscitiam autem matrem audacia, & timiditatem, que ei Vicina & finitima est, sic a se depulit, ut in temeritate periculum, in cunctatione securitatem esse censeret, &c.
- Annus Christi 583. imperio Mauricij adscribunt Sigeb. Marian. Frising. Vrsperg. item Beda & Gregorius in Epistolis copulant 14. Mauricij cum 14. indictione, id est, cum anno 596. ergo primus Mauricij est 583.
- 4558 **IOANNES** Episcopus Constantinopolitanus, adfectat titulum Oecumenici siue Vniuersalis Episcopi. Gregor. Epist. l. 4. c. 80.
- 4559 Anno Antiocheno 637. terræ motus Antiochiæ multa millia hominum oppressit prid. Cal. Octob. ipso die nuptiarum Euagrii Scriptoris. Episcopus toto domicilio ruinam passo, incolumis euasit cum illis qui eum circumstitebant. Euag.
- 4560 **GREGORIVS** Magnus creatur Roma, Pontifex 3. Non. Sept. Sedit an. 13. m. 6. d. 10. Beda, à Leonis Magni principio 150. ab eius excessu 130. incoatis.
- Hic primus Seruum Seruorum Dei se adpellauit, & Constantinopolitano Patriarchæ Vniuersalis Episcopi titulum decreto abrogauit. Pet. de Natal. l. 3. c. 192.
- 4561 **MAVRICIVS** Theodosium filium creat Augustum die paschatis 15. April. imperauit cum patre an. 11. mens. 7. d. 6. Zona. Cedr. Niceph.
- 4563 **EVAGRIVS** historiam suam scribit anno Antiocheno 641. Euag. uag. 3. c. 33.
- 4564 Anno 12. Mauricij terminatur historia Euagrii, cuius coxtaneus fuit Agathias. Euag.
- 4565 Viguit inter Gregorium Rom. & Ioannem Constantinop. Episcopum contentio de primatu. Qua de re lege Epist. Gregorij lib. 4. à cap. 76. vsque ad 88. sub indictione 13.
- Anno 13 Mauricij Theodorus Medicus ad Chaiantum Anatorum siue Hunorum principem legatus missus, superbi Chaianti iactantiam ita retudit ac respexit: Audi Chaiane, inquit, vtilem narrationem. Sesostris Rex Aegyptiorum illustris & felix, opibusq; clarus, plurimas nationes seruituti subegit: Vnde curru ex auro & lapidibus preciosis constructo vehi solitus est, qui à quatuor Regibus à se victis trahebatur. Cumq; vnus ex Regibus sæpe respiciens, rotam quæ voluebat, contemplaretur, percontatus est Sesostris, cur ita respectaret? Intuens rotæ volubilitatem, inquit ille, in qua summa citò fiunt ima, cogito fortunæ instabilitatem alias excelsa humiliantem, alias humiliata exaltantem. Sesostris parabolam intelligens, noluit currum à Regibus postea trahi. Chaiantus verò hac narratione mitigatus, inducias cum Mauricio fecit. Diac.
- 4566 **GREGORIVS** Papa Augustinum cum aliquot Monachis mittit in Britanniam ad prædicandum Euangelium. Epistola Grego: data est 10. Cal. Aug. anno 14. Mauricij, post Consulatum eius 13. indictione 14. id est, Christi 596. Doctores illi Angliam ingressi sunt anno sequenti 597: qui est ab aduentu Anglorum in Britanniam plus minus 150. Beda.
- 4571 Hoc anno Gregorius Papa scripsit Epistolam de Sanctorum imaginibus in templis, eas nec adorandas, nec confringendas esse, quòd idiotis cernentibus idem præstet pictura, quòd legentibus scriptura. Vi. de Epist. Grego. lib. 9. cap. 9.

MAURICIVS Imp. in exercitus sui odium venit, quod auaritia ac tenacitati
 (quo vitio ille virtutes suas valde deformabat ac inquinabat) indulgens, pro
 redimendis captiuis militibus, quorum erant ad 12 millia, exiguum precium
 nempe, pro singulis dimidium nummi pendere recusasset. Imperator audiens
 illos ad unum omnes ab hoste trucidatos esse, suam culpa tantum humani sanguinis
 effusum expendens, & propterea somnys, atq; praedictionibus territus,
 ad Deum supplicationibus placandum se conuertit, petijt, vt poenam meritam
 Deus ipsi in hac vita irrogaret. Interim Phocas centurio ab exercitu seditioso
 saluatus Imperator Mauricium ex fuga retraxit, eiusq; filios, & coniugem
 necari iussit: Quod dum spectaret Mauricius nullam vocem, nisi hanc edidit:
 Iustus es Domine & rectum iudicium tuum. Cuius nutrix Imperatoris
 filiolu, infantem adhuc & lactentem surripuisset, suumq; filium pro illo
 matandum obtulisset, Mauricius non annuit, sed suum filium proferri iussit.
 Postremo ipse incredibili animi magnitudine mortem subiit, securi percussus
 (24 Nouemb. Onuph.) aet. 63, cum eius necem Cometes praecessisset. Mors
 itaq; filiorum facta est Epitaphium patris, Virtutem eius in tanta calamitatum
 mole ostendens. Capita interfectorum Phocas in campo iuxta tribunal
 abiecti iussit, & vrbe exiens solitus est ea contemplari: donec cum iam fae-
 rent tolli permisit. Diac. Cedr. Zon. Niceph.

PHOCAS Imp. an. 8. mens. 4. d. 9. Onuph. fuit tyrannus, patrieq; calami-
 tas: sub hoc omnis generis mala in humanum genus exundarunt: & res Ro-
 mana continentibus atq; atrocibus calamitatibus afflictis & attrita est. Qui-
 dam sanctus Monachus Deum ad disceptationem provocans, quesuit: Cur
 iam impium Christianis imposuisset Imperatorem? audiuit vocem sibi dicen-
 tem: Deteriorem alium inuenti potuisse nullum, atq; hoc meruisse hominum
 flagitia. Cedr.

Initium imperij Phoca ad finem anni Christi 602 pertinere colligitur ex Beda:
 Antiquae histo. lib. 2. c. 4. & lib. 1. c. 34: & ex titulo Epistolarum Gregorij
 lib. 11. c. 1. qui sic habet: Indictione 6 (incunte ante finem anni 602) die
 23 Nouemb. coronatus est Phocas & occisus Mauricius cum quinq; filijs ma-
 sculis & Petro fratre.

GREGORIVS Magnus ad Phocam scribit Epistolas, quae extant
 lib. 11. c. 36. & 43. sub indictione 6. vbi hunc annum nominat 35
 Longobardorum tyrannidis in Italia. Supra 569.

CHOSROES Persarum Rex pacem rupit & cum Phoca ducibus praelio con-
 gressus illos vicit, & magna clade adfecit. Cedr. Diac. Niceph.

GREGORIVS Magnus Romae Pontifex obiit indict. 7. sepultus
 4 Id. Mart. Beda: Angl. hist. 1. 2. c. 1. A morte Augustini 174.
 Leonis Magni 143.

Romanorum Pontificum primatus.

Bonifacius III. creatur Pontifex Ro: (5. Febr. Onuph.): qui apud
 Phocam obtinuit, vt Ecclesia Romana esset ac diceretur caput om-
 nium Ecclesiarum. Beda, Mense Aprili completur ab V. C. an-
 nus 1357.

PHOCAS imperium male partum, maleq; administratum, male amisit. Nam
 aduersus hominem impurissimum ac multis sceleribus infamem conspirarunt
 Priscus Phocae gener, Heraclianus Imperatoris Heraclij pater, & Photus cuius
 uxorem Phocas vi constupraverat. Hi nauali praelio in portu Constantinopo-
 litano superatum & in regiam confugientem Phocam solio deturbant, purpu-
 ra spoliant, & ad Heraclium deducunt, qui confestim iussit ei amputari ma-
 nus, pedes, pudenda, & caput: Truncum reliquum milites in foro combusse-
 runt. (6 Cal. April. Onuph.) fratres etiam eius & necessarii occisi sunt. Hic
 exitus fuit vitae ac scelerum tyranni qui per octennium imperio insultauerat.
 Cedr. Zon.

602

603

604

607

611

Alimo.

Memorable est, quod refert Cedrenus, seditiosos illos milites, qui neglecto Mauricio Imp. Phocam ad tyrannidem euexerant, adeo fuisse sub Phoca consumptos, ut cum Heraclius creatus Imp. accuratam militum recensioem ageret, de uniuersa militum multitudine, quos a Mauricio conscriptos Phocas acceperat, tantum duo superfuerint. Tam felix eis fuit imperium Phoca, quae illi coronauerant.

HERACLIVS Imp. an. 30. mens. 10. Cedr.

Historia Nicephori terminatur cum imperio & vita Phocae. Beda hist. Angl. l. 2. c. 18. copulat 24. Heraclij cum 634. Christi & cum indictione 7. inde perspicitur primum Heraclij esse 611.

4585 Persae occupato Iordane Palaestina & urbem Ierusalem vi expugnauerunt, & per Iudaeorum manus interfecerunt, ut fertur, ad 90. millia hominum. Nam Iudaei Christianos a Persis emptos necauerant. Zacharias Praesul Hierosolymitanus & lignum crucis Christi cum reliqua praeda in Persidem abducuntur. Cedr. Diac.

4588 Heraclius legatis in Persidem missis a Cosroe pacem petit: sed ille hoc responso eos dimisit: Non parcam vobis, donec crucifixum, quem Deum esse fatemini, abnegetis, & donec Solem adoretis. Diac. Ced.

4592 Initium Albigerae, siue aera Turcica.

Mahomet fit dux & caput Arabum, qui vna cum ipso urbe Mecha excefferant: regnavit 10 annis Arabicis, mens. 2. d. 12. ut habet Chronicon Saracenorum. Hinc Saraceni computant annos Albigerae, id est, peregrinationis vel expeditionis primae Mahometi. Erasmus Reinholdus ab initio annorum Christi usque ad aerae Mahometicam numerat annos Iulianos 621 dies 195: Et D. Cranzemius, quem in rerum Turcicarum consignatione, praeter ceteros scriptores, libenter sequimur, refert Epocham Turcicam ad 15 Iulij, qui tum fuerat dies Iouis.

Integram historiam Mahometi, Sacracenorum, Agarenorum vel gentis Turcicae desumat Lector ex scriptis ca de re editis. Instituti nostri ratio, in hoc breui indice, tam prolixam rerum istarum commemorationem non admittit.

Est annus a morte Ismaelis annus 2420. a diluuiio 2936. condito templo Salomonis 1658. condito templo secundo 1140. regno Cyri 1180. eius morte 1150. a regno Philippi Macedonis 980. id est, bis 490. a Monarchia Alexandri Magni 950. Iulij 668. Augusti 650. a collocato idolo Iouis in templo Dei 787. eodem repurgato 784. ab excidio Ierusalem sub Tito 550. plenae, a morte Christi 588. coronatione Herodis 660. a condita ac dedicata Constantinopoli 290. ab expeditione Xerxis in Graeciam 1100. ab aduentu Aeneae in Italiam 1800. Hinc ad natum Carolum Magnum 120. Regnum Othonis Magni Regis Turcarum 678. captam a Turcis Constantinopolim 831.

Hic ipse annus est Medium inter natalem Constantini Magni & inter mortem Othonis Magni: vtrinq; distat annis 350. Item est Medium inter Monarchiam Augusti, & imperium Rodolphi Habsburgij, vtrinq; distans annis 650.

272	622	3942	622
350	350	650	650
622	972	4592	1272

A Roma condita huc usque completi sunt 1372. id est, vicies octies 49. a Mundo condito 164. Cycli annorum 28. Item est annus a Iuliana anni emendatione 666. Et in huius aetate incipit Olympias 350.

HERA.

HERACLIVS anno 12 imperij, indictione 10, die 4 Aprilis celebrata solennitate paschali, feria secunda paschatis monit in Persas, adsciscens Turcorum & aliarum nationum auxiliares copias. Hoc bellum Heraclij cum Chosroë Persarum Rege, fuit sexennale. Cedre. Diac.

CHOSROES Persarum Rex, filium iuniorem Mardasam neglecto primogenito Siröe regno inauguraturus, capitur à Siröe, in carcerem detruditur, fame cruciatur maligne suppeditato pane & aqua, à Satrapis conspuitur & contumelijs adficitur, spectator est necis Mardasa ac reliquorum filiorum, & post paucos dies ipse quoque sagittis conficitur. Sic inter spicula nequissimam animam reddidit, qui conuictorum ac blasphemiarum tela in Christum crucifixum eraculatus fuerat, & arma impia ei intulerat. Siröes regno potitus pacem firmam cum Heraclio Imperatore composuit, & captiuos omnes, quotquot in tota Perside carceribus inclusi tenebantur, reddidit vnà cum Hierosolymitano Patriarcha Zacharia & ligno S. Crucis, quod Persæ ante annos 12 Hierosolymis abstulerant. Cedar. Diac. Zon.

EDVINVS Anglorum Rex à Paulino Episcopo baptizatur vnà cum suis nobilibus ac plebe plurima die paschatis, 12 Aprilis, indictione 15, Eboraci: anno aduentus Anglorum in Britanniam circiter 180. Beda hist. Angl. l. 2. c. 14. A Daudis regno in Ierusalem 1700.

ISIDORVS iunior, Episcopus Hispalensis, cuius scripta habemus, floruit.

HERACLIVS facta pace cum Siröe & sexennali bello feliciter confecto, letus Constantinopolim reuertitur, & à filio Constantino, totaq; populi occurrentis, & exultantis multitudine cum plausu faustisq; acclamationibus splendidissime excipitur & in regiam deducitur. Cedar. Zon. Diac.

HERACLIVS Hierosolymam proficiscitur reportans eò S. Crucis lignum, & actis Deo gratijs, votisq; persolutis, Patriarcham Zachariam sedi suæ restituit. Omnes Ebræos vrbe sancta expulit, adiuncto edicto, ne ipsi intra tertium milliare adire eam liceret. Cedar. Diac. In huius diuini beneficii, victoriarumq; Heraclij in Perside memoriam, institutum est Festum Exaltationis Crucis 14. Septembris quotannis celebrandum.

IVBILÆVS Mundi 92. Mosi 42. prædica. Christi 12.

ATHANASIVS Iacobitarum Patriarcha Heraclium Imp. infecit errore Monotheletarum, qui statuebant in Christo vnã voluntatem, vnãq; operationem: Vnde illi astute ratiocinabantur: in Christo esse vnã naturam. Nam vbi vnã actio vel operatio reperitur, ibi vnã natura cognoscitur. Diac. Cedar.

S. Columbano Italiam petente, S. Gallus apud Sangallum remansit, ibiq; cellam suam construere cœpit. Contractus.

Mahomet pseudopropheta, & Arabum siue Saracenorum princeps, moritur circa 8 Iunij, cum vixisset annos Arabicos 63 incoatos, id est, Iulianos 61. Crenzhemius ex Chron. Saracen. ad Alcoranum adiuncto.

Erasmus Reinholdus hinc orditur eram Persarum, dictam Iesdagert.

De Saracenorum irruptionibus in Phœniciam, Aegyptum, Palestinam & Mesopotamiam, quæ annis insequentibus acciderunt, vide Cedar. Diac. Zona: & rerum Saracenicarum scriptores.

HERACLIVS Imp. ex hydropo moritur 11 Martij, post eum filius Constantinus imperauit mens. 4. & à nouerca Martina veneno sublatu est. Successit Heraclonas Martine filius natus an. 10. qui cum mens. ferme sex gessisset imperium, missus est vnã cum matre in exilium. Martine præcisa est lingua, ne oratione, qua plurimum valebat, populum commoueret: Puerum vero Heraclonam naso mutilarunt, ne decor aut gratia in vultu miserationem faceret.

627

628

629

630

631

632

641

- 4612 **CONSTANS** Imp. an. 27. Cedr. Diac. Zon. (aliq ad preced.) Beda copulat nonum Constantini cum indictione 8. id est, Christi 650. ergo 642. est primus. 642
- 4636 Venerabilis Beda, presbyter, cuius Homiliae in templis decantantur, circa hunc annum natus est in Anglia. Huius viri eruditissima scripta in hoc opere Chronologico perficiendo plurimum nobis commodi attulerunt. 666
- 4639 **CONSTANS** imp. Syracusis in balneo interficitur Idib. Julij. Cedr. Diac. Onuph. 669
- CONSTANTINVS** pogonatus (id est barbatus) Imp. an. 17. Cedr. Onuphrius adijcit 7 menses.
- CÆSARIVS** Arelatensis, cuius conciones extant, hoc seculo claruit. 680
- 4650 **IVBILÆVS** Mundi 93. *Mosis 43. predicationis CHRISTI 13.*
 Monotheletæ, ponentes vnam in Christo voluntatem ac operationem, refutantur & damnantur in 3 Synodo Constantinopolitana, quæ inchoata Mense Nouemb. duravit vsq; ad 681 finem, ideoq; à scriptoribus ei assignatur indictio 9. & 10. Distat hæc Synodus à Nicena 356. à Constantinopolitana prima 300. ab Ephesina 250. à Chalcedonensi 230. 686
- 4656 **HERACLIVS** Iustinianus, ultimus è stirpe Heraclij, Imp. an. 10. Cedr. Zon. In libro conciliorum copulatur secundus Iustiniani cum indict. 15 (687 Christi) & apud Bedam 4 Iustiniani cum 689 & indict. 2. 690
- Est à diluuiio Nohæ annus 3000. à principio Heraclij 76.
 Hoc anno Iulianus Pomerius, Archiepiscopus Toletanus, scripsit tres libros, quos hodie legimus, aduersus Iudæos. Vbi de æra Conciliorum (de qua supra 3933.) ita scribit: Æra, inquit, inuenta est annis 38. antè, quàm Christus nasceretur: & nunc est Æra 724. de tractis igitur 38, ab æra, residui erunt à natiuitate Christi anni 686. 696
- 4660 Per hæc tempora constitutus est Episcopatus Ultraiectinus, Episcopo Vuilibrordo Britanno Cathedram primum tenente. Chron. VI. traiecit. 696
- 4666 **IUSTINIANVS** Imp. à Leontio patricio deijcitur imperio, & abscisis naribus relegatur Cherisonam, vbi propè decennium exul vitam miseram & calamitosam egit. Cognominatus fuit Rhinometus à præciso naso. Cedr.
 Hoc anno terminatur historia Pomponij Læti, quam ille his verbis claudit: Soli Heraclio, inter omnes Romanos principes contigit, vt in vna stirpe Sextus Augustus legeretur. Præfuerunt omnes annis 87. (rectius 86.) 699
- LEONTIVS** Imp. an. 3. Cedr.
- 4669 Exercitus Romanus mota seditione Apfimarum creat imperatorem, eumq; Tiberium nominat. Leontius imperio deturbatur & præciso naso in monasterium detruditur. Cedre. 700
- TIBERIVS** Apfimarus Imp. an. 7. Cedr. & alij.
- 4670 Romani peruagati Syriam, ad ducenta millia Arabum, vt fertur, interfecerunt. Cedr. Diac. 706
- 4676 **IUSTINIANVS** Iunior, Trebellij Regis Bulgarorum opera & auxilio, impetium recipit: Tiberium Apfimarum, & Leontium victos per urbem in pompa ducit, eorumq; ceruices pedibus calcat, plebe acclamante: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & leonem ac Draconem conculcabis: Inde eos capite truncari iussit: & in omnes aduersæ factionis confcios grauissimè animaduertit. Cedr. Diac. &c.
- IUSTINIANVS** iterum imperat. an. 6. Cedr. **IUSTI.**

JUSTINIANO vita & imperium eripitur à Philippico: atq; in hoc demum
 Justiniano iuniore defecit Heraclij progenies, elapsis ab Heraclij principio an-
 nis 100. 712

PHILIPPICVS Imp. an. 2. men. 9. Diac. Hic sextæ Synodi
 Decreta abolere Antifynodo congregata contendit, gratificaturus
 Monacho, qui imperium ei vaticinando promiserat, & hoc ipsum
 prædictionis præmium petiuerat. Cedre. 715

Pridie pentecostes Philippicus Imp. ab Anastasio secretariorum principe capitur
 & oculis priuatur. Die Dominicæ pentecostes Artemius regno inauguratur,
 eius Anastasy nomen inditur. Cedr. Zona.

ARTEMIVS Anastasius Imp. an. 1. mens. 3. Diac. Zona. 716

THEODOSIVS creatur imperator: Artemius Anastasius capta Constanti-
 nopoli pro purpura induit Monachi habitum, & Thessalonicam deportatus
 Monasterio includitur. Cedr. Zona. Diac.

Theodosius Aaramyttenus Imp. Mens. aliquot. 717

THEODOSIVS audiens Leonem Isaurum salutatum esse Imp. ab exercitu,
 accepta prius securitatis ac salutis fide, citra dimicationem imperio cedit, &
 una cum filio factus Clericus reliquum vita tranquille exegit. Zon. Ced.
 Diac.

LEO Conon Isaurus, Iconomachus dictus, Imp. an. 24. mens. 2. d. 25. Cedr.
 Diac. Principium Leonis huc pertinere demonstratur ex lib. Conciliorum,
 ubi 3 Leonis est indictio 2 (719) septimus est indictio 6 (723) Diacono 4.
 Leonis est indictio 3 (720) idem expresse ait, Leonis imperium cœpisse 8.
 Cal. Aprilis. Indict. 15. id est 717.

S. Bonifacius Germanis verbum Dei prædicat. Sigeb. 720

CAROLVS Martellus, Caroli Magni auus, in Franca rebus præclare gestis
 nomen suum ad omnem posteritatem nobilitat. Fuit maior domus, id est,
 Palatii regij siue aula præfectus, de quo mult. scriptores Gallici & alij. Pleriq;
 numerant Martelli annos ab anno Christi 714 quo obiit Pipinus pater eius. 725

LEO Imp. cœpit ἐκνομαρχεῖν, id est, euertere Sanctorum imagines,
 quæ res maximis in Ecclesia & Repub. turbis occasionem præbuit.
 Nam post 3. aut 4. annos Gregorius II. Rom. Pontifex icto cum
 Francis fœdere à Leone defecit, & ne vrbs Romæ & Italiæ tributa
 annua ei penderentur interdixit atq; inhibuit. Ex eo tempore Ro-
 mani Pontifices ad Francos respicere cœperunt, neglectis Græcis
 Imp. Ced. Diac.

IOANNES DAMASCENVVS, Monachus, cuius scriptis hodie
 fruimur, Damasci in Syria floruit.
 Bedæ Chronicon à Mundo condito huc vsque perductum, terminatur
 9. anno Leonis, & alicubi ait se ista scribere 725. Christi.

IVBILÆVS Mundi 94. Mosis 44. Prædicationis CHRI- 730
 STI 14.

CAROLVS Martellus deleuit supra 380 millia Saracenorum, qui in Galliam
 infusi erant. Sigeb. Regino. Marian. Aemilius & scriptores Gallici.

Historia gentis Anglorum, à Beda conscripta, desinit. Appendix à 731
 quodam adiecta est.

Eclipsis ☉ facta 18. Cal. Septemb. circa horam diei tertiam, anno 733. 733
 Christi, ita vt penè totus orbis Solis, quasi nigerrimo scuto, videre-
 tur esse coopertus. Beda in Epitom. historiæ Angl. pag. 206.

Circa hunc annum obiit Venerabilis Beda, ætatis 70. die Ascensionis 735
 Domini. (Marianus prid. Cal. Iunij.) Alij ad 731. vel 736.

LEO Imp. obiit Constantinopoli 14 Cal. Iulij indictione 9. Diac. Idem ait 741
 hunc esse annum Philippi (Aridæi fratris Alexandri Mag.) secundum Mar-
 cedones 1063 quod exacte ad nostram consignationem quadrat.

3 6 4 8

1 0 6 3

4 7 1 1

CONSTANTINVS dictus Copronymus, (quia infans, cum baptizaretur, sacri lauacri aquas ventris excrementis polluerat) in Oriente imperauit an. 34. mens. 2. dieb. 26. Diac.

ANNALES FRANCORVM COM-
plexi annos 88 incipiunt.

4712 CAROLVS Martellus, Maior domus siue praefectus aula Regie, auus Caroli Magni, moritur 22 Octob. Reliquit 3 filios: Carolomannum, Pipinum & Grifonem. Franc. Annal. & alij. 742

CAROLVS Magnus nascitur (dependet ex anno obitus) Schaff. à regno Philippo Macedonis 1100: à nato Alexandro Mag. 1096: Cyro 1346: Iulio Cæs. 840: Augusto 803: Constantino Magno 470: à primo Consulatu Iulij 800: à morte Alexandri Magni 1064, id est, bis 532. 746

4716 His temporibus à S. Bonifacio fundati sunt tres Episcopatus, Herbipolen. Aisteten. & Frisingensis, & Cœnobium Fuldense in Sylua Buchonia. Sed de annis quibus id factum sit, ea est annotationum apud scriptores diuersitas, vt nos de ijs nihil definiamus. Primus Episcopus Herbipol. fuit S. Burchardus: Aistetenensis verò S. Vilibaldus.

4720 CAROLOMANNVS Caroli Martelli filius huius mundi gloriam & bona caduca contemnens Romam proficiscitur & fit Monachus, Pipino interim fra-
triditiones suas relinquens. Franc. Annal. 750

PIPINVS FRANCIAE REX.

CHILDERICVS Francorum Rex à Pipino apud Zachariam Rom. Papam accusatus, quod solo Regis titulo contentus octosam vitam degeret & muneris sui officijs neglectis curam omnem regni in ipsum Pipinum reijceret, iussu Zacharia Pipinus adpellatur Rex Francorum, & Childericus rex tonsa capite in monasterium detruditur, vbi & vitam finijt, vltimus primæ stirpis Regum Francorum qui ex eadem familia annis 332 vel 331 à Pharamundo principio recta linea inter se suc. esserant. Nam Gallici scriptores in Regum suorum familijs tres mutationes numerant: primam à Pharamundo vsq. ad Pipinum annorum 332: Secundam à Pipino vsq. ad Hugonem Capetum Comitem Parisiensem annorum 237: Tertiam ab Hugone Capeto vsq. ad nostræ tempora.

PIPINVS, Caroli Magni pater, à S. Bonifacio Archiepiscopo ungitur in Regem Francorum, regnat an. 18. Franc. Sigeb. Schaff. Regino. Plurimi tamen ad seq. an. 751 referunt Pipini coronationem. Verum in historijs Regum Francia discrepant annotationes vnius anni spacio propter annorum Christi radicem aliter atq. aliter fixam & constitutam, de qua lite pronuntio- nologus paratum est præsidium in duabus vocalis: inclusiue & exclusiue, vel anno corrente aut completo, quibus omnia inextricabilia expediunt, & nodum Gordium fecant.

Estannus Romæ condita 1501. vbi obserua paria esse spacia à Roma condita ad natum Christum, & à nato Christo vsq. ad Pipinum: & rursus à Pipino ad natalem Caroli V. Imp. nempe annos 750.

3 2 1 9

7 5 0 anni N. C.

7 5 0

7 5 0 à Pipino ad Carolum.

3 9 7 0

1 5 0 0 natus Carolus V.

7 5 0

4 7 2 0

Hinc

	Hinc ad mortem p̄j & docti Roberti Regis Francia anni 280: ad vesp̄as St- culus 532.	
756	PIPIVVS contra Aistulphum Longobardorum Regem bona Ecclesiæ Romana erepta non restituentem duxit exercitum in Italiam & illum pactis stare coë- git. S. Petro etiam Rauennam, aliq. Italia loca donauit. Aistulphus moritur, cui Desiaerius, vltimus Longobardorum Rex substitui- tur, qui regnavit an. 18. Franc. Sigeb. Contract. Frising.	
768	Eclipsis solis facta 5 Id. Ianua. Et eodem mense Eclipsis Luna 9 Cal. Febr. Epi- tome histor. Angl. PIPIVVS, Rex Francia, moritur Parisijs 24 Septemb. alij 28 Octob. (Regino & Augusti) humatus apud S. Dionysium, superstitionibus duobus filijs Carolo & Carolomanno.	
771	CAROLVS MAGNVS regnavit annis 46 (incoatis). Annal. Franc. Regi- no. Schaff. Marian. Hinc ad Ottomani Magni Turcici Regis initium 532.	
772	CAROLVS accepto nuncio de Carolomanno fratre suo 4 Decemb. extincto, ex hoc tempore regnare cepit solus an. 42. Schaff. Franc. CAROLVS MAGNVS Saxoniam primum bello aggressus est, & Idolum quod à Saxonibus vocabatur Irminsul evertit. Annal. Franc. Schaff. Cranz. Est annus à Beli R. Assyrii principio 2900. à morte Cyri 1300. à Monarchia Alexandri 1100. Augusti 800. ab imperio Vespasiani 705. à nato Constan- tino Magno 500. Estq. etatis Caroli 30. plus minus completus.	
774	Finis regni Longobardici in Italia. Desiderius Longobardorum Rex à Carolo Magno captus in exilium mittitur. Ita Longobardorum in Italia regnum ad Francia Reges transijt anno 206 post, quam Longobardi Italiam primum intrauerant. (vide 568) Franc. Sigeb. Regin. Est annus 800 adpellationis Augusti.	
775	CONSTANTINVS Copronymus Orientis Imp. moritur mense Augusto, in- dictione 13 (775) Diac.	
777	LEO Imp. filius Copronymi, an. 5. Zona. Diac. CAROLVS Magnus Collegium Osnaburgense in Westphalia & paulo post Episcopatum Halberstatensem instituit. Cranzius.	
780	IVBILÆVS Mundi 95. Mosis 45. prædicationis CHRIS- TI 15.	
785	LEO Imp. moritur: & Regina Irene vna cum filio Constantino (puero decem annorum) suscepit imperium 6. (alij 7) Idus Septemb. indict. 4. Diac. Eodem anno Saxones à bellis quiescentes & apostasia culpam deprecantes à Carolo Magno veniam & impunitatem impetrant, & vna cum Witikindo duce suo baptismum & Christianismum suscipiunt. Annal. Franc. Regi- no. &c. Cranzius in Saxon. refert, Saxonum principes pro insignibus in militaribus sig- nis gestasse pullum equinum atrum ante baptismum: Candidum vero post baptismum.	
788	Episcopatus Bremensis à Carolo Magno constituitur. Cranzius lib. 2. cap. 15. vbi recitat priuilegium Ecclesiæ Bremensi donatū anno 788. Indictione 12. 2. Idus Iulij, anno regni Caroli 21.	
789	CAROLVS bellum intulit Wilsis Vandalis. Cranzius.	
790	CONSTANTINVS Irenen matrem captam 6 Idus Nouemb. imperio se ab- dicare coëgit, & solus imperauit an. 6. Mens. 9. d. 8. Onuph.	
791	Circa hunc annum condita putatur Academia Parisiensis à Carolo Magno, rem illam Alcuino seu Albino procurante, qui Præceptor Caroli Magni & Bedæ discipulus fuit. Episcopatus etiam Mona- steriensis à Carolo fundatur. Cranzius.	
797	S. Burchardus Episcopus Herbipol. obiit. Bruschi. Eb. 2. Febr. Irene filium Constantinum oculis priuat 16 Augusti: quo die ante quinquen- nium	

- nium Constantinus Patruis suis oculos effoderat. *Frene sola imperavit an. 5. mens. 2. d. 16. Ced. Diac. Onuph. alij ad seq.*
- 4768 **CONSTANTINVS** Imp. moritur. *A morte Iulij Caf. 840 (bis 280) Alexandri Magni 1120 (ter 280).*
- 4770 **CAROLVS Magnus** Imp. Rom. in Occidente an. 13. mens. 1. d. 4. *Exeunte anno Christi 800 Carolus Francorum Rex, qui à rerum gestarum magnitudine & gloria dictus est Magnus, atq; Ecclesijs & scholis constitutus religionem Christianam in Germania longe lateq; propagavit: Romæ à Leone III Pontif. Max. consecratur & faustis populi acclamationibus salutatutur Imp. Romanus, & Augustus: die natali Christi incoante annum 801: quam inaugurationem ille primum ita auersatus est, ut affirmaret, se eo die, quamuis præcipua solennitas esset, templum non ingressurum fuisse, si pontificis Consilium præscire potuisset. Sic Occidentis imperium ad Reges Francos transijt. Eginhartus. Regino. Schaff. Frisn.*
- Estq; post Augustuli imperium & Odoacris in vrbe Roma regnum, annus 324: à Roma condita 1551: regno Davidis 1880: regno Salomonis 1840: morte Salomonis 1800: Monarchia Iulij 846: Augusti imperio 841: eiusdem Monarchia 829: Hinc ad natalem Caroli V. Imp. 700: ad eius coronationem 720.*
- 4773 *Frene Imperatrix in Insula Lesbo exulans moritur 9 Augusti. Diac. Cedre.*
Hic Imp. Grecorum Catalogum abrumpemus & per Imp. Occidentis annorum mundi seriem continuabimus.
- CAROLVS** Imp. omnes Saxones trans Albim morantes in Franciam transfudit, pagosq; eorum Abotritis dedit. *Sigeb.*
- 4775 **TVRPINVS** Episcopus Remensis (cuius Chronicon habemus) Basilicam S. Iacobi Compostellæ dedicavit præfente Carolo Magno Cal. Iunij. *Albericus.*
- Caroli exercitus Boemiam populatur duce eorum Lechone occiso. Franc. Annal. Ofnaburgi à Carolo Magno Schola instituta 20. Decemb. & priuilegijs exornata, ut Græci & Latini autores ibi explicarentur. Cranzius Metrop. l. 1. c. 2.*
- 4777 **CAROLVS** Imp. Iectiones, cuiuslibet festo conuenientes, ex Patrum scriptis à Paulo Diacono decerptas & collectas per anni circulum in Ecclesijs legi præcepit. *Sigeb.*
- 4783 **Paulus Diaconus Aquileiensis**, qui hoc tempore floruit, Chronicon suum huc vsq; perduxit.
- 4784 **CAROLVS Magnus** moritur Aquisgrani at. 72: die 28 Ianna. *Annal. Franc. Eginhartus & alij à morte Augusti Caf. (inclus:) 800: Iulij 856: Alexandri Magni 1136: Pompeij Magni 860: Constantini Magni 477. Hinc ad imperium Caroli IIII Imp. 532.*
- LVDOVICVS Pius**, Caroli Magni filius, Roman. Imp. an. 26. mens. 4. d. 24. *Onuph.*
- 4796 **HAROLDVS** Danorum Rex cum coniuge & liberis, plurimissq; Danis præfente Ludouico Imp. baptizatur Moguntie. *Cranzius 4. c. 10 alij ad præc.*
- 4800 **IVBILÆVS 96.** *Mosis 46: prædicat. CHRISTI 16.*
 Incipit Chronicon Monasterij Hirsgauiensis hoc anno fundati: Editum à Ioanne Tritthemio Abbate Spanhemensi.
- Hoc tempore vixerunt Strabus glossæ ordinariæ autor: Freculphus historicus: Bertramus & Theodulphus Episcopus Aurelianensis, autor hymni: Gloria laus: quem cum die Palmarum in carcere alta voce cecinisset, Imperator carcerem transiens & hymno delectatus, statim eum liberum dimitti iussit. Tritth.*
- 4810 **LVDOVICVS Pius** Imp. moritur 20 Iunij at. 64. cuius obitum antecessit *Cometa & Eclipsis Solis. Marian. Contract.*
- LOTHA-**

798
800
803
805
807
813
814
826
830
840

- LOTHARIUS, filius Ludouici Pij, Imp. an. 15. mens. 3. dieb. 10. Onuph. Marian. Sigeb.
 Est à morte Ioseph 2500 : Iosue 2300 : Samsonis 2000 : Antiochi Epiphanis 1000 : à nato Augusto 900 compl.
- 12 Tribus fratribus Lothario, Carolo, & Ludouico de regni diuisione decertantibus commissa est pugna in pago Antessiodorensi, victor Lothario, tanta cedes utrimq; facta, ut præcipua pars nobilitatis Gallica occubuerit, & Francorum vires admodum accisa & attenuata sint. Regino. Sigeb. Alij ad præceden. ann. referunt.
- 14 Hoc anno (aliq; præced.) facta partitione regnorum inter tres fratres : Carolus Galliam accepit : Ludouicus Germaniam : Lotharius cum Imperatoris nomine Italiam, mediamq; partem Franciæ inter Scalden & Rhenum, que ab eius nomine adpellata est Lotharingia. Sigeb. Regi. Aemyl.
- 16 Romani Pontifices nomina mutare coeperunt, quem morem hodie seruant. Martin. Polonus.
- 17 HINC MARVS vir doctus, cuius hodie scripta leguntur, Remorum Archiepiscopus, floret. Contract.
- 18 ALBVMASAR Astronomus claret.
- 19 RABANVS Maurus Commentator Bibliorum fit Archiepiscopus Moguntinus, præfuit Ecclesiæ an. 9. Tritth. Mortuus anno N. C. 856.
- 21 Tanta fuit annonæ caritas & fames, ut filij & parentes beluino quodam furore inter se deuorare voluerint.
- 23 HAYMO tertius Episcopus Halberstatensis, qui commentarijs Biblia illustrauit, moritur, & in summo templo Halberstatensi sepelitur. Tritth.
- 25 LOTHARIUS Imp. abdens se in Monasterium Prumiense, moritur 29 Septemb. Regino & aliq.
- 27 LVDOVICVS II. Imp. an. 19. mens. 10. Onuph. Frising.
 Brunsviga à se condita nomen dedit Bruno Dux Saxo :
- 28 S. Ansgarius Archiepiscopus Hamburgensis, & Nordmannorum Apostolus moritur. Cranz. Metrop.
- 30 Saraceni cum Persis bella iterarunt & Persæ Turcico milite vsi illorum auxilijs victrunt. Ab eo vsq; tempore Turcæ nunquam postea reliquerunt Asiam & in Saracenicum tam regnum quam nomen transferunt. Drechs. Cedre.
- 32 LVDOVICO Imp. mortuo Carolus Caluus Gallia Rex, & Ludouici Pij filius imperauit an. 2. mens. 2. circiter. Onuph. Contract. Regin.
- 34 CAROLVS Caluus Imp. veneno necatur à medico suo Sedechia Iudeo pridie Non. Octob. Regin. Marian. Schaff.
- 36 LVDOVICVS III. dictus Balbus, Caroli Calui filius, & Francorum Rex Imp. an. 1. mens. 6. d. 5. Onuph. aliq; ad sequ.
- 38 LVDOVICVS Balbus obiit 10 Aprilis : die parasceues. Ursp. Contract. Schaff. aliq; ad sequ. aliq; ad 881.
- 40 CAROLVS III. dictus Crassus Imp. an. 8. mens. 7. Onuph. Schaff.
- 42 ALBATEGNIVS excellens Astronomus hoc tempore vixit, cuius obseruationes ab hoc anno incipiunt : numerat autem à morte Alexandri Magni huc vsq; annos Ægyptios 1206. quod ad nostrâ dispositionem quadrat.
- 44 Regino historiographus quod ipse scribit in Monasterio Prumiensi vixit. Hincmarus Remorum Episcopus obiit. Meyer.
- 46 CAROLVS Crassus Nortmannis concedit Gallia partem trans Sequanam, ex quo tempore prouincia illa dicta est Normannia. Regino & aliq.
- 48 CAROLVS Crassus à proceribus imperio exuitur mense Nouemb. Dicitur ad eam egestatem redactus, ut necessarijs etiam alimentis destitueretur. Regin.
- 50 ARNOLPHVS Caroli Crassi ex fratre nepos Imp. an. 12. mens. 1. d. 19. Onuph. Regino. CARO

- 4858 **CAROLVS** Crassus Imp. moritur. Regin.
Gens Vngarorum egreditur ex sedibus suis in Pannoniam. Regin.
- 4861 **ARNOLPHVS** Imp. vicit Normannos, eosq; ita cecidit, vt ex innumera-
bili multitudine vix residuus esset, qui ad classem aduersum nuncium repor-
taret. Regin.
- 4865 Sunt qui huc referant initium Christianismi in Boëmia, cuius dux hoc
anno baptismo initiatus sit: de eo quod adfirmem non habeo: recit-
taui tamen, quod vetus Codex manu scriptus continebat. ^{Aeneas}
Sylvius histor. Boëmica cap. 12. Vltimus Paganorum Ducum, inquit, fuit Borfuoius,
qui tamen & ipse imperante Arnulpho Cesare à B. Methodio Moraorum Archiepisco-
po, cum Ludimilla coniuge ad baptisimi gratiam perductus anno 995. (rectius 895. & sic
habet exemplum manu scriptum) post Christi Saluatoris nostri ortum. Vide Volaterra-
num lib. 7.
- 4869 **ARNOLPHVS** Imp. moritur 29 Nouemb. sepultus Oetinga propè tumu-
lum patris. Regin.
- 4870 **LVDOVICVS** IIII. Arnolphi filius Imp. an. 12. Regin. Contract.
- 4871 Gens Hungarorum ingressa fines Longobardorum, omnia cedibus, incendijs ac
rapinis crudeliter vastat. Regino.
- 4875 Desinit Chronicon Reginonis. Cætera adiecta sunt ab alio, qui ordi-
ne recitat excursions & irruptiones Vngarorum, qui Saxoniz,
Thuringiz, Bavariz, alijsq; locis Germaniz bella, vastationes &
incendia intulerunt: de quibus consule Chronicon Helmoldi præ-
byteri Lubecensis cap. 8. Item Cranzium & alios.
- 4882 **LVDOVICVS** IIII. Imp. moritur Ratisbona 25 Ianua. Schaff. Sigeb. Vrsp.
Auen. alij ad finem anni superioris referunt. In Ludouico IIII. Caroli Mag-
ni stirps defecit anno 112, à Coronatione Caroli Magni. Appia. Regin.
Onuph.
- 4889 **CUNRADVS** I. Franconia Dux, Imp. an. 7. Sigeb. Contract. Frising.
CUNRADVS Imp. moritur: sepultus Fulde. Schaff. Contract. Tritib.
Cunradus ante mortem Henrico Saxonum Duci misit Sceptrum, Coronam, &
cætera ornamenta, & imperij proceres cohortatus est vt Henricum eligerent
Imp. Regin. Sigeb. Schaff. Vrsp.

4890 **ROMANI IMPERII DIGNITAS**
transfertur à Francis, ad Saxones.

- HENRICVS** I. Dux Saxonum, dictus Auceps Imp. an. 17. Frising. Siffrid.
Vrsp. Est à nato Augusto Cæs. an. 980. id est, decies & quater 70. à regno
Davidis 1000. à Coronatione Caroli Magni 120.
- 4893 **S. VLRICVS** constituitur Episcopus Augustanus. Brusich. alij ad
seq.
- 4894 **HENRICVS** Rex pacem cum Vngaris in annos 9 firmat. Sigeb.
- 4897 Circa hæc tempora Henricus Auceps Brandeburgu primariam urbem Henetoru
obsedit & expugnauit asperissima hyeme, castris in glacie positus. Sabinus. Bro-
tuf. & Iustus. Sigeb. refert ad 925. Hinc Marchia Branaeburgensis ab
Henrico Aucepe constituta dicitur: qua de re ita scribit Cranzius Vandal.
lib. 3. capit. 6. In nostris annalibus nomen Marchionum non legitur ante pri-
mum Henricum Saxonem Romanorum Regem, qui primus domitis Danis ad op-
pidum Slesuicum, cum eò transulisset Saxonum Coloniam, imposuit Regioni præ-
fidem, quem appellauit Marchionem, & illi regendos tuendosq; regni limites præ-
uinciam imposuit, quasi Duci limitaneo. Inde quoque cum ordinata per illum
prudentissime Saxonia constituisset, qui agros colere, qui sequi tenerentur mili-
tiam, cum quintum quemque, quatuor in agris remanentes, sumptibus & armis
expedirent, illumq; durante milita alere iuberentur, vires quas perinde in Vnga-
ros comparauerat, primum in Vandalos statuit exercere: tyrocinium hoc reputans
maioris militiæ, duxitq; in Metropolim gentis Brandeburgum, eamq; obsedit per
brumam in glacie & oppugnauit constantissime, & exhaustis obsessorum viribus, consum-

consumptisq; commearibus, etiam expugnauit, collocauitq; in ea primus Marchionem, qui prouinciam tueretur armis quaesitam, & auferere contenderet in diem, & quam Romani, simili ex causa, dixere Prouinciam, ille appellauit Marchiam. Marchiam vulgo vocant Saxones districtum vnus villicationis aut ditionis. Inde submarese nomen duxere: Vt tum Marchiam dicerent Saxones eam Prouinciam, quam sui iuris esse, per arma sunt consecuti. Inde praesidi nomen inditum, vt Marchio diceretur, qui illius diceret. Hæc ille.

Hinc oritur Cuspinianus Marchionatum Austriae quem primus tenuit & administravit Leopoldus dictus illustris, & ei praesuit an. 55. Vide Austriam Cuspin. Est annus à regno Dauidis in Ierusalem 2000.

IVBILÆVS 98. Mosi 48. Prælicationis CHRIS-

TI 18.

Incipit historia Fabricij de vrbe Misna.

Misna vrbs condita & Marchia Misnensis constituta ab Henrico Aucupe. Fabric. Brotus.

HENRICVS Imp. regem Abotritorum Christianum effecit. Contract. Sig.

Henricus ad Mersburgum incredibili cæde fudit ac fugauit Vngaros, exercitum eius vociferante: Kyrie Elcison: Kyrie Eelison. Tributum illud quod Vngaris debebatur, cultus diuino impendit & v'sibus pauperum distribuit, pater patriæ ab omnibus passim acclamatus. Magna est dehinc fama Henricum secuta, cumq; omnes gentes ac Reges venerati sunt. Brotusius habet integram historiam, & refert ad an. 933: Sed Regim. app. Sigeb. Marian. ad 934.

HENRICVS Auceps Imp. Obijt 2. Iulij etat. 60: sepultus Quedlinburgi.

Cranzius.

OTHO MAGNVS filius Henrici Aucupis, imperauit annis 37.

Condidit multas Ecclesias: Brandenburgensem, Havelbergensem, Misnensem, Cicensem & Magdeburgensem, propagauit religionem Christianam apud Sclauos, de quo Helmoldus cap. II.

Est ab V. C. 1687. ab Alexandri Magni regno 1270. Iulij Monarchia 982. Augusti imperio 977. Constantini Magni 630. ab eius morte 600. à Caroli Magni coronatione 136. ab eius obitu 123. Paria sunt spacia à mundo condito vsque ad Israël, exitum ex Ægypto, & inde ad Othonem Magnum, vtrinq; 2453: quos duplica, produces 4906. quo regnare cœpit Ottho primus.

2	4	5	3
2	4	5	3

4	9	0	6

Coronationem Othonis Magni Chronicon Hirsgauense: his verbis describit:

Anno Dominicæ natiuitatis 936. indict. decima, Otho Primus per manus Hildeberti Archiepiscopi Moguntini Aquisgrani in regem vnctus est. Qui accedens ad altare, & sumens inde gladium imperialem cum baltheo, conuersusq; ad regem, ante se genua flectentem, dixit: Accipe hunc gladium, in quo deiicias omnes Christi aduersarios, barbaros & malos Christianos, tibi autoritate diuina traditum, cum omni potestate totius Imperij Fræcorum, ad firmissimam pacem omnium Christianorum, Amen. Deinde sumptis armillis & Chlamyde induit eum, dicens: His cornibus humerorens demissis, monearis, quo zelo fidei feruere debeas, & in tuenda pace vsque in finem constans perseueres. Exinde sumpto sceptro baculoq; dixit: His signis monitus esto, quatenus paterna castigatione subiectos corripias, primumq; te Dei ministris, deinde etiam viduis, orphanis & pupillis protectorem ac defensorum semper exhibeas, eisq; manum misericordiæ clementer porrigas. Post hæc fuso super caput eius oleo consecrationis, ait: Vnxit te Dominus in Regem super populum suum, vt nunquam de capite tuo oleum miserationis deficiat, quo hic & in futuro misericordiam ab ipso creatore tuo consequaris, Amen. Postremò imposuit capiti eius regalem coronam, dicens: Coronauit te corona iusticia,

L

928

930

931

934

936

- cia, qua monearis te ministrare iustitia debere subditis, vt hoc ornamento regali
 pramunitus, & tuis reuerendus, & inimicis terribilis appareas, & post huius vite
 terminum sempiterno cum angelis pramio coroneris, Amen.
- 4908 Circa hec tempora S. Wenceslaus Boemorum Dux a fratre Boleslao occisus Mar- 938
 tyrum numerum auxit. Sigeb. Martyrium eius describit Aeneas Sylvius
 in Boem. hist. cap. 14. 15.
- 4910 Magdeburgum ciuitas Imperialis, ab Othone I. priuilegijs & libertatibus do- 940
 nata est 7 Iunij. Eber. in Calendario. Sigeb.
 Fundatum est Bergense Monasterium in vrbe Magdeburga. Trit-
 them.
 Ludi Equestres, vulgo dicti Torneamentum, priuilegijs & libertatibus confir-
 mantur. Cuspin.
 Est annus a nato Cesare Augusto 1000 compl.
- 4916 Edita Anglica, Edmundi regis filia, Othonis I. Imp. Coniux, obiit: Sepulta Mag- 946
 deburgi, 26 Ianua. Eber. Calend.
- 4925 OTHO secundus Othonis Magni filius nascitur. Regin. a Monarchia Iulij Ca- 955
 saris anno 1000.
 Ungari in campo Lyci prope Augustam cruentissimo praelio superantur die 10.
 Aug. tribus eorum Regulis ad gentis dedecus loqueo suspensis. Sigeb. Schaff.
- 4930 Hoc tempore, industria Othonis Magni Imp. multa monasteria in- 960
 staurantur, aut ampliantur, aut aedificantur. Sigeb. Vide Frising.
 S. Vuolfgangus Episcopus Ratisbonensis vixit.
- 4932 OTHO Magnus Romae acclamatione totius Romani populi & Cleri exceptus a 962
 Iohanne papa coronatur & Imp. atq; Augustus appellatur. Contract. Vola-
 terran. 965
- 4935 Initium Christianismi in Polonia.
 MIECISLAVS Polonorum Princeps primus Christianus, Gne-
 snæ Christianismo per Baptismum vna cum sua gente initiatus est:
 & 7 Martij, qui fuit 4. Dominica Quadragesimæ (vulgo appellatur
 Latrare Ierusalem) ex mandato regis, idola & simulacra Ethnico-
 rum numinum contracta vbiq; & ex templis eiecta sunt: & quot-
 annis deinde memoria huius emendationis publico ritu celebrata
 est. Vnde huius moris adhuc manent vestigia, in Silesia & vicinis
 locis, vbi illa Dominica solent ornari statuæ Ethnico more, quæ de-
 inde cum certis imprecationibus deturbantur in paludem vel in
 cœnum. Consule de his scriptores hist. Polon. Mechouium, Cro-
 merum, Fullinium, Ioach. Cureum &c.
- MIESLAVS erexit duas metropoles Ecclesias, Gnesnæ & Crac-
 couiæ. Coniux Mieslai fuit Dambrovvka filia Boleslai Ducis
 Boemorum, & S. Vencelsai neptis ex fratre. Sub hoc Principe in-
 oleuit mos apud Polonos, vt Sacerdote verba Euangelij in templo
 ad aram pronuntiatur viri nobiles e vagina gladios aliqua ex par-
 te extraherent & nudarent, vt hoc gestu significarent, se paratos esse
 se ad Euangelij defensionem, & ad subeundam pro religione Chris-
 stiana mortem. Choro autem accinente, Gloria tibi Domine:
 eosdem reconderent. Mechou.
- Est annus a condito templo Salomonis 2000. compl: a Monarchia
 Cyri & fine captiuitatis Babylonica, iactisq; fundamentis templi
 secundi in Ierusalem 1500.
- 4936 Primus Episcopus in Silesia constituitur Godefridus, ciuis Romanus, 966
 vir pius & doctus Catecheta Silesiæ annis 17. Cureus. 967
- 4937 Hactenus appendix Reginonis. 969
- 4939 STEPHANVS Vngaria Rex, qui Christianam religionem primus in Vnga-
 ria plantauit, nascitur. Chron. Vnga. Bonfinius & Abrah. Backschius.
 Circa

Circa hunc annum Otho Magnus fundauit Archiepiscopatum Magdeburgensem, in quo primus Episcopus fuit Adelbertus Vuifenburg, praesedit an. 13. m. 8. à Ioanne XIII. Papa, confirmatus 15. Cal. Nouemb. die Lucæ. Helmoldus scribit illud factum esse anno 35. imperij Othonis.

Fabricius ex Ditmari Chronicis refert hoc etiam anno & die ab Alberto Antistite Treuirensi consecratos esse Praesules, Misnensem, Mersburgensem, Citiensem & Havelbergensem.

970

973

OTHO Magnus moritur, 7 Maij, feria tertia ante Pentecostes, sepultus Magdeburgi. Contract. Schaff. Marianus. Veteres distichon hoc (uersuum lege neglecta) Othonis Sarcophago inscripsisse feruntur.

Tres luctus causæ sunt hoc sub marmore clausæ,
 Rex, decus Ecclesiæ, summus honor patriæ.

OTHO II. Imp. filius Ottonis Magni imperauit an 10. Siegb.

Hic dictus est mors pallida Saracenorum. Est à Beli principio 3100 : à morte Cyri 1500 : à monarchia Alexandri 1302 : Augusti 1000 compl. à nato Constantino Magno 701.

S. Vlricus Episcopus Augustanus obiit 4. Iulij, ætat. 83. Episcopatus anno 50. Contract. Bruschi.

975

SVIDAS hoc tempore vixisse creditur. Nam in eius Lexico finitur annorum Mundi supputatio morte Ioannis Tzimiscæ Impera. Græci, qui hoc anno obiit.

980

IVBILÆVS 99. MOVIS 49. CHRISTI prædicationis 19.

Circa hoc tempora vrbs Salinis Saxonice addita est, quæ hodie inter vrbes Saxonice ornamentis eximijs floret.

OTHO II. Romæ moritur 8 Decemb. Marian. Contract. Schaff. Sieber.

Ab exitu ex Aegypto 2500 : à Completa regia Salomonis 2000.

983

OTHO III. Imp. qui dictus est Mirabilia mundi, imperauit an. 17. Frising.

Vesp.

984

Morino Ludouico Rege Francorum ultimo ex Pipini progenie (quæ hæcenus ab anno 751 regnum Gallie tenuerat annis 237) Hugo Capetus Parisiensis successit in regno Francorum. Regnavit an. 9. Ab hoc Hugone Capeto descendit linea Regum Gallie, qui hodie regnant. Hugo itaq; Andegauensis (vt loquitur Meyerus) primus apud Gallos, Gallus regnare cepit, Germanorum Francorum extruso sanguine. Hinc ad Caroli V. Imp. initium 532.

988

Mortuo Hugone Capeto in Gallia regnavit filius eius Robertus Rex pius & doctus annis 34. Huius extant sacra Cantica : Sancti Spiritus adsit nobis gratia. Item de natiuitate Domini : Iudæa & Ierusalem. Item de S. Petro : Cornelius Cænturio. Item Collecta de martyribus : Concede nobis Domine. Item, O Constantia martyrum laudabilis. Hec Gillius.

997

S. Adalbertus Episcopus & Martyr, à Prutenis, quibus Christi Euangelium prædicare cepit, 23. April. interfectus est. Schaff. Cromer. & legenda.

999

MIEZLAVS primus princeps Christianus in gente Sarmatica obiit : Sepultus Posnaniæ. Ei successit filius Boleslaus, cui Otho III. Imp. Gnesnæ Regium nomen & Coronam imposuit. Mechouius.

1000

Est annus à morte Salomonis 2000 : à Roma condita 1751 : à Coronatione Caroli Magni 200. De hoc anno ita Siebertus : Multa prodigia sunt visa : Terra motus factus est permaximus, Cometes apparuit 19 Cal. Ianua. circa horam nonam, aperto cælo quasi facula ardens cum longo tractu, fulguris instar, illabitur terris, tanto splendore, vt non modo qui in agris erant, sed etiam in tectis lumine ferirentur, qua cæli scissura sensim euanescente, visa est figura quasi serpentis capite crescente cum ceruleis pedibus.

BASILIKS Imp. Græcorum Indict. 13 grauem exercitum mittit aduersus

L 2 Bulga-

- Bulgarorum castra trans Aemum & duabus urbibus captis, victor domum redit. Cedr. pag. 581.*
- Sunt qui ad hæc tempora referant institutionem septemvirates siue Senatus VII, Electorum, penes quos potestas est Romanum Imperatorem eligendi. De qua tamen sententia vel dubitare vel disputare cepit Auentinus lib. 5, & hunc secutus Onuphrius Panuinus lib. de comitijs imperatorijs, quorum vterq; existimat Electores demum post obitum Friderici II. (id est post annum Christi 1250) à Gregorio X. (qui Pontifex Roma: creatus est 1271) confirmatos esse.
- 4971 **OTHO III.** *Imp. obiit 28 Ianua. Frising. Contract. Vrsberg. sed Schaffn. Marian. Sigeb. ad annum sequentem referunt. Aiuunt viduam Crescentij Romani, quem Otho necari iusserat forma pulchritudine Othonem in iui amore pellexisse, eiq; reditum in Germaniam paranti, misisse Chirotecas affabre factas, sed veneno tinctas: quarum vsu & contactu ille infectus & ex-tinctus sit: Cadauer Aquisgranum, intestina Auguſtam translata sunt. Tres Othones imperarunt huc vsq; an. 65.*
- HENRICVS II.** *dictus Claudus, item Sanctus, imperauit an. 23. Mens. 5. Contract.*
- 4973 **HENRICVS** *Imp. reges gentilium in interiori Germania, qui dicuntur Win-di, sibi tributarios fecit. Sigeb.*
- 4977 Fundatus & institutus est ab Henrico Imp. Episcopatus Bambergensis. Contract. Sigeb. ad 1004. alij 1011. Amplissima Abbatia extra muros Bambergæ Benedictini instituti, fundatur 1008. Bruschi. Buching.
- 4979 Saraceni Asiatici Ierosolymam occuparunt, & Templum ad Sepulchrum Christi sumtuosissimè conditum euerterunt. Drechl. Cedr. pag. 582.
- 4981 Hoc tempore vixit Vuilligifus Episcopus Moguntinus, carpentarij filius, à quo Episcopi Moguntini hodie habent rotam pro insigni. Bruschi. De hoc Episcopo sic scribit Siffridus: Vuilligifus humilij progenie ortus, patrem habuit qui currus & bigas facere solebat: is deo in thalamo ornatis & grandibus literis hæc scripta habebat: *Wil-legis, Willegis, recole vnde veneris.* Hæc & in Teutonica lingua scripta erant, appendebat etiam rotas & huiusmodi instrumenta in pariete circumquaq; in quibus suam profapiam recognoscebat. Hinc habentur duæ rotæ in clypeo Ecclesiæ Moguntinæ. Hic Archiepiscopus Ecclesiam maiorem & Sancti Albani Moguntinæ construxit. Hæc Siffrid.
- 4984 **HENRICVS** *Imp. vna cum S. Kunigunda uxore sua Roma Coronatur à Benedicto Papa. Contract. (Onuph. 25 Aprilis.) Ex hoc tempore imperauit annis 51. Frising.*
- 4985 Templum Argentinense extructionis genere admirabile incôatum est sub Vernherio (alij Berengario) Episcopo. Buching.
- 4993 **ARIBO** Episcopus Moguntinus Idib. Augusti Synodum conuocauit Salingstadij, in qua decreta facta sunt de ieiunijs in festorum quorundam vigilia obseruandis, & nuptijs certo tempore intermit-tendis aut non celebrandis, vt: ab aduentu Domini vsq; in Octauas Epiphaniæ, & à LX X diebus vsq; in Octauas paschatis &c. Item: vt Presbyter post galli cantum æstiuis noctibus bibens, proxima die Missam non celebret. Repræhensi sunt etiam presbyteri, qui exorta in vrbibus incendia extinguerent tentauerant lineo (vt vocant) corporali, in quo corpus CHRISTI consecratum fuerat, in ignem iniecto. Vide Acta Synodi, & Chron. Hirsgau.
- 4994 **S. HENRICVS** *Imp. moritur 13 Iulij etat. 52. Bambergæ sepultus. Contr. Vrsb. Schaff. Sigeb: & Pet. de Natalib. lib. 6. cap. 97. Estq; anno Christi 1145 canonizatus.*

- CUNRADVS II. Saliquus, (aliàs dicitur Cunradus I. scilicet de gente Francorum) Imp. an. 15. Contract.
- FERDINANDVS eius nominis Primus in Hispania regnat an. 47. m. 8. 1025
Tarapha. Hinc ad Ferdinandi Imp. Coronatione n 532.
- CUNRADVS Roma coronatur à Papa & Imperatoris nomen sortitur ipso die paschatis. Frising. (Onuph. 7. Cal. Aprilis.) 1027
- Theophylactus Bulgariz Archiepiscopus fulget. Gassarus. Alij anno 864: fortè rectius.
- Marianus Scotus Chronographus nascitur, vt ipse refert. 1028
- Quintus millenarius mundi: IVBILÆVS 100. Mosi 1030.
30. CHRISTI pradicat. 20: à partitione terræ 2500: à baptismo CHRISTI 1000.
- ROBERTVS Rex Francia (autor Canticorum quorundam Ecclesiasticorum) moritur. Onuph. an. sequent. Ei successit filius Henricus I.
- CUNRADVS Imp. Stephanum Pannoniz Regem cum exercitu petit, & interea in Alemania Werinherus Comes cum alijs multis occiditur (17 Augusti) Contract. Vrsb. Schaff.
- CUNRADVS Imp. 12. Iulij posuit primos lapides trium maximorum templorum Spirensium. Bruschi.
- STEPHANVS Vngariae Rex missis legatis cum Imp. Cunrado pacem facit. 1031
Contract.
- STEPHANVS Rex Vngariae moritur die assumptionis Mariae: adscriptus est Sanctorum Catalogo. Bonfin. Contract. & legenda: alij ad 1034 referunt. 1038
Bonfinius refert, huius Stephani dextram (quod de Osualdo Angliae Rege etiam scribitur) non esse putrefactam: Merito, inquit, manus illa corruptionis experte esse debuit, quæ neminem mendicare, esurire, & in captiuitate aut quauis miseria iacere perpetua est. Sub hoc Rege Vngaria ad Christianam religionem conueria infidelitatem Ethnicam exiit.
- CUNRADVS Imp. moritur prope Traiectum 4 Iulij (alijs Iulij) in Pentecostes festo, sepultus Spira in templo S. Mariae à se constructo, vbi sic scriptum reperitur in Mausoleo: Cunradus II. Imp. obiit anno Domini 1039: pridie Non. Iulij. 1039
- HENRICVS III. Cunradi II. filius Imp. an. 17. mens. 7. Contract.
- HENRICVS Imp. gloriosissimam victoriam adeptus est in Vngaria, 3 Non. Iulij. Contract. Schaff. 1044
- Hoc tempore vixit Guido Aretinus Monachus in Italia, qui primus excogitauit nouam cantandi rationem per sex syllabas: vt, re, mi, fa, sol, la, Tritith. Harum seriem quidam de Musicis vtilitate quaesitus, vni versiculo inclusit, in hunc modum:
- Cur adhibes tristi numeros cantumq; labori?
VT REleuet Miserum FATum, SOLitosq; LABores.
- ANDREAS factus est Rex Vngaria: à morte Stephani Regis an. 113 circiter & mens. 4 elapsis. Bonfin. Contractus ad finem anni superioris refert, quod idem est. Ritus autem scribit Andream iam Coronatum cum Vngari post mortem Stephani à fide Christiana descisissent, edicto publico praecepisse, vt omnes Vngari relicta superstitione Ethnica redirent ad verum Dei cultum, Christi fidem, qua S. Stephanus Rex eos instituerat, vltimumq; supplicium in eos statuisse qui contra facerent.
- Hic Andreas Belam fratrem suum, Ducis Poloniae generum, cum tota familia reuocauit in Vngariam, regniq; participem fecit, vt ipse duas regni partes obtineret, Bela tertiam, Ducis appellatione. Hac Ritus. De Petro Vngariae Rege quem Andreas oculis & regno priuauit, vide Bonfinium, Vngar. Chron: Vrspergens. & Frising. cap. 33.

- 5021 **HENRICVS IIII.** *Imp. nascitur 3 Id. Nouemb. Schaff.*
- 5022 **CASIMIRVS** Rex Poloniz Sedem & Collegium Episcopi Silesiz, quod prius Smogrouiz & postea Bicinaz fuerat, transtulit Vratislauriam, illudq; pluribus redivis donauit. Ex hoc tempore vrbs Vratislauria caput suum supra ceteras altius exeruit, & omni ciuiliu ornamentorum genere paulatim aucta & exulta, illud laudis & gloriæ decus adeptæ est, vt non immeritò vrbiu Silesiz Sol dici possit. Vide Cromer. Cure.
- 5023 **Papa Leo IX.** *insignem clade accepit die 18 Iunij à Normannis, Italis terga vertentibus, & Teutonicis magna ex parte occumbentibus. Contract. Schaffn. & Frisingensis.*
- Alba Augia Cœnobium non procul à Norinberga fundatur 1053. Buching.
- 5024 **HERMANNVS** Contractus filius Vuolferadi Comitis de Veringen in Sueuia, vir doctiss. & Chronographus diligentissimus, moritur: Fuit ab infantia omnibus membris contractus, vnde & nomen sortitus est. Fertur composuisse Canticum: *Salve Regina.* Fuit Monachus in Monasterio S. Galli. Eius Chronicon à quodam continuatum est vsq; ad an: 1066.
- 5026 **HENRICVS III.** *Imp. obiit Burdfeldia, atq; 39. 5. Octob. Contracti appendix & Frising.*
- Inscriptio Mausolei Spirensis: Henricus III. Imp. obiit an. 1056. 3. Non. Octob. Schaffn. dicit sepultura traditum die Simonis & Iude, quo etiam natus fuerat.*
- HENRICVS IIII.** *Imp. an. 50 (incoatis). Vrsp. Euectus ad imperium natus annos quinq;: fuit princeps bellicosissimus: Nemo collatis signis toties cum hoste conflixit, adeo vt M. Marcellum & Iulium Cæsarem supergressus bis & sexages cum gentibus ferocissimis pugnarit.*
- 6027 **MARIANVS** Scotus patriam egressus fit Monachus Colonia. Georgij Cedreni Chronographi Græci Chronicon finitur indict. vrbs decima (ineunte) qua coronatum scribit Isaacium Comnenum Imp. Constantinopolitanum mens. Septemb.
- 5028 **MICHAEL Psellus** Philosophus Constantinopoli floruit.
- CASIMIRVS** ex Monacho factus Rex Poloniz obiit hoc anno (à morte Iulij Cæsaris 1100) Huic successit Boleslaus qui S. Stanislaurum interfecit. Hinc ad mortem Sigismundi I. Regis Poloniz 490.
- 5029 Romæ celebratur sub Nicolao II. Papa Concilium Lateranense, in quo Berengarius Turonensis suam sententiam de Eucharistia reuocauit eâ verborum forma, quæ extat in Decreto Dist. 2. de Consecra. Ego Berengarius Ecclesie Andegauensis Diaconus anathematizo hæresin de qua infamatus sum, quæ astruere conatur panem & vinum in altari post consecrationem solummodò sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & non posse sensualiter, nisi in solo sacramento sanctum tractari vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ Ecclesie & Apostolicæ Sedis, & ore atq; corde profiteor, de Sacramentis Dominicæ mensæ eandem fidem me tenere, quam Dominus & Venerabilis Papa Nicolaus & hæc sancta Synodus autoritate Euangelica & Apostolica tenenda tradidit, mihiq; firmavit, scilicet, panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum: sed etiam verum corpus & sanguinem Christi esse, & sensualiter non solum sacramentum, sed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi & fidelium dentibus atteri, &c.
- Hanc confessionem Berengarij Romæ coram 114. Episcopis factam misit Papa Nicolaus per vrbes Italiz, Germaniz, Galliz & ad alia loca, vt Ecclesie, quæ prius doluerant de auerso atq; peruerso, postea gauderent de reuerso atq; conuerso. Hactenus Decret. Berengarium refutarunt Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis, & Guiz

& Guimundus Episcopus Auerfanus, qui illo tempore vixerunt, & quorum hodie contra Berengarium scripta leguntur. Damnata etiam fuit eius sententia à Leone IX. Papa in Concilio Vercellensi, quod Contractus ad an. 1050. Sigeb. ad 1051. refert. Nicolaum verò II. hoc anno Sedi Romanæ præfuisse ex Schaffnaburgensi patet, quia scribit anno 1059. Nicolaum qui antea appellatus sit Gerhârdus Florentinus, Romanum Pontificatum obtinuisse. Idem habet appendix Contracti.

Mortuus est Henricus I. Rex Francorum. Appendix Contract. & Meyer. 1060
Hinc (inclusivè) ad mortem Henrici II. Regis Gallie 500. Estq. hic annus à regno Salomonis 2100. ab imperio Augusti 1101.

ANDREAS Rex Vngariae, videns Belam fratrem suum regnum affectare & Vngaros paulatim ad eum desicere, uxorem suam & filium Salomonem, cui Imperator filiam suam parvulo parvulam desponderat, cum multis opibus ad Henricam Imp. misit, petens, ut sibi misso exercitu subveniretur, &c. Schaffn.

BOLESLAVS Polonia Rex Bela precibus fatigatus in Vngariam expeditione suscepta, magnas Andrea copias ex Vngaria, Germania, & Boemia contractas, fudit, & Belam Albe Regia in sede Regia collocauit. Post hunc conflictum Andreas longius fugiens comprehensus ab Vngaris & male tractatus in sylvâ Bocomensi regni & vitæ finem fecit. Cromer. Fulstin. Ritius. Vngar. Chron. &c.

HENRICVS III. Imp. cum hætenus omnia per tutores acta fuissent accinctus est gladio, & ipse bella gerere cepit an. regni sui 9. etat. 14. App. Contract.

S. Eduardus Anglorum Rex obiit absq. liberis. Meyer. 1065
Sub Vuernherio Episcopo Collegium S. Arbogasti extra muros urbis Argentinae erectum est. Buching.

Visus est Cometes, qui effectum non caruit. Nam eodem anno Guilelmus Northmannie Dux ab Eduardo heres institutus Angliam cum exercitu inuasit, & Haraldum, qui Regis Angliæ nomen usurpare, Guilelmumq. Anglia arcere conabatur, vicit & occidit. Frising. Meyer. Schaff.

De Sclavorum defectione à fide Christiana, vide Helmoldum cap. 24. Alij ad 1064.

ERFVRTVM vrbs Thuringia amplissima circa hæc tempora muris & mœnibus cincta est, & in eam vrbs formam redacta, quæ nunc conspicitur. Fit eius mentio multo ante hæc tempora.

In huius anni autumno, (teste Schaffnaburgensi) Henricus III. Imp. convenit Misna in dicto, Boleslaum Polonia Regem & Wratisslaum Boemia Ducem dissentientes, à mutuo odio & maleficio iubet desistere, eiq. se socium contra alterum proficitur, qui primus arma sumpturus esset. Eius compositionis forma publicè in templo Misnensi recitata est. Fabric.

Est annus à Monarchia Alexandri 1400: Augusti 1100: Vespasiani imperio 1000.

IOANNES Xiphilinus Patriarcha Byzantinus, qui Dionis historiam in Epitomen redegit, floruit. Clara & celebris hoc tempore fuit memoria S. Sebaldi in Nürnberg. Schaff.

Hoc anno die 21 April. obiit Alexander Papa. Marian. Successit Gregorius VII. antea dictus Hildebrandus: Hic aduersatus est Henrico III. Imp. eiusq. crebrò meminit Venericus Episcopus Vercellensis (qui hoc tempore floruit) in libro de vnitæ Ecclesiæ & schismate inter Henricum III. Imp. & Gregor. VII. Papam, de quo plurima lege apud Vrspergensem qui in his temporibus de scribendis est accuratus & copiosus.

FERDINANDVS I. Rex Hisp. moritur. Taraph. Hinc ad Ferdinandi
Imp. natalem 430: ad eius obitum 490.

CÆLIBATVS SACERDOTVM IN GERMANIA.

5044 Schisma ortum propter Sacerdotum matrimonia à Gregorio VII. in-
hibita, quam prohibitionem alij bonam ac piam, alij impiam & con-
tra Euangelium esse contendebant. Scribunt ea de re Sigebertus &
Nauclerus mirabilia. Meyer.

Schaffnaburgensis hanc rem ita narrat: Hildebrandus Papa, inquit, cum
Episcopis Italiae conueniens decreuerat, vt secundum instituta antiquorum cano-
nicum, presbyteri vxores non habeant: habentes aut dimittant aut deponantur:
nec quisquam ad Sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam vi-
tamq; cœlibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras
litteras ad Episcopos Galliarum trans mittebat, præcipiens, vt ipsi quoq; in suis Ec-
clesiis à Contubernio Sacerdotum omnes omnino sœminas perpetuo anathemate
refecarent. Aduersus hoc decretum vehementer infremuit tota factio clericor-
um, clamitans illum oblitum esse sermonis Domini, quo ait, non omnes capiunt
hoc verbum, qui potest capere capiat. Et Apostolus: Qui se non continet, nubat,
Melius est enim nubere quàm vri: Et illum dum violenta exactione homines an-
gelorum ritu, viuere cogeret, fornicationi & immundiciae frena laxare. Quod si
pergeret sententiam confirmare, malle se Sacerdotium quam coniugium deserere,
& tunc visurum eum, cui homines sorderent, vnde gubernandis per Ecclesiam Dei
plebibus angelos comparaturus esset. Archiepiscopus Moguntinus sciens non
paruo constare operam hanc, vt tanto tempore inolitam consuetudinem reuelle-
ret, atq; ad rudimenta nascentis Ecclesiae senescentem iam mundum reformaret,
moderatus agebat, & primo eis in dimidiũ annum inducias & deliberandi copiam
dedit, hortans eos, vt quod necessario faciendum sit, sponte faciant, & tam sibi,
quàm Rom. pontifici necessitate adimant aliquid in eos quod secus sit, decernen-
di. Ad vltimum, congregata Synodo in Erphesfurt mense Octobri prescius iam
imminebat, vt relegata omni tergiversatione in presentiarum aut coniugium abiu-
rarent, aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Multas e contra illi rationes affe-
rebant quibus instantis & urgentis improbitatem eludere, sententiamq; cassare ni-
terentur. Cumq; aduersus Apostolicæ sedis autoritate nihil argumenta, nihil sup-
plicationes, precesq; efficere, egressi tanquam ad consultandum, consiliũ inueniunt,
vt in Synodum non redeant, sed insussum omnes in domos suas discedant. Nonnulli
confusis vocibus clamitabant: Melius sibi videri, vt in Synodum regressi, ipsum
Episcopum piusquam execrabilem aduersus eos sententiam promulgaret, Carthe-
dra Episcopali deturbarent, & merita morte multato, insignè monumentum ad
posterum transmitterent, ne quis deinceps successorum eius talem Sacerdotali no-
mini calumniam struere tentaret, &c.

5045 Primum prelium Henrici III. cum Saxonibus in Thuringia ad fluum
Wnshrut die 9 Iunij victis. Venericus. Marian. Schaff. Sigeb.

5046 S. Ladislaus Rex Vngarie regnat annis 39. Vngar. Chron.

Hoc demum anno ortum est schisma inter Grego. VII. & Henricum
III. Imp. quo Romana Respub. totaq; Ecclesia misere turbata est,
Gregorio Anathema Henrico denunciante & in imperio Rodol-
phum ei surrogante. Vrsp.

5047 RVDOLPHVS Dux Sueuiæ 13 Martij in Forcheim à quibus-
dam principibus eligitur Imp. contra Henricum III. Imp. Coroz
natur 21 Martij Moguntia à Sigefrido Archiepiscopo, media quaz
dragesima. Vrsp. Marian. Sigeb. Venericus. Gregorius pon-
tífex Rodolpho misit Coronam cum hæc inscriptione:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho, Sigeb.

Helmol. 28. cap. 28. ita recitat versum:

Petra dedit Romam Petro, tibi Papa Coronam.

Claruit his temporibus S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis
post Lanfrancum in Anglia, cuius olim auditor & discipulus fuit.
Tritth. Hirsgau.

Desinit Chronicon Lamberti Schaffnaburgensis, Chronographi doctissimi & accuratissimi.

S. Stanislaus Episcopus Cracouiensis interficitur à Boleslao Rege Poloniae, 8. Maij. Mechouius. 1079

IVBILÆVS 101. Mosi 51. CHRISTI Prædicationis 21. 1080

HENRICVS IIII. cum Saxonibus quorum dux erat Rudolphus Suenus, quartum prælium commisit, die 12. Octob. in quo Rudolpho præcisa est dextra, quam cum Mersburgi moriturus abscissam intueretur grauius suspirans dixisse fertur ad Episcopos qui aderant: Spectate, inquit, dextram legitima supplicia expendentem que fidei Sacramento munitam, & Henrico Domino meo datam vobis vrgentibus præter æquum & fas temerè violauit. Videte qui me contra Dominum meum solum ascendere fecistis, vt recta via me vestra monita sequentem duxeritis. Quibus dictis, expirauit: sepultus Mersburgi. Venericus, Marian. Sigeb. Vrsp. Bonfin. Helmol. cap. 29. RODOLPHVS regno ritu sepultus est, quod cum agrè ferrent quidam & dicerent non decere hostem Imperatoris ita honorari mortuum: respondit Imperator: Sinite eum regis insignibus ornatum sepeliri: vtinam omnes mei aduersarij hoc ornatu sepulti iacerent.

BOLESLAVS Polonia Rex ob S. Stanislaicæ dem à Gregorio VII. diuis deuoetur & regnum solenni ritu ei abrogatur succedente ipsi Wladislao. 1081
Boleslaus iniussus omnibus in Vngariam fugit, ibiq; conscientie doloribus laceratus miserè periit. Mechou. Cromer.

Nascitur Henricus V. Imp. Henrici IIII. filius. Marian. 1083
Desinit Chronicon Mariani Scoti, indict. 6. Eius Chronico appens dicem addidit Dodechinus.

HENRICVS IIII. Imp. Wratislao Boemorum duci Moguntia in conuentu Principum attribuit titulum dignitatemq; Regiam, Morauorum regno in Boemiam translato. Aen. Syl. Pleriq; tradunt Wratislaum Regem coronatum esse Praga ab Engelberto Archiepiscopo Treuirensi, die 16 Maij, anno 1087. 1086
Ordo Carthusiensium institutus est Colonia à Brunone Theologo: Cui occasionem præbuerant tristes voces hominis morituri, & ad cogitationem de futuro Dei iudicio contremiscentis. Tritth. Antoninus & speculum Vincentij lib. 26. ca. 82. Alij referunt ad 1084.

MARIANVS Scotus obiit ætat. 58. Moguntia. Tritth. Dodechinus.

S. Bernhardus natus est hoc vel superiori anno, quod colligitur ex anno 1091
mortis. Vide infra 1153. Vitæ eius historia addita est eius scriptis.

Concilium Claromontense in Gallijs congregatum ab Urbano II. Papa, qui Christianis Principibus contra Turcas arma decreto & hortatione sua induit, eosq; ad expeditionem vltamarinam pro recuperanda Terra Sancta excitauit. 1095

S. Ladislaus Rex Vngar. obiit 30 Iulij: sepultus Varadini in Cænobio à se constructo, post annos 103 in diuorum numerum relatus est. Bonfi.

FUCHERIVS Carnotensis, qui fuit Capellanus (vt veteres nominant) Balduini, fratris Godfridi Billionæ, historiam rerum per 29. annos gestarum ab anno 1095, ad 1124, breuiter & magna cum fide perstrinxit. Pontacus.

Celebris expeditio in Palaestinam à Christianis Principibus suscipitur 1096
studio recuperandi terram sanctam. Tanto numero Christiani mare transierunt, vt Occidens vniuersus demigrare visus sit in Orientem. Appellatur bellum sacrum, estq; pio zelo susceptum, sed pio sanguine multo gestum Describitur à Fucherio, Guilelmo Tyrio, Blondo, & rerum Gallicarum Germanicarumq; scriptoribus.

S. Leopold

S. Leopoldus Marchio Austrie dictus pater pauperum, patri in gubernatione succedens, regnavit an. 40.

Huius filius fuit Otho Episcopus Frisingensis historiographus. *Cuz spinianus.*

5067 Primus conflictus Christianorum cum Saracenis, ubi victores exire re Christiani 9. Cal. Mart. Sigeb. Eodem anno Nicea, vrbs Synodi Nicenæ memoria celebris, expugnatur à nostris. Sigeb. &c.

LANFRANCVS Archiepiscopus Cantuariensis moritur 3. Julij. Balæus. Ei succedit Anshelmus in præfulatu. Sigeb.

5068 Antiochia nono mense obsidionis die 3 Junij (al. 31 Maij) expugnata est à Christianis, & cæsa 100 millia Saracenorum. Drechsler. Fucher.

5069 Hierosolyma capta, & Saracenis erepta est à Christianis 15. Julij, die Diuisionis Apostolorum, feria 6. hora qua Christus mortuus est, die 39. obsidionis.

GODFRIDVS Bilionæus Princeps Lotharingæ, qui primus conscensis & superatis mœnibus in urbem irruperat, creatus est primus Rex Hierosolymorum, sed regni titulum & insignia ideo se nolle dixit, quod indecens duceret, Diadema aureum hominem peccatorem gestare ea in vrbe, in qua Saluator Mundi, æternus Rex, spineam coronam suo sacratissimo sanguine madentem, gestasset. Tradunt itaq; Coronam spineam ei esse impositam flexis genibus ad se pulchrum Dominicum procumbenti, fortè vt testaretur, se Christo caput & vitam suam donare, & ad illius exemplum, in hac vita spineum diadema se non aspernari, dum modò post mortem, vitæ æternæ gloria, spinis Christi parta & acquisita, ornandus & coronandus sit. Narrantur ista à Chronographis fusè & copiosè, sed tamen dissimiliter: ex illorum scriptis Lector ea cognoscat, quorum commemoratione nos breuitatis institutæ studio abstinemus. Robertus Monachus scribit, Tantum ibi humani sanguinis fufum, vt cæorum corpora vnda sanguinis impellente natarint ac fluitarint.

Regnum Hierosolymorum tenuerunt 8. Reges annis 88. tam breuis temporis regnum constitit, multo Christianorum sanguine, multis regnis preciosiore.

Est annus ab expugnatione Ierusalem sub Dauide 2171: à desolatione eius sub Nebucadnezare 1704: sub Vespasiano 1028: postquam à Persis capta fuerat 484: postquam verò Saraceni eam expugnauerant ac possederant 463.

5070 GODFRIDVS Bilionæus primus Rex Hierosolymorum moritur 18 Jul. (à morte Salomonis 2100: Davidis 2140). Succesit frater eius Balduinus: qui regnavit annis 18. Sigeb. Vrsp. &c.

5072 FVO Carnotensis Episcopus decreta pontificum in vnum volumen collegit. Paschalis II. Rom. pontifex Henricum III. Imp. excommunicat: Estq; Henricus hic Imperator primus à Rom. Pontif. anathematis fulmine percussus. Lege Vrspberg.

5075 HENRICVS V. filius Henrici IIII, aduersus patrem excommunicatū arma sumit & adiunctis sibi quibusdam Germaniæ proceribus bello eum persequitur. Northusæ etiam in Episcoporum conuentu publice sese purgat, quod patri bellum faciat, non regnandi cupiditate: sed studio obædientia erga sedem Apostolicam declaranda. Vrsp.

5076 HENRICVS IIII. decreto Paschalis Papa excommunicatus imperio deicitur, & insignibus atq; ornamentis Imperialibus spoliatur à Moguntino & alijs atud Ingelheim: cuius rei narrationem prolixam habet Helmol. cap. 32. 33. Frising. Vrsp. &c.

HENRICVS IIII. Imp. in custodiam à filio coniectus, mæore animi moritur Leody: 7 Augusti: ætatis 56: à morte patris 49: Cadauer eius vt hominis

minis excommunicati, toto quinquennio, sarcophago lapideo inclusum, extra templum Spirense inhumatum stetit & sepultura honore caruit. Vrsp. &c. Mausoleum Spirense habet diem obitus 7 laus Iun.

HENRICVS V. imperat an. 19. Frising. fuit parum felix in pralijs. Vrsp. Hoc anno fulsi Cometes toto mense Febru.

HENRICVS V. Silesiam, que tunc Polonia parebat, cum exercitu ingressus, Libusium oppidum limitaneum cepit, illudq. donauit Archiepiscopo Magdeburgensi: Glogoniam frustra oppugnauit: & Boleslao Polonia Regi pacem dedit: Vbi cum forte Cesar legatus ingentem auri & argenti thesaurum monstrasset, subindicans, paratos esse belli gerendi neruos: Hic, inquit, Polonos perdomabit. Vnus ex legatis Polonicis stultam Cesaris iactantiam notans, annulum aureum digito detractum ad reliquum auri cumulum adiecit: addens hęc verba: Iungatur aurum auro. Quo scommate nihil offensus Cesar respondit germa: lingua: **Habdant:** quod est: agogratias. Inde mansit vniuersę familia nobile nomen vt **Habdantky** appellantur, Paulo post **Henricus V.** non procul a **Wratislavia** acerrimo pralio victus est a **Boleslao R. Polon.** in campo **Canino**, cui nomen fecit concursus canum post pugnam cadauera lanientium. *Crom. Cur.*

1109

S. Anshelmus Episcopus Cantuariensis, cuius scripta extant, in Anglia moritur. *Sigeb. Tritt. 11. Cal. Maij.*

HENRICVS V. Roma a Paschali Papa coronatur, & pater eius **Henricus** excommunicationis vinculo solutus insigni pompa funebri, terra mandatur, *Spir. Vrsp. &c.*

1111

Eodem tempore Paschalis Pontifex **Henrico V.** concedit ius & priuilegium imperiale conferendi Episcopatus & Abbatias vel Prælaturas (vt vocant) per annulum & baculum: quod tamen ei paulo post eripuit. *Vrsp. Fris.*

1112

Desinit **Chronicon** **Sigeberti** Monachi **Gemblacensis**, qui hoc anno obiit. Eius **Chronicon** continuauit **Robertus Abbas** **Montis** vsq. ad annum **Christi 1210.**

S. BERNHARDVS, genere **Burgundus**, ingressus **Cistercium**, factus est **Monachus** a constitutione **Domus Cilterciensis** anno 15. ætatis circiter 22.

1113

Henrico V. **Saxoniam** vastanti occurrit **Lotharius Saxonum dux** (qui post **Henricum** imperauit) cum exercitu in **Welfshols** & 11 Febr. commissum est pralium illud memorabile quo **Saxones** victores attriuerunt copias **Cesaris**, & desiderata sunt ex utraq. acie 45 millia hominum. **Helmoldus** ait copias **Cesaris** maiores fuisse **Saxonis**, atq. tres **Saxones** quinq. **Casarianis** fuisse in pugna oppositos. *Cranzius Saxo: s. cap. 36. Tritt. Fabri. &c.*

1115

Fundatum est **Cœnobium** **Clareuallense**, cuius primus **Abbas** fuit **S. Bernhardus**. *Vincen. Sigeb.*

1116

PASCHALIS II. **Papa** **Romę** in **Concilio Lateranensi**, 6. **Mar**ti congregato, priuilegium de inuestitura **Episcoporum** antea traditum **Henrico V.** reuocat, damnat & abrogat, vt per vim sibi in **castris** extortum: illudq. nominat **Prauilegium**. **Imperatorem** etiam **anathemate** ferit: Quę res multos **Episcopos** & **Principes** **Germanię** ad rebellionem aduersus **Imperatorem** commouit. **Nouę** itaq. **turbę**, **schismata** & **scandala** in **Ecclesia** repullularunt. *Vrsp. Helmol. Cranz.*

1117

RVPERTVS **Tuitiensis** hoc anno, dedicauit **Cunoni** **Abbate** **Siegebergensi** libros egregios de operibus **S. Trinitatis**: quod docet **præfatio**.

1118

BALDVINVS **Rex** secundus **Hierosolymorum** moritur **Dominica** **Palmarum**: conditus **Mausoleo** regio in loco **Caluarie** ad latus **Godfridi** fratris. **Succesit** ei **Baldunus II.** *Vrsp. & alij.*

Romę

Romæ mortuo Paschali II. Henricus V. Imp. Pontificatum abrogavit Gelasio II. recens electo, Apostolicæ Sedi alium quendam imponens. Gelasius Pontificatu deiectus Cæsarem in Germaniam rediit excommunicat, ac diris persequitur: itaq; schisma quod iam putabatur emortuum, crudeliter reuixit, & Henricus Cæsar de imperio & honore suo periclitari cœpit, Vrsp. &c.

Chronicon Ioannis Zonaræ terminatur, morte Alexij Comneni Imp. Græci, in cuius locum subijt Calo Ioannes Comnenus. Deinceps historiam pertexit Nicetas Choniates.

5090 Collegium Sacerdotum Glogouix fundatum & institutum à Boleslao Principe Polonorum, adiuuante Haymone Episcopo Vratillauensi.

5092 HENRICVS V. in Concilio Wormaciensi 23. Septemb. reconciliatur Apostolicæ Sedi, resignans atq; cedens ei omne ius inuestituræ Ecclesiasticæ: id est, potestatem Episcopos inuestiendi, consecrandi & confirmandi, Episcopatus vel Abbatias ac Prælaturas conferendi, quæ antehac penes Imp. siue laicos fuerat. Pontifex verò Calixtus II. vicissim concessit, Electionem Episcoporum & Abbatum in præsentia Imperatoris fieri, sine violentia, ita vt iam electus regalia per sceptrum ab Imp. reciperet. Cusp. Vrsp. Sig. Fris. I. 7. ca. 16.

5094

POMERANIA AD CHRISTVM CONVERSA.

OTHO Episcopus Bambergensis Pomeranos & quosdam terræ Lutitiæ vrbes ab errore & idolatria gentili reuocatas ad Christi fidem perducit, ihsq; baptizatis templa in vrribus construxit, de quo lege apud Vrspergensem scriptum ipsius Othonis Episcopi, Pomeranorum Apostoli. (Est annus 2600. ab egressu Israëlitarum ex deserto, & ingressu eorum in terram promissam duce Iosua). Huius rei meminit Helmoldus his verbis: His diebus, inquit, claruit vir insignis sanctitate Otho Bauenbergensis Episcopus, qui inuitante pariter, & adiuuante Boleslao Polonorum rege, Deo placitam adijt peregrinationem ad gentem Slauium, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Oderam & Poloniam: prædicauitq; illis verbum Dei, Deo cooperante & sermonem confirmante subsequenter signis: omnemq; gentem illam cum Principe eorum Vuercezlauo conuertit ad Dominum. Vide Vandalia Cranzij lib. 7. c. 17. & lib. 3. c. 28. Saxo: I. 5. c. 44.

Nomina vrbiũ Pomeranicarum ab Vrspergensi hæc exprimuntur: Pirizstetin, Wlingamen, Colberch, Belgrado, Lubingresch.

ALBERTVS Vrsus, cognomento Magnus & pulcher, filius Othonis, comes Ascanie & in Ballensted, Dominus in Bernburgk & Marchio Soltuedelensis ab Henrico V. Imp. post patrem hoc anno inuestitur. Huius multa fit mentio in historia principum Anhaltinorum, & Marchionum Brandeb. & sunt qui dictum putent Vrsum à familia Vrsinorum Romanorum. Iust. &c.

Mense Decembri Calixto II. Papæ successit Honorius, à quo Volaterranus scribit confirmatum esse Ordinem Templariorum siue fratrum Militiæ templi Hierosolymitani. Pontacus eorum initium refert ad Gelasij II. tempora, & ait dictos esse Templarios, quod iuxta Templum Domini Hierosolymis in palatio Regio habitarent. Vide Tyrrium lib. 12. cap. 7. & Æmylium lib. 5.

Tyrus clarissima vrbs Phenicum capta à Christianis. Meyer.
Monasterium in Spanheim fundatur à comitibus de Spanheim. Tritt. Sigeb. ad seq.

5095

HENRICVS V. Imp. apud Traiectum moritur sine liberis: sepultus Spire. Diem obitus alij assignant 21 Maij. alij 23 Iulij. Appendix Sigeb. habet

habet feriam 5 post Pentecosten: quæ an hoc anno in 21 Maij incidat, docent Dionysij tabula.

LOTHARIUS II. Dux Saxon. Romanorum Imp. an. 13. Mariani appendix annotat, fuisse Moguntia electum 30 (alij 25) August. & coronatum 13 Septemb. Vide Vrsp. Frising. Sigeb. Helmol. cap. 42. qui hunc Lotharium vocat Luderum.

Hoc tempore clarus habebatur Rupertus Tuitiensis Cœnobij prope Colonia Abbas, qui præclara in scriptis doctrinæ & pietatis suæ monumenta reliquit.

LOTHARIUS Imp. prouinciam Misnensem concedit Cunrado Wetini Comiti, cuius posteritas rerum hodie potitur feliciter, & à Witichindo Magno auspiciam ducit originem. Fabric. Vrsp. Frising. &c. Hinc ad natalem Augusti Elect. 400.

Pretium inter Lotharium & Boemia ducem committitur: in quo perijt Otho dux Moraue 12 Martij. Ebc. & alij.

IVBILÆVS Mundi 102. Mosis 52. Prædicationis CHRISTI 22.

Hoc seculo floruit Irnerius (alij Wernherus, vel Guarnerius) Iurisprudentiæ instaurator, dictus Lucerna iuris, quod leges Romanas à teneis & blattis liberatas, in lucem Lothario Imp. iubente reuocauit, & primus legibus glossas apposuit, & sine exemplo cæteris illuminandi iuris exemplum dedit. Bononiæ ius ciuile profiteri cœpit: annis 600. post Iustiniani tempora elapsis.

SOBIESLAVS Princeps Boemorum, qui Lusatia magnam partem occupauerat, instaurauit & muniuit celebrem urbem Gorlicium, quæ prius sepe fuerat vastata. Cure. & manu script.

LOTHARIUS Roma coronatur ab Innocentio II. Huic coronationi interfuit S. Bernhardus, quem Lotharius secum adduxerat. Cæterum cum Lotharius vetera Imperatorum iura in conferendis Episcopatibus ac Abbatij se repetiturum ostendisset: Pontifex minime passus est ea sibi eripi. Sigeb. Cusp. Vrsp. Frising. &c.

S. Leopoldus Marchio Austria moritur 15 Nouemb. sepultus Neoburgi in cœnobio à se constructo. Cusp.

LOTHARIUS Imp. rebus magnis in Italia & Apulia prosperè & præclare gestis cū exercitu in Germaniam reuertens, in itinere morbo corripitur & prope Tridentum moritur 3 Decemb. sepultus prope Brunsvuigam in monasterio Luther à se constructo. Hic à scriptoribus Italicis, inquit Fabricius, celebratur, quod in toto imperio nihil egerit quod merito reprehendi possit: Engelhusius tradit, ipsum iustitia amatorem & Constantini, Caroli & Othonum fuisse imitatore. At etiam Frisingensis, potuisse eius virtute & industria imperium ad pristinam dignitatem reuinci, nisi fuisset celeri morte preuentus. Addit Fabricius, eum veteres Romanorum leges in Apulia repertas, socijs Pisanis donasse, qui libri nunc Florentia in Palatio Mediceo afferuntur, ac mandasse vt leges per Irnerium explicentur & ius secundum eas in imperio dicatur, quod & supra monuimus. Eius verò etiam Epitaphium recitat à se repertum: quod hoc postremo disticho clauditur:

Exiuit membris, heu, trina luce Decembris,
Ecclesiæ gemitus, illius est obitus.

De anno obitus inter Chronographos non conuenit. Vrspergensis, Onuphrus & alij habent 1138: Nos Frisingensem, Mariani & Sigeberti appendices, & Tritheimij Hirsgauense Chronicon sequimur, qui conuentum apud Confluentia (ubi Cunradus electus est Imp.) & Pascha Colonia à Cunrado recens electo celebratum referunt ad 1138: Frisingensi etiam annus Christi 1146 est Cunradi nonus. Ergo 1138 est Cunradi primus quod etiam Siffridus habet.

M

CVNRA

1126

1130

1131

1133

1136

1137

- 5108 **CUNRADVS III.** Imp. an. 14. (vel 15 inchoatis). Vrsp. fuit dux Sueviae & Henrici V. Imp. ex sorore nepos. Confluentia creatus est Imp. & coronatus circa mediam quadragesimam: Hic Cunradus Noribergam & Lubecam, celeberrimas Germania vrbes, instaurauit, exornauit, usq; gradum struxit ad eam Maestatem quam hodie praeseferunt. Huc vsque perduxit Chronicon suum Honorius Augustodunensis praebyter.
- 5109 **Obijt in Gallia Iohannes de temporibus qui annis 361 vixerat & Caroli magni armiger fuerat. Martin: Polonus, Naucle: & alij.**
- 5110 **Hugo de S. Victore** Canonicus Parisiensis, cuius scripta extant, moritur.
- Eodem anno **OTHO** Episcopus Bambergensis, Comes de Andechs, Ecclesiarum Pomeranicarum ^{omnisq;} atq; parens, Bambergæ obijt septuagenarius: 3. Septemb. Trit. & append. Marian. &c.
- His ferme temporibus nata sunt factiosa & feralia nomina Guelforum & Gibellinorum, de quibus consule integras historias aliorum, &c.
- GVELFVS** dux Bauariae pugna victus à Cunrado Imp. die S. Thome, vallo & mœnibus oppidi Winsbergk, se suosq; inclusit. Obsessus igitur à Cunrado, post multas difficilesq; oppugnationes, fame & rerum necessariorum inopia, deductionem facere compulsus est. Cumq; metueretur, ne Imperator in Guelfum eiusq; ciues iure belli propter rebellionem grauitur animaduersurus esset, firmata eius oppidi antequam porta aperirentur, petiuerunt, ut sibi saluis abire liceret una cum ijs rebus quas humeris gestare possent. Quod cum à clementi victore & optimo principe facile impetrarent, & hostes aurum, gemmas, mundaumq; muliebrem eas elaturas crederent, matrone illa omni supellectile neq; lecta militūq; præda relicta, maritos suos humeris exceptos ex oppido cunctis spectantibus & industriam admirantibus asportarunt. Qua pietate ingeniosa Cunradus Imp. motus, Guelfum cum ciuibus suis inuolutum & incolumem dimisit, & pace constituta cum eo amicitia iunxit. Ducibus vero indignantibus & frementibus ob leges deationis isto dolo violatas, respondit Imperator: Non decere verbum Regium immutari: subindicans malle se clementia quam seueritate delinquere. Trit. Hirsgau. Vrsp. & alij.
- 5112 **ALBERTVS VRSVS**, princeps Anhaltinus, Marchiam Brandenburgensem obtinuit. Ab hoc Alberto Vrso denominatae sunt vrbes Marchica, BERLINVM, Bernauia, Bernualdia, &c. Iust. Brotus.
- Trithemius ea de re ita scribit. Anno 1141. Henricus Marchio Brandeb. obijt sine liberis, Marchiam in manibus Imperatoris liberam relinquens: Quam Cunradus Imp. Consilio principum, Adelberto comiti de Soltwedel in feudum imperiale concessit.
- FVLCO** Hierosolymorum Rex moritur, succedente ei filio Balduino. Meyer. Sub hoc Fulcone Rege, initium sumpsisse dicitur Ordo Hospitalis S. Ioannis Baptistæ in Ierusalem, siue Teutonicorum Militum D. 102 annis: ad cuius Ordinis societatem in his locis multi præstantes viri: tum etiam Magister Ordinis in Sonnebergk, & Commendator in Logau pertinent.
- 5115 **AVICENNA** Hispalensis Medicus, nascitur in vrbe Commae genæ Edessa. Huius coætaneus fuit Auerroes Cordubensis Philosophus & Medicus, atq; Commentator Aristotelis.
- 5116 **OTHO** Frisingensis Chronicon suum terminat anno 1146, quem ait esse Cunradi Imp. nonum, & Eugenij III Papæ, secundum. Scripsit quoq; librum de rebus gestis Friderici I. de quo post.
- 5117 **Angli, Flandri, & Lotharingi** instructa ducentarum prope nauium classe in Galleciam nauigarunt, ubi auxilio Alphonsi Regis Lusitania, Vlisipponem urbem clariss. de Saracenis ceperunt, ubi mox Alphonsus Archiepiscopum instituit, illiq; sex alias domitas ciuitates subdidit. Meyer.
- Hoc au-

Hoc anno suscepta est ingens illa Cunradi Caesaris, aliorumque Regum ac Principum in Syriam expeditio: sed quae fraude Graecorum irrita cecidisse traditur, Emanuele Graecorum Cesare, perfidia plusquam Punica, Christianorum farina gypsum immiscente. Meyer.

Trithemius ait maiorem exercitus partem perisse fame, peste, & gladio, terramque Saracenorum ditatam ac repletam esse spolijs ac armis Christianorum. Frisingensis ait fuisse bonum bellum secundum quid, non simpliciter, id est, profuisse nostris interitum corporum ad animae salutem.

118 RICHARDVS de S. Victore, Monachus Parisiensis, qui scriptis nomen suum nobilitauit, moritur 2. Nouemb. Chron. Noriberg. maius.

1148

121 Gratianus Monachus post Iuonem Carnotensem DECRETORVM opus ex veterum statutis, sanctionibus & scriptis composuit, quo Iuris Canonici studiosi hodie vtuntur, Martin. Polon. Trit.

1151

122 CUNRADVS III. Imp. moritur Bambergae 15 Febr. sepultus in Lorcb.

1152

FRIDERICVS I. Barbarossa vel Aenobarbus (à barbarusa sic dictus) Cunradi Imp. ex fratre nepos imperauit an. 39 non plenis. De huius rebus primo quinquennio gestis consule Frisingensem, qui inter cetera tempus mortis Cunradi & electionis Friderici ita annotat: Anno Domini, inquit, 1152. Cunradus ab hac luce decessit proxima sexta feria post caput ieiunij, 15. Februarij in Bamberg. Et 3. Non. Martij feria tertia post Dominicam Oculi conuenit Francofurti vniuersum Principū robur, Vbi cum de eligendo Principe Primates consultarent (Nam id iuris Romani Imperij apex, videlicet, nō per sanguinis propagationem descendere, sed per Principum electionem Reges creare, sibi tanquā ex singulari vendicari prerogatiua) tādem ab omnib. Fridericus Sueuorū Dux, Friderici Ducis filius petitur, cunctorumque fauore in Regem sublimatur, & Dominica Lætare Aquisgranī coronatur. Huius autem tam vnanimis in hanc personam assensus ratio hæc fuit: Dux in Romano orbe apud Gallia, vel Germaniæ fines famosæ familiae hæctenus fuere, vna Henricorum de Guebelinga, alia Guelforum de Altdorsio: altera Imperatores, altera magnos Duces producere solita. Ista, vt inter viros magnos, gloriaeque avidos assolet fieri, frequenter sese inuicem æmulantes, Reipub. quietem multoties perturbant. Nutu verò Dei, vt creditur, paci populi sui in posterum prouidentis, sub Henrico V. factum est, vt Fridericus Dux pater huius, qui de altera, id est, de regum familia descenderat, de altera Henrici scilicet Noricorum Ducis filiam in vxorem acceperat, ex eaque Fridericum, qui in presentiarum regnat, generaret. Principes ergò non solum industriam ac virtutem iam saepe dicti iuuenis, sed etiam hoc quod vtriusque sanguinis consors, tanquam angularis lapis, vtrorumque horum parietum dissidentiam vnire posset, considerantes, caput Regni eum constituere adiudicauerunt: plurimum Reipub. profuturum præcogitantes, si tam grauis & diutina inter maximos imperij viros, ob priuatum emolumentum simulas, hac demum occasione, Deo coooperante, sopiretur. Huius prosopographiam habet Vrspergensis.

123 S. Bernhardus moritur ætatis 63. circiter, 20 Augusti: Canonizatus anno 1164. fuit Monasteriorum amplius quàm 160. pater. Vita. Vide Pet. de Natal. l. 7. c. 84. Histo. Lombard. c. 115.

1153

124 WICELINVS Wandalarum Apostolus diem clausit extremum 12. Decemb. cum in Episcopatu sedisset an. 5. hebdomadibus 9: & cum annis ferè 30. apud Wandalos Euangelium prædicasset. Corpus tumulatum est in Ecclesia Falderensi. Fuit fundator Christianismi in occidua regione gentis Wandalarum. Helmol. cap. 79. Cranz. Vandal. lib. 3. c. 32. & lib. 4. c. 18.

1154

125 Circa festum Michaelis Fridericus Imp. profectus est in Italiam cum magno exercitu. Tritth.

1155

FRIDERICVS Barbarossa Roma coronatur & salutatur Imperator ab Adriano Papa 18 Iunij (alij 28 Iunij) Frising. à monarchia Iulij Caesaris 1200. Urbs Ter dona hebdomada tertia post Paschalem solennitatem mense Aprili, solus ho-

lis hominibus à Friderico salute data & concessa, direptioni militum exponitur, & solo aequatur. Frising. lib. 2. cap. 20. Helmol. cap. 80. Fbide[m] habes Orationem legatorum, qua Barbarossam ante urbis ingressum Romani senatus nomine salutarunt.

5126 **CUNRADVS** Primus Marchio Misnia presentibus plurimis nobilibus viris arma equestria vltro exiit, & in Basilica Misnensi suspendit. Inde 30 Nouemb. in Lãuterbergum concedit, habitũ religiosi assumit, ac post duos menses & 5 dies moritur, 5 Febru. 1157: etat. 59. Fabric. Eber.

PRIMVS DVX AVSTRIÆ.

HENRICVS Marchio Austria VIII & vltimus, creatur primus Dux Austria à Friderico I. Imp. Ratisbona 17 Septemb. indictione 4, 1156, anno 4 regni Friderici, & post coronationem Romanam secundo, quod patet ex formula Priuilegij in Cuspiniani Austria, cuius initium ita habet: De consilio & iudicio Principum, inquit Imp. illustri Vladislao Duce Bohemia sententiam promulgante, quam ceteri Principes approbant, Marchionatum Austria & dictam Marchiam supra Anasum commutauimus in Ducatum, euidenter Ducatum cum subscriptis iuribus, priuilegijs & gratijs omnibus liberalitate Casarea contulimus Henrico patruo nostro carissimo, pranobili sua vxori Theodora & liberis eorum, ob singularem fauorem, quo erga dilectissimum patruum nostrum Henricum Austriae Ducem eius Conthoralem & eorum successores, necnon erga terram Austria, quae clypeus & cor sacri Rom. Imp. esse dignoscitur, afficimur &c.

Radeuici Canonici Frisingensis appendix continuat historiam Friderici vsq; ad annum 1160.

5127 **FRIDERICVS** Imp. Mense Augusto exercitum in Poloniam mouit: Oderam fluum vado transijt 22 Augusti: Glogouiam & Bitomiam Poloni suis manibus incenderunt, ne ibi praesidia à Casare ponerentur. Boleslaus Polonie Rex pacem petitam & certis conditionibus pactam à Casare impetrauit. Polonici scriptores hoc in sequentem annum conferunt: sed Radeuicus, qui tum vixit, assignat 1157.

5128 **VLADISLAVS** Boemorum Dux, ex duce Rex creatur, Ratisbonae, ab Imp. Friderico in celebri Principum conuentu, & Priuilegia de vsu Diadematis alijsq; regni insignibus accipit. Radeuic. Mechouius affirmat, Vladislao in hac coronatione, loco aquila nigra attributum esse pro insigni, album Leonem cum cauda bifurcata: quod & in veteri Chron. Boem. manu scripto legitur. Haec facta sunt anno 72 post, quam Vratislaus Moguntia ab Henrico III. appellatione Regis Boemici primum ornatus fuerat: sed qua post Vratislaum 60 annis ferè nemo principum Boemorum vsus erat.

Eodem anno, teste Radeuico cuius hic verba recitamus, Fridericus inferiores Rheni partes peragrans, nullos sibi dies ociofos transire passus est, eos se ratus perdidisse, in quibus non aliquid de utilitatibus Imperij, de iure & iusticia inter omnes gentes conseruanda disposuisset. Tam igitur valido eis alpes imperio ferociam tantarum gentium, tanto consilio, ac sine armis delinuit, ut iam non regni rector, sed vnus domus, vnus Reipub. paterfamilias haberetur. Ipse verò iam ad transalpina exercitum ducturus, primò omnium in Deo spem suam ponens, asscitis religiosjs & sanctitate probatis viris tanquam diuinum oraculum eos consultabat, ut iturus ad bellum spiritalibus armis ante muniret animam, quam corpus, ante caelestibus se discipulis praestrueret, quam ad pugnam iturum militem militaribus instrueret preceptis.

FRIDERICVS secundam expeditionem suscepit in Italiam propter Mediolanensium rebellionem. Vrsb. Marian. Sigeb. Radeuicus cap. 26. recitat leges, quibus militarem disciplinam Barbarossa in exercitu sanxerit. Die 28 Iulij obsedit Mediolanum: 8 Septemb. obsessos in gratiam recepit.

Hoc ipso anno facta est noua constitutio Friderici pro scholasticis Cod. 4. tit. 13. l. 5. cuius hoc est initium: Decernimus ut nullus de cetero tam audax inueniatur,

niatur, qui aliquam scholaribus iniuriam inferre præsumat, &c. Datum Anno Domini 1158 Mense Nouemb.

OTH Episcopus Frisingensis Chronographus, S. Leopoldi Marchionis Austriæ filius, moritur 22. Octob. Post eius obitum exat-
tis mensib. 6. diebus 13. tristi incendio absumpta est vrbs Frisingensis vnâ cum templo & Sacerdotum domicilijs: 5 April. Anno 1159. Radeuic.

Hoc anno oritur simultas inter Imperatorem & Papam Adrianum, qui Mediolanensibus & alijs in Italia autor defectionis à Casare fuerat, quam rem copiose describunt Radeuic. lib. 2. c. 18. Naucler. generat. 39. Auentin. lib. 6.

ADRIANVS Papa muscam deglutiens, quæ fortè in os eius inuolauerat, & nulla medicorum arte eximi poterat, suffocatus moritur Cal. Septemb. quæ fuit tum feria secunda. Radeuic. c. 76.

Secutum est Schisma, quo duo simul Pontifices electi sunt à Cardinalibus, quo durante Papa Papam excommunicauit: Horum alter Alexander III, Adriani sententiam approbavit: alter Victor III. Imperatori fuit. Radeuic. Vrsp. Marian.

Crema vrbs munitissima post 7 mensium obsidionem 26 Ianua. se dedit Imp. hac conditione, vt vita ciuibus indulta, cum coniugibus ac liberis quouis reliceret, de rebus suis quantum quisq; humeris ferre posset secum exportantibus. Die itaq; 27 Ianua. Crema, egressis inde circiter 20 millibus hominum, flammis tradita & militum direptioni permissa est. Radeuic. qui hoc loco historiam suam terminat.

Comitia Erfurdia celebrantur mandato Imperatoris, in quibus decretum est bellum contra Mediolanenses. Fabric.

HENRICVS Leo Pribislaum Ducem Henetorum obsessum in arce Werlon: imperata facere coegit: qui quidem ab eo tempore doctrinam Christi amauit ac propagauit. Ab hoc Pribislaio Megaloburgenses principes originem ducunt. De hoc anno Meyer ita scribit: Henricus Leo Saxonie Dux Vandalos gentem adhuc efferatam, subiq; iuxta ac Christianæ pietati inimicam, postquam suis expulisset sedibus, Henricum Scarensem & Adolphum Holstia Comitem trans Rhenum in Belgicam misit, qui non paruam Colonorum multitudinem ex Brabantis, Flandris ac Hollandis in Vandaliam & Vuagiam traduxerunt, reuersiq; sunt tunc partim Flandri in easdem ferè oras, ex quibus olim maiores eorum sunt profecti. Hæc Cranzius in Saxonia literis mandauit: Ego de ea demigratione nihil apud nostrates lego. Idem autor in Vandalia sua refert, Henricum Leonem postquam Vandalos & Obotritos subegisset, terram omnem Obotritorum suis diuisis se ducibus, ex quibus Henricus Stratenfis Magnopolim fortitus, gentis metropolim, Bernonem ibi constituit Episcopum, eoq; ex Flandria non exiguam cultorum vocauit multitudinem. Quin etiam Albertus Vrsus Marchio Brandeburgensis, vt idem testatur Cranzius, ex Hollandis, Zelandis, Flandris Coloniam ea tempestate deduxit in easdem ferè Vandalorum terras.

PETRVS LOMBARDVVS cognomento **MAGISTER SENTENTIARVM** fit Episcopus Parisiensis, qui hoc tempore scripsit 4. libros Sententiarum, & glossas Psalterij atq; Epistolarum Pauli. Sigeb.

Eodem tempore floruerunt: Petrus Comestor, historiæ Scholasticæ autor: Petrus Blesensis, Petrus Abelardus, Eustathius Thessalonicensis Episcopus, qui in libros Homeri scripsit Commentarios: item Mesue Medicus teste Gassaro &c. Abbas item Ioachim, Calaber propheta, cuius hodie extat in Hieremiam interpretatio. Ab hoc ferè tempore Philosophia secularis, vt loquitur Trit. S. Theologiam sua curiositate inutili fœdare cœpit: Quæ Theologia Scholastica postea diuersas Scholasticorum Doctorum sectas genuit ac disseminauit.

Mediolanum à Friderico Imp. captum, populus expulsus, murus deiectus, &c.

1159

1160

1162

ades omnes, exceptis sanctorum templis, eversa, ita ut per medium urbis in modum crucis aratrum iubente Imp. traheretur. Appen. Marian. Trith. Vrß.

REINHOLDVS Archiepiscopus Coloniensis à Friderico impetrauit corpora 3. Magorum, qui Christum infantem adorauerant, Mediolani extra muros ante portam Romanam seruata, quæ Coloniã secum detulit, & in Ecclesia maiore collocauit. Siffrid. Trith. Appen. Marian. alij ad 1168.

5133

FRIDERICVS Imp. capto & deleto Mediolano, reuersus in Germaniam, principibus Polonia serio mandauit, ut secundum pacta filijs Vladislai patrimonium redderent. Hoc igitur anno Silesia accepit primos suos principes, cum post bellum Barbarosse diuideretur inter tres filios Vladislai. Boleslaus princeps, primus Princeps Silesie, vir bellicosus & iustus, adeptus est Silesie ditionem mediam, quæ est velut umbilicus Silesie, nempe Vratislauiam & Liognicium: Mieslaus factus est dominus Silesie superioris: Conrado adolescentino valetudinario data est Silesia inferior, id est, Glogonia, Crosna, & Sagatium: ita tunc quasi est constitutus ducatus Glogoniensis. Ab hac igitur stirpe Polonorum descendunt illustres: Principes Silesie, hodie superstites, & Silesia prius afflicta, perpetuisq; vastationibus bellicis exhausta, hoc tempore cepit respirare & coli. Chron. Pol.

5134

Petrus Lombardus M. Sententiarum moritur 20. Augusti. Chron. Gall.

5135

HENRICVS Anglorum Rex non veritus Ecclesiastica libertati manus injicere, conatus est profane ditioni omne sacerdotium subicere, & quidam Episcopos Eboracensem, Londonensem & Cestrensem non magno negotio subegit: sed Thomam Archiepiscopum Cantuariensem Angliæ, Cancellarium virum sanctum nullis terroribus superare potuit. Hunc itaq; Rex sede sua deiecit Anglia expulit. Meyer. Trith.

5136

Friderico Imp. natus est filius, **Henricus VI.** Imp. apud Nouiomagum. Trith. De Romanis pugna victis ad Tusculanum ab Archiepiscopo Coloniensi & Moguntino: Item de Roma ab Imp. capta, quæ omnia hoc ferme triennio acciderunt, vide Helmol. lib. 2. cap. 10. Appen. Marian. Vrß.

5138

FRIDERICVS Barbarossa Imp. Episcopo Wirzburgensi & successoribus Ducatum Francia Orientalis & iurisdictionem superiorem, nono Priuilegio & sigillo aureo restituit & confirmauit, publicauitq; 10 Iulij per vniuersam Franciam. Ebe.

Obijt Albertus Vrsus Elector Brandeb. sepultus Brandeburgi ante aram D. Augustini in summo templo (alij in Ballensted). Ei successit filius **Otho I.** Marchio Brandeb. Iust. Brotuf. &c.

Circa hunc annum desinit Chronicon **Helmoldi** Præsbyteri, quo descripta historia Conuersionis Sclauorum ad Christum: is cap. 13. hæc verba habet: Anno Domini 1158. fundatum est opus nouæ plantationis in terra Rugianorum, & ædificata sunt Ecclesiæ, & presentia Sacerdotum illustrata: Seruieruntq; Regi Danorum sub tributo.

Rostochium Octennio ante à **Pribislao** Henetorum Domino edificari ceptum, urbis Priuilegia hoc anno primum accepit. Chyt.

5140

5141

Natus S. Dominicus pater Ordinis Prædicatorum. Antonin. **THOMAS** Episcopus Cantuariensis in Angliam reuersus, 29. Decemb. trucidatur in templo Cantuariensi, assentiente, ut ferunt, Henrico Rege. Petrus de Natal. lib. 2. cap. 13. & Histori. Lombard. c. 11.

Hic Martyr anno 1173. per **Alexandrum III.** Papam Sanctorum catalogo inscriptus est: Sed post annos 367 eius reliquias **Henricus VIII.** Rex Angliæ nostra ætate cremauit anno 1538. Ponzac. Buching.

Cinna

CINNA Monasterium opulentissimum constructum & fundatum est prope Iutrobocum à Wichmanno Archiepiscopo Magdeburgensi, Comite Tirolis, sub Rizione primo Abbate.

Hoc anno Monacum urbs Germania ornatissima condita dicitur.

1175

FRIDERICVS Imp. Venetijs in vestibulo S. Marci ad Alexandri Pontificis Romani pedes prostratus, illos exosculatus est: deinde ad altare maius ambo principes profecti, accepta dataq; salute, pacis fœdus inierunt 24 Iulij. Vrsp. Blond. & Platina.

1176

IVBILÆVS 103. Mosis 53. CHRISTI prædicationis 23.

1180

Monasterium Lehnin in Marchia Brandeb. vbi longo tempore fuit plurimorum Principum sepultura, fundatum est ab Othone I. Marchione & Electore Brandeb. Iust. Brotuf.

BERNHARDVS II. Alberti Vrsi filius, e gente nobilissima Principum Anhaltinorum, Henrico Leone exautorato, in conuentu Wurzburgensi ab Imp. Friderico dux Saxonie pronuntiatur: Hic ditionem Electoratus cum oppido Witeberga in suam potestatem redegit, vbi postea domicilium Electorum Saxonie fuit. Insignia trabium auratarum & nigrarum, ac rutacei ferti, quibus Saxonie Duces nunc vtuntur, primus vsurpauit. Fabric. Eade re Cranzius Saxon: lib. 1. cap. 27. ita differit: De armis Saxonie hoc ferunt: Otho pater Alberti Stratoria ligna in clypeo transuersa, atro giluoq; colore variata ferebat: Bernardus ad pedes Imperatoris Friderici iam de Ducatu Saxonie inuestitus, orabat, vt aliquo à fratribus ditrimine ducatus sui insignirentur. Tum imperator, vt erat coronatus per æstum, rutaceam coronam iniecit ex obliquo supplicantis clypeo. Hoc est ergo sertum quod paternis insignib. Bernardus iam Imperatoris dono adiecerat. Nam vetera Saxonie signa candidum præferebant pullum equinum.

S. Hildegardis Abbatissa Cœnobij Bingenensis moritur 17. Septemb. ætat. 82: quæ cum Latini sermonis esset ignara, reuelante Spiritu Dei omnia Latine dictauit notarijs excipientibus. Tritth.

FRIDERICVS Imp. Lubecam obsedit, eamq; ingressus auxit priuilegijs, & hæc est prima Lubecæ ad imperij societatem susceptio.

1182

Cranz. Vandal. lib. 6.

LIVONIA à vicinis debellata Christum agnoscere cœpit: qua de re ita Cranzius: Meinardus Sacerdos, cum mercatoribus de Lubeca adijt Liouoniam, & casam extruxit, in qua mansit cum famulo, linguam gentis perdiscens: Vbi diuina religione quos potuit instruxit. Et quia à Lituanijs fiebant incursiones, Christiani præsidium firmauerunt in loco quem hodie vocant Kerkholm: Arx præcipua ordinis fuit ad ripam Dune fluminis duobus miliaribus supra Rigam. Inde ab Archiepiscopo Bremensi Meinardus in Episcopum Liouonensem consecratus est. Cranz. Vandal. lib. 6. cap. 6. Et Saxon. lib. 7. ca. 13.

1186

Hierosolyma Christianis inter se dissidentibus in Saracenorum potestatem redijt 2 Octob. feria 6. anno 88. ex quo regnum Hierosolymorum penes Christianos esse cœperat. Meyer. Vrsp. &c.

1187

Hoc ipso anno Laodiceam, Ptolemaidem, Berytum, Biblum, Tiberiadem, Ascalonemq; Saladinus Aegypti Sultanus recepit. Meyer. Platina eam rem ita commemorat: Multum certè, inquit, Saladini humanitas & fides Christianis obfuit. Adeo enim se æqualem omnibus præbebat, vt nemo eius imperium aspernaretur &c. Oppugnabat tum Saladinus urbem Ierusalem, & quidem acriter: quam tandem ij, qui in præsidio erant, desperatis suppetijs, hac conditione dederunt, vt tantum abeunti cuique ferre liceret, quantum suis tantummodo humeris sustinere posset. Migrantium Christianorum pars Tyrum, pars Antiochiam, pars Alexandriam delata est: Inde verò multi deinceps Sicula classe in Italiam delati sunt. Saladinus victor Hierosolymam ingressus, campanas primò e turribus deiecit: mox basilicas omnes præter Salomonis templum prophanauit: quod priusquam ingrederetur, aqua rosacea lauisse ferunt. Mansere Hierosolymis Christiani Asiatici, Syri Armeni, Iacobitæ, Georgiani, Græci & Nestoriani permittente Saladino.

- 5158 In vrbe Stendalia Collegium Canonorum fundatur ab Henrico Marchione. Iustus. Hoc tempore vixit Helinandus, cuius Chronicon sæpissimè citat Vintcentius in Speculo. 1188
- 5159 FRIDERICVS Imp. iter Hierosolymitanum arripuit. Vrsp. Hoc anno cœpit Ordo Teutonicus, hospitalis S. Mariæ in Ierusalem sub primo Magistro huius ordinis Henrico Walpot: Estq̃ confirmatus à Cœlestino Papa. Literæ confirmationis datæ sunt Romæ 22. Feb. anno 1191. Pontificatus eius anno primo. Hinc est Ordo Dominorum Teutonicorum in Prussia, qui se Marianos vocant. Hæc ex lib. Ordinis edito. 1189
- 5160 Anno 1190 Ptolemæis capta est à Christianis 19 Nouemb. Sic Lib. Ord. Pruss. HENRICVS Leo Dux Brunsvicensis expugnauit & solo equauit oppidum Bardouik, ex cuius ruderibus vrbs Luneburgum extructa vel renouata est 28 Octob. Luneburgi quoq̃ fit mentio ante hæc tempora: (vide Schaffnab. an. 1073.) Eber. & Brusch. 1190
- FRIDERICVS Barbarossa Imp. contra Saracenos mouens, in minore Armenia annem ingressus, 10 Iunij misere perijt, tanto omnium marore, ut vix vlli vnquam principum plus lachrymarum datum sit. Vrsp. Siffrid. Cranz. Sax. l. 7. cap. 5.
- Frncius Iuriconsultus moritur. Eichard.
- 5161 HENRICVS VI. Imp. filius Barbarossæ, anno 7. Vrsp. Vincent. Siffrid. 1191
- COELESTINVS III. Papa Henricum Imp. Romæ coronauit 15 April. post die Paschatis. Martin. Polonus.
- 5163 Natus est Fridericus II. Imp. Henrici VI filius 26 Decemb. Vrsp. 1193
- 5164 Hoc anno decessit domitor ille Orientis, ac nostrorum terror, Saladinus Aegypti Sultanus, relictis nouem filijs, quos omnes Saphadinus patruus, præter vnum, amicorum virtute tectum, libidine regnandi necauit. Meyer. In huius Saladini funere, ferunt trophaum hoc gestum. Eius interior tunica hâsili suffixa ante funus deferebatur præcone clamante: Saladinus Asia domitor, ex tanto regno, tantisq̃ opibus nihil aliud quam hoc secum aufert. 1194
- 5165 HENRICVS II. Leo, Lotharij Imp. nepos Princeps Germania sextus Elector Saxonie, obiit Brunsvigæ 6 Augusti, cum Electoratum gessisset an. 40, sed 15 exulasset. Cranz. Brotus. 1195
- HENRICVS VI. Imp. obtinuit Siciliam, captumq̃ Tancredum regni inuasorem erutis oculis in Teutoniâ misit, & omne regnum Apulia sibi subiecit. Tritth.
- 5168 HENRICVS VI. Imp. Messane in Sicilia obiit, circa Cal. Octob. Secutum est interregnum 6 aut 5 mensium. Vrsp. Eber. 22 April. 1198
- Mortuo Henrico Cesare, Germanorum primates, qui in terram sanctam profecti erant, nullis precibus in Syria retineri potuerunt. Horum discessu reliqui Christiani, qui res ibi gerebant, animos propè desponderunt. Barbari magna nostrorum cade Ioppen statim expugnatam euerterunt. Simon Montefortis Gallorum Dux pactis cum Saracenis inducijs, Tyrum duntaxat ac Ptolemaida in potestate piorum reliquit. Domum regressi Germani contrarijs inter festuâijs distringebantur: Alij Philippum, alij Othonem Augustum saluauerunt. Meyer.
- NISSA vrbs Episcopatu Vratislaviensi data anno 1198. cum Iaroslau Boleslai proceri filius, ordinatus esset Episcopus Vratislaviensis. Mechou.
- S. Dominicus Hispanus instituit Ordinem Prædicatorum, quem confirmauit Honorius III. anno 1216. Antonin.
- 5169 PHILIPPVS Imp. Barbarossæ filius an. 10. Vrsp. Tritthe. 1199

Trithemius scribit, circa Dominicam Oculi Philippum esse electum Imp. Onuph. habet 8 Marty. Huic aduersatus est Innocentius III. PP. qui anno superiore circa Cal. Octob. pontificatum adeptus erat. Ex hoc schismate quod Innocentius Pontifex Othonem Saxonia ducem designasset Imp. alij vero Philippum, natum est in Decretalib. c. venerabilem. III. G. l. 1. Plura de Philippo Imp. per Innocentium Papam excommunicato, & de bellis inter Othonem & Philippum, lege apud Urspergensem & alios.

Quæ de his temporibus prædixerit Ioachim Abbas Calaber, quam periculosa tempora diem extremum antecessura sint, pete ex eius libello in Ieremiam: eaq; confer cum ijs quæ recitat Vincentius in Speculo lib. 32. cap. 107.

AZO Iurifconsultus moritur Bononiæ, quod patet ex Epitaphij inscriptione. Fichar. Fend.

R E G N V M T A R T A R O R V M.

Per hæc ferme tempora fama spargi cæpit in Sarmatia Europea de Tartarorum nomine ac regno: Vnde Martinus Polonus scribit anno Christi 1200 Tartarorum dominium sumpsisse initium: Cui consentientia scribit Hatthonus Armenus lib. de Tartaris. Et Mechouius lib. de Sarmatia Asiana & Europea: de quo infra 1212. Sic Trith. in Chron. Hirsgau. sub anno 1202: Tartari, inquit, cum vxoribus & filijs ab India montibus egressi, per vicinas prouincias prædas agunt, quibus semper fuere assueti. Parthos deinde petunt, & pari terrore Mediam, Assyriam, Persiam, Armeniamq; & Sarmatas non longo tempore peruadentes, circa Meotidis paludes demum sedes suas firmarunt, & multa suorum Christianis damna intulerunt. Etiam Lyranus in Apocalyp. cap. 20, ait, Tartaros anno 1202 de terra sua exeuntes multos populos tam Christianos quam paganos occidisse. Tartarorum appellationem Bibliander deriuat à Totharimq; d. relictis, aut reliqui facti, vel qui ex aliquo agmine supersunt: quemadmodum in exercitu sæpe est quadam pars neglectior & contemptior.

BOLESŁAVS Procerus, primus Silesie Princeps, moritur 6 Decemb. sepultus in monasterio Leubus: post quem filius eius Henricus Barbatius factus est Dominus totius Silesie, Princeps bonus, pietate & virtute præstans, & qui in Silesia, conditis legibus, vrbibus, ac templis excolenda patris studium ac pietatem imitatus est. Eius coniunx fuit S. Hedwigis, filia Ducis Meranie, Carinthie & Istrie: cuius etiam instinctu Henricus anno 1203 Monasterium Trebnicense fundauit.

CVNRAVS à Lichtenau Abbas Urspergensis, cuius Chronicon toties iam citamus, factus est presbyter, vt ipse scribit. Anno 1215. factus est Abbas in Ursperga Monasterio inter Ulmam & Augustam sito.

PHILIPPVS Imp. cum exercitu ingressus Thuringiam bellum fecit Hermannò Lanigrauo Thuringia: Ursperg. Hirsgau. Siffrid.

His temporibus teste Trithemio, Innocentius PP. quinq; libros Decretalium legi in Scholis & in iudicijs vbiq; seruari præcepit.

Constantinopolis 12 April. capta est à Balduino comite Flandria: Die 16 Maij Balduinus renunciatur Imp. Constantinopolitanus. Nicetas. Hinc (inclusi sue) ad captam à Turcis Constantinopolim 250.

NICEPHORVS Gregoras historias Imp. Græcorum orditur ab hoc anno, quo à Græcis Theodorus Lascaris Niceæ salutatus est Imp. qui extra Constantinopolim imperauit an. 18. Niceph.

Latini à Scythis prælio superantur: Balduinus Imp. Constantinopolitanus capitur 15 April. & paulo post occiditur. Nicet.

PHILIPPVS Imp. ab Othone Palatino de Witelsbach in arce Bambergensi, cum,

1200

1201

1202

1203

1204

1205

1208

cum post incisionem vena quietis causa secessisset, sceleratè in cubiculo interficitur: 22 (aliq 21) Iulij. Corpus primum Bambergæ sepultum: postea Spiram translatum. Witelspachius Sicarius non multo post à Philippi Mariscalco interemptus facinoris sui præmium tulit. Vrsp.

OTHO IIII. Imp. an. 4. Vrsp.

Brotufius refert, hoc tempore Cathedrale templum Canonicorum in vrbe Magdeburga institutum fuisse ab Alberto Episcopo Magdeburgensi.

5179

OTHO IIII. Romæ ab Innocentio III. PP. salutatur Augustus & inauguratur 4 Octob. Tritth. Onuph. 11 Octob.

S. Franciscus sumpto habitu Monastico, Ordinem fratrum Minorum instituit, quem confirmauit Honorius III. PP. 29. Nouemb. anno 1223: à principio Ordinis 15. Tritth. Ita autem dilatatus est hic Ordo, vt à quibusdam plura quàm 1743. Franciscanorum Monasteria recenseantur.

5180

INNOCENTIVS III. Rom. Pontifex Othonem recens à se coronatum anathemate notat, imperium ei abrogat, omnesq; ab eius obædientia & fide absolut, eò, quod pontificias ditiones inuasisset, & ad totius Italiae imperium asspirasset. Vrsp.

5181

Apparuit Cometes mense Maio flagrans diebus 18, & cauda supra Russiam porrecta Tartarorum aduentum significabat. Mechon.

5182

FRIDERICVS II. Imp. an. 38. Fuit rex Siciliae, cui in cunis vagienti ad preces patris Henrici VI. Imp. Principes Germaniae iurando se obstrinxerant: ideo Othone de Imperatoris dignitate deiecto, communi principum electione ad imperium euectus est etat. anno prope 20. Vrsp.

Tartarorum gens in illam vsq; diem ignota, à montibus Indiae egressa non longè à Meotide palude sedes posuit, & Ruthenos praelio vicit, Ea; fuit prima clades quam Rutheni à Tartaris acceperunt. Mechon.

Bernhardus Alberti Vrsi filius (qui ferri rutacei Saxonica insignia primus usurpauit) obiit: sepultus Ballenstady: successit Albertus filius. Fabric.

Hoc anno scribit Meyerus Alexandrum edidisse Grammaticam, cui titulum fecerit Doctrinale. Quod opus cum 300 prope annis habitum esset in precio, ita viluit apud Doctos nostro seculo bonis literis repullulantibus, vt hodie raro libri illius exemplum conspiciatur.

5184

OTHO IIII. Imp. memorabili praelio victus est à Philippo Rege Francie. Vrsp.

Vincent. Spec. Hoc est praelium Bouiniense (ad pagum Bouinas) quo non aliud in Gallijs maioribus animorum odijs commissum esse puto. Philippus victoria potitus est 26 Iulij. Meyer. Aemyl.

5185

Concilium Lateranense Romæ celebratum, in quo Transubstantiatio panis & vini in Cœna Domini approbata & confirmata est: Item, libelli quidam Abbatis Ioachim condemnati: Decreta etiam expeditionis in Syriam pro terra Sancta recuperanda. Ex hoc itaq; tempore per omnes fines Christiani orbis emissi doctores innumerabilem hominum multitudinem exhortationibus suis excitarunt, vt pro liberatione terræ Sanctæ, crucis signo notati, militiæ sacre nomen darent. Vrsp. Tritth.

5186

INNOCENTIVS III. PP. Perusij moritur 16 (aliq 17) Iulij. Hic est autor multarum decretalium quæ extant: Et ante Pontificatum scripsit libellum, qui hodie circumfertur: de vtilitate conditionis humanæ. Ei substitutus est Honorius III. qui ordines Prædicatorum & Franciscanorum confirmauit. Vrsp.

5187

Hoc anno milites Ordinis Teutonici primam expeditionem susceperunt in Prussiam aduersus Idolatras, quos fortes isti milites armis domuerunt,

- muerunt, & abolito Idolorum cultu, ad salutarem Christi agnitionem paulatim adduxerunt. Liber Ord. Pruss.
- Eodem anno ab Henrico Barbato, & eius coniuge S. Hedwige, Principibus pientissimis, institutum & creditibus dotatum est Cœnobium Canonicorum Regularium in Oppidulo Silesiæ Naumburgk: Unde post annos 67 Collegium illud in vicinam urbem Saganum translatum est, de quo infra 1284.
- RODOLPHVS Imp. Comes Habsburgensis nascitur 27 Aprilis. Hanc Fridericus II. Imp. dicitur sacri baptismatis undis exptatum extulisse. Cusp. Hinc ad mortem Maximiliani I. an. 300.
- Eodem die Otho VIII. Cesar ab omnibus derelictus inglorius moritur Brunswige. Vrsp. Meyer. Alij ad precedentem.
- FRIDERICVS Imperialem Coronam Romæ accepit: 22 Nouemb. qui ut coronationis beneficium remuneraret, Fundensem comitatum Ecclesiæ perpetuo iure possidendum contulit & donauit. Vrsp. Hinc ad Caroli V. coronationem 300.
- S. Dominicus moritur 6 (alijs 5) Augusti, Sepultus Bononiæ, Canonizatus 1233. Antonin. Vincent. Pet. natal. 7. cap. 22. Lombard. 108.
- Circa huius anni finem vel sequentis initium natus est S. Bonauentura, quod dependet ex anno mortis 1274.
- THOMAS Aquinas celebris Ecclesiæ Doctor, & doctrinæ Scholasticæ princeps, Monachus Ordinis Prædicatorum, atque Alberti Magni discipulus, nascitur. Antonin. Lombard: habet 1225.
- VINCENTIVS Cadlubecus, qui Chronicon Polonorum scripsit, moritur 8. Martij. Mechou.
- Hoc anno, 29 Majj, Borussia ordini Teutonico per Cunradum ducem Masouie donata est, & postea anno 1330 armata manu occupata. lib. ord. Pruss.
- S. Ludouicus Rex Galliæ coronatur Remis circa Cal. Decemb. regnavit an. 47. Onuph. Meyer.
- S. Franciscus Princeps Ordinis Minorum 4 Octob. Afsisij moritur ætat. 45. Pontificatus Honorij III. anno vndecimo: ab Institutione religionis 18. Sanctorum numero ascriptus à Gregorio IX. PP. anno 1228. die 16. Iulij. Antonin. Huius vitam descripsit Bonauentura, qui eum biennio ante mortem in Exstasi scribit notatum stigmatis: De quo Vincent. lib. 31. cap. 109. Palmer.
- LVDOVICVS Thuringia Lantgrauus, maritus S. Elisabeth, cum iter haberet in Syriam & Brundusij Imperatorem expectaret, obiit 10 (alijs 11) Septemb. cuius ossa in Thuringiam relata & in monasterio Reinhartsborn sunt condita.
- Honorio III. PP. mortuo 18. Martij: successit Gregorius IX. qui Decretales Iuris Canonici publicauit. Antonin.
- FRIDERICVS Imp. in Palestinam cum multis principibus transfretauit, quem Gregorius IX. PP. nihilominus excommunicatum, maxime per fratres prædicatorum, in Germania proclamauit, & captata occasione absentia Imperatoris, exercitum misit in Apuliam, & terras Imperatoris sibi subegit. Vrsp. Tritth.
- FRIDERICVS Imp. ad eas pacis conditiones Sultanum adegit, ut vrbs Ierusalem, Nazareth & Ioppe, locaq. alia Imperatori restituerentur, & induciæ inter Christianos & Saracenos in decennium sancirentur. Paschatis quoq. festum, vel ut Tritth. habet Dominicam Latere Ierusalem, celebrauit Imperator Hierosolymis more regio coronatus incedens, itaq. sine sanguine bello maximo confecto reuersus est in Apuliam in estate. Vrsp. Tritth. cuius Chronicon hic terminatur.

- ALBERTVS Liuoniensis Episcopus, qui Rigam urbem primus
 5200 **IUBILÆVS 104.** *Mosis 54. Prædicat. CHRISTI 24.*
 FRIDERICVS Imp. à Gregorio IX. PP. in gratiam recipitur & absoluitur:
 sed non nisi 120 millibus vnciarum auri Ecclesie Romane ob illata damna
 persolutis. Platina. Naucle.
 Hoc sæculo celebres fuerunt:
 PETRVS de Vineis Friderici Imp. Magister Epistolarum & Can-
 cellarius, cuius Epistolæ hodie extant.
 RAYMUNDVS, qui Decretalium libros eo, quo nunc sunt, or-
 dine digessit.
 HVGŌ Barcinonensis Cardinalis, qui tota ferme Biblia postillis il-
 lustrauit, vt testis est Martipolonus.
 ANTONIVS de Padua Ordinis Minorum, quem Pontifex
 arcam testamenti appellauit, & anno 1232 Canonizauit.
 HENRICVS Cardinalis vulgò dictus Ostiensis, qui summam
 compendiosam & super titulos Decretalium scripsit.
 5201 **S. ELIZABETH** filia Andreæ Regis Vngarie, nupta Ludouico Thuringia &
 Hassiæ Lantgrauio, obiit 19 Nouemb. sepulta Marpurgi. Hæc matrona &
 pia & calamitosa fuit, quia matrē Gertrudim amisit gladij supplicio. maritū
 in locis externis propter nauigationē nausea: filium domi veneno: ipsa præte-
 rea ab Henrico mariti fratre possessione expulsa est. Ista tamen omnia vir-
 tute & patientia superauit. Fuit neptis S. Heduuigis ex Sorore: eiusq; filia
 Sophia nupsit Henrico Duci Brabantie, quæ quidem & stirps est Lantgrauio-
 rum Hassiæ. Elizabeth propter pietatem & munificentiam erga egenos &
 erga Christi ministros inter sanctas relata est à Gregorio IX. PP. Perussij anno
 1235. Dicitur fundasse hospitale Marpurgense. Siffridus ait Hermannum
 Lantgrauium, Elizabethæ filium, cum uxorem duxisset, post celebratas nu-
 ptias veneno peremptum à quadam malefica, & Hermannum mortuum sine
 herede. Vide Fabric. Tritth. Plat.
 Eodem anno vrbs Prussia Thormia, vulgò Thorn condita est. Mechou. & lib.
 Ord. Pruss.
 5203 Episcopatus Pomezanensis in Prussia fundatus. Chyt.
 5207 Elbinga vrbs Prussia condita. Mechou. & lib. Ord. Prus.
 Circa hunc annum fundata scribitur Academia Viennensis in Austria
 à Friderico II. Imp. alij 1384.
 5208 **HENRICVS** Barbatuſ Dux Silesiæ, maritus S. Heduuigis moritur Croſna 19
 Martij, sepultus in monasterio Trebniz. Successit filius Henricus Pius. Me-
 chouius.
 Monasterium Franciscanorum Vitebergæ fundatur ab Helena con-
 iuge Alberti Ducis Saxoniz, vt esset locus sepulturæ Ducum Saxo-
 niz. Brotuf. Hinc ad mutationem religionis Vitebergæ 280.
 8281 **ACVRSIVS** Florentinus primus vniuersi Iuris glossator flo-
 ruit.
 5209 Ex hoc tempore rursus erupit & viguit Guelforum, & Gibellinorum factio.
 Nam Imperator qui tum Pisis erat, cum non satis sibi constaret, qui partes
 suas, quiue Pontificis sequerentur, Ciuitates Italie in duas factiones tunc pri-
 mum diuisit. Nam qui Pontifici fauebant Guelfi, qui verò Imperatori Gibe-
 lini appellati sunt. Hæc quidem deterrimarum factionum nomina ad perni-
 ciam humani generis inuenta, primum apud Pistorienses audita sunt. Plati-
 na. Hunc euentum alij ad præced. alij ad seq. referunt.
 5210 Dicatum Lipsiæ Cœnobium Paulinum, quod nunc ad Academiam
 adiunctum est. Fabric.
 5211 **HENRICVS** Pius Silesiæ Princeps, & S. Heduuigis filius, occisus à Tartaris
 in Sile.

113 *in Campo Wolstadt propè Lignicium 9 April. sepultus Vratislaviae in templo S. Jacobi. Mechou.*

INNOCENTIUS IIII. creatur Rom. Pontifex 24. Iunij. 1243

Hic pileum rubrum Cardinalibus dedit, quò significare voluit, Cardinales paratos esse debere pro libertate Ecclesiastica, si opus erit, vitam morti exponere. Onuph.

S. Bonaventura religionem S. Francisci ingreditur ætat. 22. Septimo anno post prælegit Sententias Parisijs.

S. Hedwigis obiit 15. Octob. Canonizata 1266. Mechou.

FRIDERICVS II. Imp. excommunicatur & imperio priuatur in Concilio 1247

Lugdunensi ab Innocentio IIII. 25 Iunij & contra eum Henricus Hassia ac Thuringia Lantgravius, S. Elizabetha lenir, electus est, qui tamen anno

1246 occisus est sagitta prope Vlmam, & sepultus Isennaci. Alij ad sequen.

Verum Vincentius in Speculo scribit Innocentiũ PP. Lugduni concilium celebrasse circa festum Petri & Pauli anno 1245 in quo Imperatorem tanquam

schismaticum & hostem Ecclesie condemnari.

Hinc aliqui numerant 28 annos interregni vsq. ad Rodolphi Habsburgij imperium. Formula depositionis Friderici refertur lib. 6. Decretalium c. ad Apostolica, &c. Siffridus scribit in Henrico Lantgrauio defuncto defecisse Principes Thuringia, cuius possessio ad Marchiones Misnia translata sit.

FRIDERICVS II. Imp. moritur die Lucia, 13 Decemb. at. 57. Eius 1250

sepulchro Panormi hi versus inscripti sunt.

Si probitas, sensus, virtutis, gratia, census,
Nobilitas orti, possent obsistere morti:
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Hoc anno die 25 April. expletur annus Roma condita 2000. Hinc ad Carol. V. Imp. nat. aem 250.

CUNRADVS IIII. Friderici II. Imp. filius imperauit an. 2. mens. 5. d. 10. Onuph.

Epocha Alphonso hoc anno incipit Cal. Iunij.

Cardanus & alij ab æra CHRISTI ad Alphonso numerant annos 1252

1251: dies 152. Ab hoc Alphonso Hispaniarum Rege nomen acceperunt tabulæ Alphonso, eò quòd eius autoritate & mandato sint conditæ.

CUNRADVS IIII. obiit 22 Maij extinctus veneno Manfredi spurij fratris insidijs. Ritius de eo sic loquitur: Cunradus obsessam Neapolim fame domuit, octauoq. mense ad deditioem ea compulsa, muros, nonnullasq. publicas & priuatas aedes solo æquauit: Eadem Capuæ pœna illata. Cumq. portus esset omni Sicilia, altero post eius aduentum ex Alemannia in Italiam anno, diem extremum clausit, non absque suspitione dati veneni ab eius Medicis, à Manfredi pecunia corruptis.

WILHELMVS Dux Holandiae Imp. an. 1.

WILHELMVS Imp. Comes Holandia occisus à Frisjs. Martin. Polon. alij ad seq. Interregnum an. 17 secutum est vsq. ad Rodolphum Imp.

Regius Mons vrbs Prussia extruitur. lib. Ord. Prus. Mechou.

Bonaventura eligitur in Generalem Ordinis Minorum an. 13. post ingressum religionis die 2. Feb. Rexit ordinem an. 18. Legend.

ALPHONSVS Rex Castella & Legionis à quibusdam Germania Principibus creatur Rex Romanorum prid. Cal. April. sed sponte abdicauit.

ALBERTVS Magnus natus ex nobili familia Sueuica Monachus Ordinis Prædicatorum, in Theologia & Philosophia eruditissimus, hoc anno factus est Episcopus Ratisbonensis in Bauaria, ætat. 66.

Hic lectionum adeò appetens fuit, vt Ratisbonensi Episcopatu se abdicarit, & priuatus Colonia viuens publicis prælectionibus tantum vas

- tum vacarit. Res certè rarissimi exempli, præferri docendi labores Episcopatibus. Meritò igitur Albertus cognomentum Magni tulit etiam hoc nomine. Reliquit discipulos multos, quorum præcipuus & eminentissimus fuit Thomas Aquinas.
- 5231 *Cranzius scribit hoc anno mortuum esse Adolphum comitem Holsatiae, de quo rem sanè miram refert: Adolphus Comes Holsatiae, inquit, ingressus est ordinem Minorum Hamburgi die S. Hippolyti, & postea erexit monasterium sui Ordinis in Oppido Kyl, vbi cum operarij non haberent quo per actum inter laborandum reficerentur, lac ostiatim emendicauit: cumq; aliquando filios suos Ioannem & Gerhardum, inter quos Holsatiam diuiserat, obuios habuisset, sublimes in equis more Comitum vestros, passus est humanitus aliquid, vtrubore ceperit perfundi. Sed mox robur mentis aduocans, cum adhuc in conspectu essent filij, hydriam lacte plenam & leuatam super caput euerit, & sese totum à vertice lacte perfundens dixit: Infelix, erubuisti Christi pauperiem, baiulare lac in manibus, nunc vel in capite ostende quid portaueris.* 1261
- 5234 Festum Corporis CHRISTI institutum in ciuitate Vrbeuetana ab Urbano III. PP. Hymnum & Officium quod in Missa canitur, composuit Thomas Aquinas. 1264
- 5235 ODOFREDVS Iurisconsultus moritur Bononiæ 3 Decemb. alij ad seq. 1265
- Dantes Aligherius Poëta Florentinus nascitur Florentiæ. Palmer. Volater. 1268
- 5238 *GVNRADINVS Cunradi IIII. Imp. filius, Friderici II. Imp. nepos, vltimus ex Barbarossæ familia nobilissima, multorumq; regnorum & Imperij vnicus heres, die 22 Augusti (al. 28 Nouemb.) congressus cum Carolo Ludouici Galliarum Regis fratre in Marsis vincitur, & captus cum Friderico Austriaco, Pontificis Clementis IIII. incitatione Neapoli in publico securi percutitur, cum Pontifex Carolo sciscitanti de tractatione captiuorum responderet: Vita Cunradini mors Caroli; Mors Conradini vita Caroli. Hunc euentum alij ad præced. alij ad seq. referunt. Ritus habet 1268 quem secuti sumus: ac consentiant ei Siffridus, Hirsgau, & alij. Goltzius scribit Conradinum cum in Caroli potestatem venisset, anno vno carceris squalore maceratum esse. Inde forte est anni vnus discrepantia.* 1268
- 5240 S. Ludouicus Rex Francia, qui collegium Sorbone Parisijs erexit, moritur 25 Augusti. Chron. Gal. 1270
- 5241 *GVILELMVS Durandus, vulgò appellatus Speculator, condidit eximium opus quod Speculum inscribitur. Berolini fundatum est monasterium Franciscanorū liberalitate illustriſſimorum Principum Marchionum Othonis & Alberti, cuius extructio aliquot annorum spacio vix absolui potuit.* 1271
- 5242 Hoc tempore vixit Ioannes Semeca, cognomento Teutonicus, primus glossator Decreti Gratiani. Fertur fuisse Canonicus Halberstatensis, & ibidem tumultatus. 1272
- 5243 *RODOLPHVS Comes Habsburgensis eligitur Imp. Rom. absens, dum obsidet Basileam 29 Septemb. Imperauit an. 18. Fuit Princeps prudens, armis & bello strenuus, & qualem turbata Respub. deposcebat. Siffridus scribit eum præc episse suis satellitibus, ne quengquam pauperum accessu & colloquio suo arcerent: Date obsecro, inquit, hominibus me accedendi locum & facultatem. Non enim ideo ad imperium euectus sum, vt hominibus in arca præcludar. Huius posterij adhuc tenent imperium & ab hoc anno incipit Chronicon Austriacum Magistri Alberti Argentinensis, quod comprehendit an. 77: à principio Rodolphi ad an. Christi 1350. Vide Cuspiniani Austriam. Nostra ætate Rodolphi res gestas grandiore carminum sono cecinit Joachimus Meisterus tanto Imperatore dignus Poëta.* 1273
- Est annus a regno Beli 3400 à morte Cyri 1800: à monarchia Alexandri 1600: Augusti*

Augusti 1300: nato Constantino Magno 1000: morte Othonis Magni 300.
 Hinc ad imperium Rodolphi II. 303.
 Helena uxor Alberti Ducis Saxonie, filia Othonis Brunswicensis, fundatrix monasterij Franciscanorum Viteberga, moritur 6 Septemb. sepulta ibidem.
 Fabric.
 Hoc tempore floruit PTOLEMÆVS LVCENSIS, qui Pontificum vitas scripsit.
 S. Bonauentura obiit in Concilio Lugdunensi æt: 53. Canonizatus 1274
 1482. mens: April.
 THOMAS Aquinas Dominicanus moritur 7 Martij. ætat. 50: cum ad Concilium Lugdunense proficisceretur. Canonizatus 1323.
 Hic ad extremum Eucharistiam sumpturus, Dominum Iesum flendo rogauit, vt ea quæ de ipsius mysterijs, deq; vniuersa Ecclesia sancto Spiritu instigante scripsisset, si minus recte fuissent, veniam tribueret, eaq; omnia Ecclesiæ iudicio sacrosancto permisit. Volater.
 Hoc anno scribunt Winpelingus & Bruschius incoatam esse extructionem turris Argentinensis, quæ vt Germania spectaculum & ornamentum eximium septem Mundi Miraculis annumerari possit. Absoluta est annis 28. Hinc ad extructionem turris Viennensis anni 63
 1277
 Hoc seculo vixit Iacobus de Voragine Episcopus Ianuensis, historiæ Lombardicæ, de Sanctis, autor.
 RODOLPHVS Imp. victo & occiso Ottocaro Rege Boëmie, Austriam recuperavit, 26 Augusti (alij die Rusi qui incidit in 27 Augusti) Cuspinianus scribit in Ottocari exercitu desiderata fuisse 14 millia hominum præter captiuos: & hac occasione Austriam ad Comites de Habsburg deuolutam esse. Aen. Syl. Boem. c. 27.
 1278
 Chronicon Martini Poloni Episcopi Consentini desinit hoc anno, qui est primus Nicolai III. Papæ. Appendix ab alio addita pertingit vsq; ad annum Christi 1320.
 Eodem anno terminatur accuratissimè scriptum Chronicon Iacobi Meyeri de reb. Flandriæ.
 Scurus iuris glossatur anno ætat. 78 moritur, sepultus Bononiæ apud Minores. Volater.
 1279
 IVBILÆVS 105. Mosis 55: predicat. CHRISTI 25. 1280
 ALBERTVS Magnus, Episcopus Ratisbonensis moritur ætat. 87. Sepultus Colonix. Tritth.
 Marienburgum vrbs Prussia condita. lib. Ord. Pruss.
 1281
 FRIDERICVS Marchio Misnia cuius fuit à matre admorsa gena captus est à patre suo Alberto, & toto anno retentus in arce Sennacensi: vnde postea diuinitus liberatus est cum odio Alberti Tyranni custodes aliqui miseria adolescentis adfecti, fugæ consilia adiuuarent.
 Hoc anno Sæculi Gallorum prædicatorum insolentiam, luxum fastumq; pertesi, conspirantes decretum faciunt, vt certo die cum primum signum ærea campana ad vespertinas preces daretur Gallos vniuersos promiscuè interficerent, nullo sexus, ætatis vel ordinis discrimine habito. Fluxit itaq; ultimus & funestissimus Gallis in Sicilia dies 30 Martij, quo ad vnum omnes per totam Insulam à ciuibus cuiuscunq; ordinis tanta crudelitate trucidati sunt, vt etiam grauidæ euiscerarentur, eorumq; sætus execti, ne quid Gallica stirpis in Sicilia super esset, saxis illiderentur, duarumq; horarum spacio octo millia Gallorum ea clade perempta scribuntur. Inde dictæ sunt Vesperæ Siculæ. Chron. Gall. Aemil. lib. 7. Pleriq; referunt hunc euentum ad an. sup: sed ea ratione 30 Martij non quadrat ad festum Paschatis, quo ista accidisse annotatū est.
 1282
 ROLANDINVS de Romanicis Legum Doctor moritur 11. Septemb. Fend. 1284
 Hoc anno 19 Maij vt autor est Mechou. Primiſlaus dux Sprottauensis tran-
 N 2 stuit

- Stultit Cœnobium Canonicorum regularium ex oppido Naumburg in urbem Saganum, ubi hodie Abbatia est, quam ab Henrico Barbatō primum constitutam & fundatam esse diximus anno 1217, quem fundationis literæ à R. D. Abbate nobis commonstratæ ostendunt.*
- 5258 **HENRICVS III.** Dux Vratillauensis erexit Collegium S. Crucis Vratillauæ; Mechou. Manuscripta tamen Chronica alium annum definiunt. 1288
- 5229 **ÆGYDIVS** de Fuscaris Ciuis Bononiensis Iuris Canonici peritissimus, moritur 9. Ianuarij. Fend. 1289
- 5260 **Tyrus, Sidon, Tripolis, Berythus** à Sultano Aegypti rege incensa & complanata. Ptolemæis fuga dispersis Christianis, sine vi capta atq; diruta, fundamentis quoq; effosis. Christiani qui urbem reliquerant, Cretam fugientes perierunt naufragio. Ita expulsis de terra sancta Christianis amissimus reliquias victoriarum, quæ annorum ferme 200 labore à Christianis parta erant. Drechs. 1290
- Habita sunt Comitata Erfordia à Rodolpho Imperat. is auxilio istius urbis deuastauit 60 arces Thuringiæ, quarum ruderæ hodie conspiciuntur. Fabric. Vide Siffridum.*
- 5261 **RODOLPHVS** Imp. moritur 15 Iulij, die diuisionis Apostolorum, cum uixisset an. 73. mens. 5. sepultus Spira. Siffrid. 1291
- 5262 **Adolphus de Nassau**, appellatus Imp. 6 Ianua. imperauit an. 6 & aliquot mensibus. 1292
- 5266 *Exulant Misnia Fridericus & Dicemannus fratres. Siffrid.*
- 5268 *Commissum est atrox prælium inter Adolphum Imp. qui tum occubuit, & inter Albertum qui in imperio successit. Adolphus occisus est, ut habet inscriptio Mausolei Spirensis, 2 Iulij, alij habent 14 Iulij.*
- ALBERTVS I.** Rodolphi Habsburgij filius Dux Austria imperauit an. 10. Sextus liber Decretalium, quem Bonifacius VIII. fieri fecerat, publicatus est. In eius libri fine ita adsignatum est tempus: Data Romæ apud S. Petrum; 5 Nonas Martij, Pontificatus nostri anno 4. Corpus occisi Adolphi Imp. in monasterio Rosendal fuit humatum vsq; ad tempora Henrici Regis de Luzenburg, cuius præcepto, Spiram cū honore delatum in sepulchris Regum locatum est. Sunt qui scribant, omnes eos qui contra Adolphum Regem conspirauerunt, mala morte, diuina ulescente gratia iniuriam eius, perisse. Nam Albertus ipse regni usurpator, à filio suo occisus. Comes de Hoheloh, & Comes de Schsenstein similiter fuerunt occisi. Archiepiscopus Moguntinus super sellam sedens, inopinata morte sublatus est. Comes Gemini pontis, in ripa Bliese dicta, fuit submersus. Conradus Episcopus Argentinensis, ante Friburgum à quodam rustico gladio interemptus. Comes de Einingen Phreneticus & varijs calamitatibus miser factus est. Cateriq; pene omnes simul interitu perierunt.
- Hoc anno accidit horrendus terræ motus, cuius meminit Siffridus his uerbis: Hic uehemens terræ motus, in diuersis castris & ciuitatibus multas turres & domus subuertit: quarum ruina, quot homines utriusq; sexus obruti & perempti fuerint, quis enarrare sufficiat? Idem Papa dum altari, diuina celestibus basilicæ quatiuntur, lapides collisi ad inuicem dissecantur. Quid plura? Papa ex huiusmodi strepitu terribili defecit uiribus, & licet uallatus esset turba Cardinaliū & militū, inter manus ministrorum corruit, uixq; eductus de Ecclesia, fugam cum cæteris inijt. Hoc anno fuit uisa stella, quæ dicitur Cometes.*
- De eodem sic Platina in uita Bonifacij VIII. Et ne existimares tum Deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repente terræ motus exortus est, quantus nunquam antea: quo quidem multis diebus per interualla plurima durante, ædificia in ruina edificiorum opprimeretur, casulam quandam ex tabulatis subtilibus in medio Claustro Fratrum Prædicatorum, præto admodum lato, ædificari iussit: eiq; in loco ali-*

co aliquandiu refedit, licet horrida saniret hyems. In celebritate namque Sancti
Andree hæc perturbatio exorta est. Apparuit tum quoq; Cometes, magnæ ali-
cuius futuræ calamitatis iudicium.

BONIFACIUS VIII. PP. primus instituit celebrationem Iu-
bilæi, quo plenam delictorum omnium indulgentiam & remissio-
nem præstabat visitantibus Romæ limina Apostolorum Petri &
Pauli, & eandem indulgentiam statuit in posterum omni anno cen-
tesimo. Ob hanc rem eo anno tanta vndiq; hominum multitudo
Romam confluit, vt vix incedere per urbem amplam & vastam li-
ceret. Platin. Cranz. Saxon. lib. 8. cap. 36.

1300

Appendix Martini Poloni annotat Bonifacium VIII. hoc anno scri-
psisse, se esse Dominum in temporalibus & Spiritualibus in vniuerso
mundo.

Ab hoc anno pleriq; incipiunt Catalogum Imp. Turcicorum, quorum primus
Othomannus cum per annos decem rapinis & predationibus ditatus esset,
& bonam Bithyniæ partem & loca Ponto Euxino adiacentia suo imperio ad-
ieciisset, hoc demum anno primi Regis Turcarum nomen meruisse dicitur. Reg-
nauit an. 28. obiit 1327. Drechs. & alij.

LADISLAVS Locticus regno Polonia exiit, & in eius locum Wences-
laus Rex Boemia, coronatur Rex Poloniæ. Tres Archiepiscopi, Mogun-
tinus, Treuren: & Colonien: Alberto Imp. rebellant. Siffrid. Est an-
nus à morte Salomonis 2300: à principio regnorum Caroli Magni 532: ab
eius coronatione Romana 500. Hoc ipso anno 25 Aprilis completur à Roma
condita annus 2050. quod est tempus 45 Iubilæorum.

BONIFACIUS VIII. PP. moritur 11. Octob. Mart. Polon.
Siffrid. Trith. De eo sic Platina: Philippus Rex Franciæ, inquit,
Sarram Columnensem mittit, qui Anagninam clam noctu ingressus
Pontificem nil tale metuentem in domo paterna dormientem capit
refractis valuis, captumq; Romam sub custodia perducit, vbi moe-
rore animi confectus, 35. die post perijt, Pontificatus sui anno 8.
mense 9. die 17. Hoc modo mortuus est Bonifacius ille, qui Im-
peratoribus, Regibus, Principibus, nationibus, populis terrorem
potius quàm religionem inijcere conabatur: quicq; dare Regna &
auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur,
aurum vndiq; conquistum plus quàm dici potest, sitiens. Discant
itaque huius exemplo Principes omnes tam religiosi quàm seculares
præesse clero & populis, non superbe & contumeliose, vt hic de quo
loquimur, sed sanctè & modeste, vt Christus rex noster, eiusq; disci-
puli ac veri imitatores, & malint à populis amari quàm timeri, vnde
tyrannorum pernicies oriri merito solet.

1303

FRANCISCVS Petrarcha Philosophus, Rhetor & Poëta cele-
berrimus, qui literas humanitatis post longa silentia mortuas ab in-
feris reuocauit, nascitur 20. Iulij. (alij 19. Iul.) Volater. Palmer.

1304

DINVS Mugelanus Iuriconsultus moritur Bononiæ.

CLEMENS V. eligitur Rom. Pontifex 5. Iunij. Hic est autor
Clementinarum. Die 15. Iulij coronatus est Lugduni. Eius co-
ronationi interfuit Philippus Rex Franciæ: Carolus frater eius:
Ioannes Dux Britannia, & quicquid nobilitatis Gallia tunc habe-
bat. Dum verò pompa eius celebritatis ex more per urbem ducere-
tur, pinna muri pressura populi incubantis impulsæ corruit, cuius ca-
su Dux Britannia, multiq; ignotiores oppressi interiëre. Carolus
Regis frater debilitatus, & Pontifex ipse ad eò in turbam præcep-
deturbatus est, vt mitra ex capite excussa Iaspidem preciosissimum
amiserit. Hic Clemens V. Sedem Romanam transtulit Auenio-
nem in Gallias, quam tenuit ipse & eius successores an. 71. vsque ad

1305

tempora Gregorij XI, qui Sedem Romanam ex Gallijs Romam rediit. Panuin.

5277 *Lipsia in templo Paulino ex insidijs confossus est Titzmannus Marchio Misnia in ipsa nocte natalis Christi. Siffrid.*
Hoc tempore vixit Hatthonus, qui Tartarorum historiam scripsit. Hic finitur Chronicon Siffridi Presbyteri Misnensis.

5278 *ALBERTVS Imp. filius Rodolphi Imp. interficitur à fratris filio Ioanne Cal. Maij (Eb. 24 April.). Anno sequenti 29 Augusti sepultus Spira.*
HENRICVS VII. Lutzelburgensis Imp. an. 4. mens. 8. Petrarcha: Electus Francofurti die Catharina 25 Nouemb. & 6 Ianuarij anno seq. Aquisgrani coronatus. Antonin.

IOANNES Duns Franciscanus SCOTVS, Doctor subtilis dictus, moritur Colonia 8. Nouembris, à morte Thomæ Aquinas 34. Tritth. Huius sectatores dicti sunt Scotistæ.
Templini obiit in Marchia Brandeburgica Princeps bellicosus dictus Orho cum telo, quod sagitta ictus telum ferreum integro anno capiti infixum retinuerit. Manuscript. Chron.

5279 *BARTOLVS de Saxoferrato Cini discipulus, Iurisconsultus celeberrimus, nascitur. Hic ad Iuris ciuiliſ disciplinam se contulit anno etat. 14 Perusij, & anno etat. 21 solennia Doctoratus insignia recepit. Pisis anno etat. 25 edit celebrem illam Repetitionem Legis: Si is qui pro emptore, &c: Hic Mantua. Patauinus & Fichard.*

5281 *Concilium Viennense celebratur per biennium, in quo editæ sunt Clementinæ, & Ordo Templariorum, qui annis ferme 184. steterat, à Clemente condemnatus fuit. Item, facta est constitutio, vt festum Corporis Christi celebretur feria quinta post Octauam Pentecostes, concessis indulgentijs ijs, qui officijs huius festi interfuerint. Vis de in Clementinis de reliquijs & venerat. Sanctorum.*

5282 **TEMPLARIORVM ORDO**
SVBLATVS A CLEMENTE V.

CLEMENS 22. Martij in priuato Consistorio annihilauit Ordinem Templariorum, quorum bona & redditus hospitalarijs D. Io. annis, qui tunc vocabantur equites Rhodij, eamq; Insulam paulo ante occupauerant, attribuit. Vno itaq; die per vniuersum orbem hic Ordo deletus est. Tritthemius addit Templarios petente Philippo Rege Franciæ extinctos esse, eosq; fuisse valde diuites, quorum possessiones vt Philippus sibi acquireret crimen hæreseos ipsis imposuisse.

5283 *Academia Aureliana in Gallia constituitur. Chron. Gall.*
HENRICVS VII. Imp. nefarie necatur porrecto veneno in pane Eucharistiæ à quodam Monacho ordinis predicatorum ad eam rem conducto. Moritur in Tuscia apud Bonconuentum Senensis agrj oppidum die Bartholemei 24 Augusti. Eius ossa anno 1315 Pisas translata sunt Cal. Augusti: alij 15 Augusti & ibidem sepulta in Cathedrali. Vixit annos 51. mens. 1. d. 7. Onuph. Petrarcha de hoc Imp. sic scribit: Henricus VII. vir prudens, iustus, honestus, Catholicus, dilectus omnibus, sedatis Alemanniæ discordijs, alto animo disponebat reformare Italiam: Sed Bononia & Florentia cum quibusdam alijs obuiarunt sibi: Vnde opera Florentinorum, vt in fama fuit, venenatus apud Bonconuentum Castellum Senarum, optimus Imp. mortuus est anno 1313. cum imperasset an. 4. m. 8. d. 18. nunquam elatus prosperitate, nunquam deiectus aduersitate.

5284 *Hoc anno quod mirum est vacarunt: Imperium: sedes Romana: & regnum Gallia. Nam anno superiore Henrico VII. mortuo erat interregnum an. 1. vsq; ad Octobrem huius anni. Deinde hoc anno obiit Clemens V. 20 Apr. & vacauit*

et vacavit sedes amplius biennio. Postremo hoc anno 29 Nouemb. obiit Philippus Rex Francia.

LVDOVICVS V. Bavarus Imp. an. 32. mens. 11. d. 24. Electus est die Luce 18 Octob. Eodem die contra hunc creatus est Imperator à quibusdam.

FRIDERICVS Pulcher Austriacus: imperavit annis 15. Mens. 2. d. 27. Onuph. et Albert. Argentin.

Hoc anno et sequentibus tanta peste laboratum est in multis locis, ut plures mortui quam superstites sint habiti. Bruschius ait: Tantam pestem grassatam esse per uniuersam Europam, ut tertia penè pars generis humani ea absumeretur. Polonici quoque scriptores tam horrendam famem et pestem in Polonia et Silesia his temporibus grassatam esse commemorant, ut parentes à proprijs filijs et cadaueribus immundissimisq; cibis non abstinuerint.

1315

CAROLVS IIII. Imp. nascitur, qui in Baptismo nominatus est Wenceslaus: sed in Confirmatione datum est ei nomen Caroli. Sic habet Chron. manu script. Estq; annus à morte Augusti Imp. 1300.

IOANNES XXII. PP. mensè Nouemb. vel Octob. confirmavit publicationem Clementinarum, mandauitq; Doctoribus in gymnasijs ut eas publicè prælegerent. App. Mart. Polon. Antonin. et Platin.

1317

Hoc anno scribit Albertus Argentinensis Woldemaro Marchione Brandeb. absq; liberis mortuo Marchiam deuolutam esse ad imperium, eamq; Ludonicum Imp. tradidisse filio suo primogenito Ludonico.

1319

BARTHOLOMAEVS de Pratis Legum Doctor moritur 20 Septembr. Fend.

DANTES Aligherius Florentinus, Poëta qui multa scripsit, Rauienna in exilio moritur ætat. 56.

1321

NICOLAVS Lyranus natus Iudæus et postea factus Monachus Franciscanus, Biblia sacra scholijs illustrare cœpit. Lyran.

1322

Atroci proelio commisso Fridericus Pulcher à Ludonico Imp. victus et captus est die Michaëlis, anno 50 post, quam auus amorum Rodolphus Habsburgus electus est in Regem Romanorum eodem die. Alber. Argentin.

1323

GVILELMVS Occam natione Anglus Ordinis Minorum et Ioann. Scoti discipulus, Scriptor acutissimus, excommunicatur, quòd quædam aduersus Papam scripsisset. Hic ad Ludouicum Imperatorem, æquè tum excommunicatum fugiens dixisse fertur: O Imperator, tu me gladio defende à Papa iniurijs: et ego te verbis ac scriptis defendam. Acerrimè impugnavit dicta ac scripta Magistri sui Scoti. Tritth.

1324

Hoc anno à Marsilio Patanino, scriptus est liber ad Ludonic. Imp. hoc titulo: Defensor pacis: ubi hoc defendit, quòd Papa sit sub Imperatore.

FRIDERICVS Marchio Misnia moritur. Hic est Fridericus ille, cuius fuit à matre admorsigena, quam historiam eleganter recitat Melanthon Tomo 3

1326

Declam. hunc in modum: Margarita filia Friderici II. Imperatoris, et Alberti Thuringiæ Lantgrauij coniunx, clam edocta de insidijs à marito vitæ suæ structis, fugæ consilium capit, et nocte cum iam discessura esset, assidet ad lectulos filiorum Friderici et Diemannii, calamitatem suam deplorans: Cumq; Consiliarius Senex, et matronæ comitaturæ eam, hortarentur, ut properaret, tandem valedictura filijs, Fridericum natu maiorem, lachrymis et eiulatu, materni doloris magnitudinem ostendens, complectitur, sæpe figens oscula in genis et in pectore filij. Postremo mirabili animi motu dentibus mordet genam filij. Puer vulnere facto eiulare incipit. Accurrunt matronæ, et puerum matri ex manibus eripiunt, et quoquo modo possunt, è cubiculo eam abducunt. Illa non ignara quid fecisset, inquit, Me ne adeò ferream putatis, ut à pulcerrimis et carissimis filijs sine ingenti dolore in exilium abire possim? Nullum vitæ periculum est meo filio ex hoc vulnere, sed ipsi notam mei summi doloris impressi, ut in omni vita memor sit et mei erga ipsum amoris, et calamitatis meæ. Hæc vociferantem, vi abstrahunt matronæ comites, et

- ex fenestra demittunt. Locus adhuc ostenditur in arce Ifennacensi, vbi non est magna altitudo à scopulo extra arcem ad fenestram, ex qua funibus Domina cum quinque comitibus demissa est, & tandem Francofordiam perducta, in Monasterio Virginum vitam in luctu & precatione agens, post paucos annos mortua est.
- 5298 *Natus est Ludouicus Romanus, filius iunior Ludouici Imp. dictus Romanus, quod natus esset Romæ, cum pater eius ibi coronaretur.* 1328
- LYRANVS cap. 9. Daniel: scribit, se hoc anno correxisse postremo
 Postillas Bibliorum,
- 5300 **IVBILÆVS 106.** *Mosis 16. Prædicationis CHRIS-* 1330
STI 26.
- *Obijt Fridericus pulcher Imp. 13 Ianua. Onuph.*
 Hoc tempore floruerunt: Ludolphus natione Saxo, Carthusianus
 Argentinenfis, & Simon de Calsia, quorum vterque vitam Chris-
 sti descripsit. 1336
- 5306 *CINVS Jurisconsultus, obiit. Fend.*
 Custodia Sepulchri Hierosolymis à Sultano Ægyptio committitur
 octo Franciscanis. Munsterus. 1339
- 5309 *Academia Pitana instituitur Pontifice adprobante. Volat.* 1340
- 5310 *Turris templi Viennensis ad S. Stephanum extruitur: absoluta est anno 1400: completa 60 annorum spacio. Argentinenfis hanc superat 18 pedum altitudi-
 dine circiter. Cuspin.* 1341
- 5311 **NICEPHORVS** Gregoras historiam suam claudit, qui & hoc
 tempore vixit. 1344
- 5314 *BALDVS Bononiæ doctrinam Iuris profiteri cepit. Mant. Patav.*
 Archiepiscopatus Pragensis institutus est. Mechou. 1346
- 5316 *CLEMENS VI. die Cænae Domini Ludouicum Imp. execrat, eumq; hereti-
 ticū ac schismaticum pronunciat, ac Electores hortatur, vt alium Imp. creent.
 Principes itaq; 2. Iulij in villa Rens Diæcesis Treurenfis elegerunt, Carol-
 lum, Ioannis Boemiæ Regis filium, cuius electionem tamen non omnes appro-
 barunt.*
- CAROLVS IIII.** *Imp. an. 32. Nauch. Estq; hic annus à morte Caroli Ma-
 gni 532.*
*Prælio ad Cresfiacum 26 Augusti commisso Galli ab Anglis victi sunt, & Ioan-
 nes Boemiæ Rex Caroli IIII. pater sagitta vulneratus occubuit, qui vt re-
 fert Cranzius, etsi esset cæcus, tamen pugnavit in hostes, Cumq; audiret for-
 tunam suæ partis inclinare, ductorem suum intrepellavit, vt se eo dirigeret,
 vbi confertissimi hostes pugnarent, ibiq; fortiter prælians cecidit. In hoc
 conflictu perijt flos nobilitatis Gallicæ. Iussu Regis Angliæ, teste Frossard, 80
 Barones: 1200 equites, & plus minus triginta millia. Urbs Caletum
 præsidij destituta, post aliquot mensium obsidionem sequenti anno occupa-
 ta est ab Anglis, in quorum potestate fuit an. 212, vsq; ad annum Christi
 1558.*
- Academia Heydelbergenfis fundata à Ruperto eius nominis secundo
 Comite Palatino Rheni & Duce Bauariæ. Vide an. 1387.
- 5317 **LVDOVICVS** *Bauarus Imp. ex venatione rediens apoplexia corripitur &
 ex equo delapsus paulò post moritur 11 Octobris, sepultus Monaci in Baua-
 ria. Onuph. & alij.* 1347
- 5318 **JOANNES** *Andrea Bononiensis, qui glossas scripsit in lib. 6. Decret: & Cle-
 mentinas, dictus tuba Iuris Canonici, Obijt 7 Iulij. Fichard. Bononia hoc
 eius extat Epitaphium:*
 Hic iacet Andrea notissimus orbe Ioannes,
 Primo qui Sextum, Clementis atque nouellas,
 Hieronymi laudes, Speculi quoque iura peregit:
 Rabi Doctorum, lux, censor, normaq; morum. 1348
- CARO-

- CAROLVS IIII.** Ioanni & Alberto Henetorum Principibus noua dignitate ornatis, tribuit locum inter Duces imperij: Hinc itaq; Principes Megalburgenses duces appellati sunt, cum antea Vandalorum Domini dicerentur. **1349**
Marchia Brandeburgensis tradita est Ludouico Romano à fratre Ludouico. Instin.
- Est annus à Roma condita 2100.*
 Hoc anno Clemens VI. Iubilæum, quem Bonifacius VIII. anno centesimo celebrari iusserat, transtulit in annum quinquagesimum, quod diceret, ætatem hominum Iubilæum centum annorum raro attingere. Itaq; hic fuit Iubilæus secundus, ex ordinatione Pontificia Romæ celebratus, ad quem multi vndique pro remissione peccatorum omnium impetranda concurrerunt. Tritth. Platin. **1350**
- ALBERICVS** Bergomensis Iurisconsultus floruit. *Uchar.* **1351**
De hoc anno obseruent Chronologia studiosi, quod Tarapha in Chron. Hispania annotat: His quoque temporibus, inquit, apud Perpignanum oppidum, in Curia generali, 25 Decemb. 1351. fuit determinatum in Cathalonia, ne Calendæ à Notarijs in chartis scriberentur, nec ab incarnatione annus Domini, sed à natiuitate inchoarentur. Hic vide Lector differentiam diuersarum supputationum in annis Christi, de qua alibi.
- CAROLVS IIII.** Roma coronatus die Paschatis: 5 April. Tritth. Paralip. **1355**
Vrs. Vetus Chronicon manuscriptum addit, hunc fuisse annum etat. Caroli IIII. 40.
- BARTOLVS** de Saxoferrato Iuris interpres præstantissimus, & dictus lucerna Iuris, obiit Perusij etat. 46. sepultus ibidem apud fratres Minores. Alij habent 1359: quidam etiam 13 Jul. **1356**
Aurea bulla à Carolo IIII. edita 10 Ianuarij: anno primo coronationis Caroli in urbe Roma: regnorum verò etus 10. Estq; annus à Monarchia Iulij Cas. 1402.
- Amurates Turcarum Imp. primus omnium ex ea gente, exercitu per Hellespontum traiecto, Seston & Callipolim, iuxtag. sitas Cherronesi vrbes cepit, quæ prima ei occupandæ Thraciæ auspicia fuere, 93 annis antè, quàm Mahometes, nepos eius, Constantinopolim expugnaret. Hunc euentum Cranzemius Turcici Chronici annotationem secutus huc refert: sed Drechslerus scribit Philippopolim & Hadrianopolim vrbes in Amurathis potestatem redactas anno 1363.* **1360**
- WENCESLAVS** Imp. filius Caroli IIII. nascitur Noribergæ 28 Septemb. **1361**
Academia Pragensis à Carolo IIII. constituta: Mechou. aliq. 1367.
- aliq. 1370.*
- LVDVICVS** Romanus: Marchio Brandeburgensis, filius Imperatoris Ludouici obiit: sepultus Berolini apud Franciscanos. **1365**
- SIGISMVNDVS** Imp. Caroli IIII. filius, dux Austriae nascitur 28 Iunij. **1367**
Alij. ad seq.
- Definit Chronicon Monasterij Hirsgauiensis, autore Tritthemio. **1370**
 Hoc tempore IOANNES WICLEF, Anglus, multa scribere cepit, contra receptas seculi sui opiniones & dogmata. Ideoq; inter heresiarchas numeratus est.
- S. Brigitta mulier Suecica, quæ Prophetico spiritu multa prædixissetur, obiit 23 Iulij. etat. 70. Æn. Syl. aliq. aliter. **1372**
- MAXIMVS** Planudes Monachus Græcus floruit. **1373**
CAROLVS IIII. Marchiam ingressus venit Tangermundam ubi habitauit aliquandiu: estq; Tangermunde hodie sacellum à Carolo conditum.
- FRANCISCVS** PETRARCHA, Clarissimus Poëta moritur 19 Iulij. Fend. **1374**
- IOANNES** BOCACIVS Florentinus Poeta, Philosophus & Astronomus celebris moritur etat. 62. al. 42. Volater. Palm. **1375**
Tritthem. Menje

5346 *Mense Septembri Gregorius XI. ex Auenione soluens ad urbem Romanam applicuit 17 Ianuarij: anno 1377: id est, anno 71 post, quam sedes Romana ex Italia in Gallias translata fuerat per Clementem V. Hic est celebris illereditus Curia Romanae ex Auenione in urbem Romanam. Onuph.* 1376

WENCESLAVS Francofordiae ab Electoribus procurante patre Carolo III. appellatur & coronatur Rex Romanorum 12 Iunij: aet. 15. Cussin. Syl. 1378
5348 CAROLVS IIII. Imp. moritur Pragae 29 Nouemb. Cusp. Auentin. Mechou. *Vetus manuscriptum Chron. ita habet: Anno 1378. in Vigilia Sancti Andreae hora quasi secunda noctis obiit Carol. Imp. in Castro Pragensi, & idem post solenes exequas Pragae habitas die 16. a morte ipsius, sepultus in Ecclesia Pragensi requiescit. Est annus a morte Alexandri Magni 1700: ab imperio Theodosij 1008.*

5349 WENCESLAVS Imp. filius Caroli IIII: an. 22. Palmer. *Fuit Imp. ignauus & voluptatibus deditus, de quo ita Aeneas Syl. Venceslaus desidia corruptus, inquit, praesenti rerum situ contentus, neq; praeterita corrigere, neq; futura praecauere curauit: patri longè absimilis, voluptatum tequax, labores fugiens, vini quam regni curiosior.* 1379

De eodem alius quidam Italiae Scriptor ridiculè in hunc modum: Venceslaus Caroli filius viuentis patre electus est Imp. & adhuc regnat: Hic iuuenis, robustus, venator: quid acturus sit ignoro: tamen minatur se venturum ad Italiam: sed non venias, precamur te, si non vincis laude patrem tuum, quanquam aliud de te speramus. Nam praesentia primi Caesaris Iulij vix sufficeret ad competenda mala, quibus misera lacepsitur Italia temporibus tuis: Sic imperium orbis caelum versat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus Romanum imperium praefiguratum in tibijs ferreis, cui nihil olim defuit, nisi modicum Orientis, nunc prohi dolor, nihil possideat, nisi modicum Occidentis.

A morte Sardanapali ad Wenceslai imperium 2200.

5350 IOANNES Tanlerus Theologus obiit Argentina 15 Iulij. Hedro. 1380
IVBILÆVS 107. *Mosis 57. Prædicat. CHRISTI 27.*
Hoc tempore Bombarda ad hominum perniciem inuenta sunt & excogitate à Bertholdo Nigro chymista, & ut quidam volunt, monacho germano: de quo sic Polydorus Virgilius de Inuent. l. 2. c. 11: Fertur homo (Bertholdus) ad exitium humanum natus, seruisse aliquando domi in mortario puluerem sulphurei, cuiusdam medicinae faciendae causa, illudq; texisse lapide, ac mox contigisse, ut dum ignem ex Silice propè excuteret, scintilla in trō ceciderit, subitoq; flamma erumpit, atque lapidem in altum tulit: & ille eius rei casu doctus, postea facta ferrea fistula, & puluere confecto, machinam reperisse, ac eius usum Venetis in illo bello primum ostendisse, quod ad fossam Clodium est cum Geauenibus gestum, qui fuit annus salutis humanae 1380. Ex quo iam usu venit, ut in ea hoc tempore omnis ferme vis peditum, omnis equestris splendor, omnis denique bellica virtus indecorè consistat, iaceat, obrorpeat. Hæc bombardæ vocatur à bombo, id est, sonitu, qui hoc. & græcè dicitur. quidam alij tormentum aeneum malunt nuncupare. Eius tamen modò plura sunt genera, quæ variè vulgò nominantur, & vnum illud minimum, quo nunc pedites vtuntur qui factitio nomine sclopus vocatur. Sclopus enim est sonus ille, qui ex buccarum inflatione erumpit.

5356 LEOPOLDVS dux Austriae cum Heluetijs confligens occumbit & cum eo numerosa nobilitas: sed hæc victoria Heluetijs quoq; non fuit incruenta. 1386
Paral. Vrsp. Cranz.

5357 SIGISMUNDVS qui postea imperauit coronatus est in Regem Vngariae an. aet. 20. Dominica palmarum: alij die Pentecostes. Mechou. 1387
IOANNES VICLEF in Anglia moritur 31 Decemb. Eius corpus Martini Pontificis iussu exhumatum ac publicè crematum est anno 41 ab obitu eius, Christi 1428. Hoc anno scribunt quidam constitutam esse Academiam Heydelbergensem 18 Octob. & primum Rectorem creatum esse 17. Nouembris, primumq; studiorum plantatorem fuisse Marsiliū de Ingen. Aliud initium habes sur

bes supra 1346. & fieri potest, vt hoc anno non constituta, sed in-
stituta ac renouata sit.

LITHVANI Christianismum induunt gentilium idolatria depo-
sita, & Vladislaus Rex in Vilna instituit Ecclesiam Cathedralem &
Episcopatum. Mechou.

Academia Colonienfis fundata.

Academia Erphordienfis initium sumpsit.

Prælio inter Christianos & Turcas ad Nicopolim commisso, die profesto Michae-
lis victoria penes Baiazetem fuit, qui in armis plus quam trecenta homi-
num millia habuit, in quibus sexaginta millia equitum fuere. Christiano-
rum exercitus, qui ex Gallis & Vngaris constabat, non excesit numerum
Octoginta millium, inter quos circiter viginti millia equitum fuerunt. Gal-
lorum duces maxima ex parte capti, Sigismundus Vngaria Rex fuga sibi vix
consuluit. Ex Christianis 20 millia: ex Turcis 60 sunt occisa. Hac quoq;
clades Christiani exercitus discordia contigit, modo Gallis, modo Vngaris
primas præstandi partes deposcentibus. Drechs. Alij ad seq. Hinc ad cla-
dem Varnensem an. 49.

GEORGIUS Trapezuntius vir doctissimus, cuius scripta extant,
nascitur 4 Aprilis. Cardanus.

Tamerlanes Scytharum Rex, obscuro loco natus, tantopere creuit, vt mille du-
centos equites in aula sua aleret. Hic cum infinita armatorum multitudine
in Asiam descendens, prope Stellam montem in Gallicia Bithyniaq; confinia
ad ducenta Turcarum millia cecidit. Regem Baiazetem cepit, cauea inclu-
sit & aureis catenis ligauit: deniq; conscensurus equum, eo pro scabello ute-
batur, & in ludibrium per totam Asiam eum circumducebat. Drechs. Va-
riant apud scriptores annorum consignationes in hac Tamerlanis historia,
quam necesse est in duos annos distribui. Drechslerus, Vadianus, & alij
hanc Turcicam cladem referunt ad annum 1397: sed Cranzhemius pri-
mam irruptionem Tamerlanis ponit ad 1398: postremum vero conflictum,
quo Baiazetes victus & captus est, ad tempus vernalium anni 1399. Nos
historiam recitare volumus, in qua digerenda suum cuiq; esto iudicium.

Tamerlanis historiam Aeneas Sylvius in Asia descriptione cap. 33 in hunc mo-
dum recitat: Tamerlanes genere Parthus, gregarius miles, adeo inter suos men-
tis vi & corporis agilitate excelluit, vt breui multarum gentium dux fieret, & Scyth-
ias, Persas, Medosq; sibi subigeret: Mesopotamiam inuasit, & Armeniam: transi-
itq; Euphrate cum quadringentis millibus equitum, sexcentis millibus pedum,
Minorem Asiam obtinuit. Regem Turcarum potentissimum Paiazetem apud Ar-
menios prælio superatum, ducentis millibus hominum interfectis, vinum cepit,
caueaq; in modum feræ inclusam per omnem Asiam circumtulit, egregium & ad-
mirandum humanarum rerum spectaculum. In obsidionibus urbium, prima die
albo tentorio utebatur: secunda rubeo: tertia, nigro. Qui sese dabant in albo se-
denti, salutem conseruebantur: Rubeus color moriendum patribus familiarum
indicabat: Niger ciuitatis excidium & omnia in cinerem conuertenda. Interro-
gatus aliquando ab homine Genuensi, qui ei familiaris erat, cur tanta crudelitate
uteretur: Commotus ac veluti furens distorta faciè ac spirantibus ignem oculis,
respondit: Tu me hominem esse arbitraris? falleris; ira Dei ego sum, & orbis va-
stas: caueo ne posthac mihi occurras, nisi velis interrogationis tuæ pœnas dare.
Hec Sylvius.

Hoc tempore in Italia literarum & linguarum studia postquam 700
ferè annis tetra barbarie oppressa & foedata fuerant, renasci vel ex-
coli & reuiuiscere coeperunt. Nam cum Græci immanitatem Tur-
cicam pertimescentes in Italiam secederent, & Musis nouas sedes
quærent, literæ simul vnâ cum viris illis doctis solum verterunt,
& Alpes transuolarunt, vbi paulatim fœlix quoddam omnis erudi-
tæ literaturæ sæculum exortum, lucis suæ fulgorem in vicina regna
longè lateq; sparsit & propagauit. Inter hos exules Græcos primi
fuerunt:

1388

1392

1395

1396

1398

1399

fuerunt: Emanuel Chrysoloras Byzantinus, qui græcæ Grammatices erotemata scripsit: Theodorus Gaza Thessalonicensis, græcæ & latine doctissimus, quod plurima eius scripta loquuntur: Georgius Trapezuntius & alij, quorum nomina deinceps recensere debemus. Hoc modo propemodum illud accidisse videri potest, quod de Iudæis & Græcis Apostolus dicit, illorum ruina his salutem contigisse, & illorum diminutione ac penuria hos locupletatos esse: Ita immenso Dei beneficio artium igniculi in Græcia extincti, in Latium traducti & transportati sunt: qua in re plus est miraculi, quam in illo, quod Cranzius narrat, anno videlicet 1399, per brumam gelu terras ac maria ita constrinxisse, vt sicco vestigio è Lubeca per mare in urbem Sundensem & inde in Daniam perueniretur, eaq; oportunitate vfos fratres Domus Teutonicæ, Massagetis bellum intulisse & prosperè pugnasse. Mira hæc, si vera sunt, videantur: sed longè admirabilius quod Græci nauigijs vicinas terras ingressi, turpissimam barbariem debellarunt eiq; interuersionem attulerunt: literarum verò studijs vitam & decus pulcherrimum restituerunt.

5370

WENCESLAVS *Imp. ignauus, & vino perpetuò madens, lucemq; dormiendo nocti coniungens ab Electoribus post multas admonitiones imperio dejectus, 20 Augusti, & in locum eius Rupertus Palatinus Rhemi successit. Cranzius in Vandalia sic de Wenceslao: Cum ciuitates Imperij Ruperto nouo Imperatori sacramenta nouare iuberentur, soli Nurenbergenses pertinaciter inherebant VVenceslao, asserentes, se viuente Rege suo, nisi iussu eius, non iuratos: cumq; grauius vgerentur, misere Oratores, qui super eare sententiam & nutum Regis acciperent, offerentes aureorum viginti millia, si illos absolueret. Ille contempto auro, mox absoluit, iubens vt optimi vini Rhenani (Bacharachensis vocant) aliquot plaustra sibi mitterent. Ita summa illi de vino cura fuit.*

RUPERTVS *Imp. Bzuarix Dux & Rhemi Palatinus an. 10.*

Hoc anno, qui fuit ex Pontificia ordinatione Iubilæus tertius, (à CHRISTI natiuitate & non à baptismo subducta ratione) Romæ rursus ab innumera hominum multitudine religionis causa frequenter tata est, & non solum vrbs Roma quæstum magnum fecit, sed in primis Pontifex Bonifacius IX pecunijs Iubilæo anno perceptis ditatus est. Hic ipse Bonifacius Annatarum vsum primus imposuit beneficijs Ecclesiasticis hac conditione, vt quisquis sacerdotium vel beneficium consequeretur, dimidium annui proventus filco Apostolico penderet ac persolueret, quæ res, Blondo & Platina testibus, Pontifices Romanos, Bonifacij successores, non minus Christiani orbis, quam vrbs Dominos reddidit. Et si sunt, qui hanc constitutionem Ioanni XXII ascribant, tamen Bonifacius quoq; eam promulgauit. Admisere eam consuetudinem omnes præter Anglos, qui id de solis Episcopatibus concessere, in cæteris beneficijs non item. Platin. Blon. Polydorus Vergilius (inuent. lib. 8. cap. 2.) Annatarum inuentum antiquius facit quam Blondus & Platina, etsi non negat hoc vectigal, Romanæ curiæ ex sacerdotijs conferendis proueniens, à Ioanne XXII, & Bonifacio IX promulgatum & publicatum esse.

BALDVS *Iurisconsultus moritur 20 April. Fend. (Trieth. habet 1423.) à morte Salomonis 2400.*

ACADEMIA Cracouiensis in Polonia (cuius antea fundamenta iacta fuerant circa annum 1364) hoc demum anno erecta, confirmata vel instaurata est à Jagellone Vladislao Rege, consentiente Bonifacio IX. Prima lectio in Iure Canonico per Episcopum Cracouiensem Petrum foeliciter incepta est feria secunda post Iacobi Apostoli: Institutio eius in die Mariæ Magdalenz præcessit. Mechou. Fulstein.

IOAN.

IOHANNES HVS factus est Sacerdos & concionator Pra-
 ga in templo quod vocatur Bethlehem. Vet. Cod. Prag.
IOHANNES Frossardus Canonicus & Presbyter, qui histo-
 riam Franciæ, Scotiæ, Britanniæ, &c. ab anno 1326 ad 1400 per-
 secutus est hoc tempore claruit.

SIGISMUNDVS Vngaria Rex cum quosdam Vngaros, (qui post cladem ad
 Nicopolim acceptam ipsum fastidierant) securi percussisset, ab aliquot coniu-
 ratis captus in carcere conicitur 28 April. sed è vinculis elabatur opera vi-
 dus, quæ mater erat eorum, quibus custodia Sigismundi credita erat. Ab
 ijs itaq; in Morauiam deductus collecto exercitu, insequenti tempore, Vnga-
 riam recuperauit. Ritius Chron. Vng. Mechau.

GEORGIVS Castriota, cognomento **SCANDERBEGVS**, Castriota Du-
 cis Epiri filius nascitur.

Conuenerunt Vratislaviae Vladislaus Jagello Polonia, & Wenceslaus Boemiæ
 Rex, ubi de federe inter ipsos tractatum, parumq; absuit, quin Boemus Po-
 lono Silesiam restituisset, nisi ordinum consilijs res impedita fuisset. Mechau.
 Chron. Polon.

ÆNEAS Syluius nascitur 19 (alijs 17) Octob. Onuph.

In Academia Pragensi creuit potentia Boëmorum, qui tantum molie-
 bantur Germanorum eiectionem, ad omnia coniuente Wenceslao
 Rege.

Ex Pragensi Academia Germani aliarumq; nationum Doctores &
 Scholastici in urbem Lipsiam confluxerunt, eaq; occasione Acade-
 mia Lipsica quasi Colonia quædam Academiæ Pragensis extitit.
 Lipsensis Academia introducta est 12 Nouemb. Fabric.

Vetus codex addit, Ioannem Hus hoc anno fuisse Rectorem Pragen-
 sis Academiæ; cuius rei fidem præstet autor.

Rupertus Imp. moritur 18 Maij. Sepelitur Heidelbergæ in eade S. Spiritus.
 Die diuisionis Apostolorum, 15 Iulij, Poloni vicerunt Cruciferos in Prussia in-
 genti strage. Mechau.

PETRVS Dresdensis primus Pragæ sub vtraq; specie Corpus Do-
 minicum ministrandum esse profitebatur, Ecclesiam inscitæ insi-
 mulans, quæ sub vna tantum specie sumendum esse edixerat. Æn.
 Syl. c. 35. Bonfin. De eodem ita Fabricius: Iacobus quidam Mis-
 nensis, Prage in pauperum Collegio Professor, & ad D. Michaëlem Concionator fuit.
 Huic Schola vicina moderatur Petrus Dresdensis persuasit, vt primus plebi Boëmicæ spe-
 ciem veramq; in D. Martini templo porrigeret. Fuerunt tum temporis Ioannis Husi
 socij hi duo, Iacobus & Petrus, quibus annumerantur Hieronymus Pragensis, Iohannes
 Iesnicus, Stephanus Paletius, & alij. Petrus Dresdensis in Misniam redijt, & ludimo-
 derator sui primum in patria Misna, deinde Chemnicj & Zaicauie. Hymnos ecclesia-
 sticos, ante introitum templi quibusdam diebus festis decantandos: item de natali **CHRIS-
 T**I, in quibus Latinis Germanica mixta sunt, composuisse dicitur, quæ hodie etiam in
 vsu sunt.

SIGISMUNDVS Imp. Caroli IIII. filius, imperauit an. 27, præstantior
 in toga quàm in armis.

PETRVS de Aliaco Gallus, Doctor Parisiensis, vulgò dictus Ca-
 meracensis, quòd Episcopus Cameracensis esset: Item Franciscus
 Zabarella Patauius Legum Professor eximius, facti sunt Cardina-
 les 6 Iunij. Onuph.

Concilium Constantiense incoatum est mense Nouemb. finitum anno
 1418 circa mensem Maium.

Prima sessio habita est die Veneris 16 Nouemb. Act. Concil.

IOANNES Hus venit Constantiam die Sabbati post Omnium
 Sanctorum 3 Nouemb. Hist. Huff.

ALBERTVS Marchio Brandeb. dictus Achilles Germanicus nascitur 19
 Nouemb.

1401

1404

1405

1408

1409

1410

1411

1414

5385 IOANNES Hus Boëmus in Concilio Constantiensi pronuncia- 1415
tus hæreticus, & peculiari ritu iure Sacerdotali spoliatus, damnatur
ad supplicium ignis, & traditus Magistratui politico, rogo imponit-
tur & crematur Sabbato, quod antecessit 6 Dominicam Trinitatis,
fuitq; Octava Petri & Pauli, id est, 6 Iulij. Acta Hus.

Horrenda Eclipsis Solis 7 Iulij.

FRIDERICVS III. Imp. nascitur 21 Septembris: à morte Augusti 1400.

FRIDERICVS Burggravius Noriberg. appellatus est Marchio & Elector
Brandeb. Anno 1417 accepit inuestituram ut nominant.

EMANVEL Chrysoloras græcarum linguarum instaurator Con- 1416
stantiæ in Concilio moritur 15. April. Bruschi.

5386 M. HIERONYMVS Pragensis Husitice Sectæ addictus das
mnatur & crematur die Sabbati post festum Ascensionis Domini,
id est, 30 Maij. Vide de hoc Epistolam Poggij ad Leonartum Are-
tinum. De vtriusq; supplicio Aeneas Syluius in hunc modum. Ioannes, inquit,
combustus est prior: Hieronymus postea in vinculis habitus, cum re spiscere nollet, pari sup-
plicio adfectus. Pertulerunt ambo constanti animo necem, & quasi ad epulas inuicem ad-
incendum properarunt: nullam emittentes vocem qui miseri animi posset facere indi-
cium. Vbi ardere cœperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis inter-
cipere potuit. Nemo Philosophorum tam forti animo mortem pertulisse traditur quam
istis incendium. Cineres exustorum, ne raperentur à Boëmis, in lacum proiecti. Dissi-
puli eorum ex eo solo terram abstulere, in quo ignis fuit, eamq; veluti sacram secum arri-
lere in patriam. Vterq; apud Boëmos Martyrum honorem meruit, memoriâq; illorum
tunc consecrata quotannus celebratur.

5387 SIGISMUNDVS Imp. donauit Electoratum Brandenburgensem Friderico
Burggrauio Norib. 18 (aliq 19) Aprilis in octaua Paschatis: Ab hoc super- 1417
sunt Marchiones Brandenburgenses in Marchia & Francia Orientali.

5389 WENCESLAVS Ignauus, Rex Boëmia, apoplexia moritur Praga 16 Augu- 1419
sti, etat. 57.

Ex hoc tempore cœpit bellum Husiticum. Nam extincto Wencelao Rege, Hus-
siti sibi delegerunt Ducem Iohannem Ziscam, de cuius in bellis felicitate om-
nibus formidabunt, multa literis prodidit, præter ceteros, Aeneas Syluius. Fuit
genere nobili ortus, in aula regia educatus, bello exercitatus, vno carens ocu-
lo quem strenue pugnant amiserat: Adortus est parus manu ingentes co-
pias Boëmorum, Imperatoris, reliquorumq; Principum, & multa loca vicina
in Silesia, Lusatia & Misnia vastauit, aut assiduis incurSIONIBUS infestauit.
Monasteria in Boëmia cuertit, templa deiecit, &c.

Habeo autores, qui hoc anno existiment ordinem aurei Velleris institutum esse à
Philippo Duce Burgundiæ 10 Ianua, cuius rei fides penes illos est.

Academia Rostochiensis sumpsit exordium 12 (aliq 10) Nouembris.
Cranz.

5390 FRIDERICVS Marchio Misnia accepit à Sigismundo Imp. apud Budam Ele- 1420
ctoris Saxonici dignitatem Cal. Augusti: sed inuestitus post triennium.

SIGISMUNDVS Imp. Vratislauriam venit die 6 Ianua. de quo Aeneas Syl-
Sigismundus ad festum natiuitatis Dominicæ Brunnam Morauicæ oppidum petiit.
Ibiq; Pragensibus veniam petentibus ea lege pepercit, vt cathenas & repagula tota
ex vrbe deponerent, suosq; Magistratus acciperent. Paruit attonita ciuitas, cum pri-
mores regni, eleuatis in cœlum manibus aduentum noui regis gratulabundi expo-
suerent: eiusq; Rectores sine controuersa reliquæ vrbes admitterent. Nec duo-
bium videbatur, quin ex tota Boemia labes Husitarum excessisset, si ex Brunna Si-
gismundus recta via se Pragam contulisset. Sed diuertit ille, vt fortasse fati sui erat,
Vratislauriamq; Silesiæ caput accessit. Quo in loco populus vrbanius non diu antea
Senatum, à Venceslao fratre suo constitutum, per seditionem obruncauerat: cu-
ius sceleris autores securi percussit. Quod vbi Praga renunciatum est, dissi de ve-
niâ ciues, exemplum Vratislauriensium veriti, manifestò desciuerunt, & allecto præ-
mij Cenchone, qui arci Pragensi præerat, in totum regnum literas dedere, ne quiti-
piam Sigismundo aditum præberet, qui Dalmatiæ linguæ hostis esset: nec alia cura
teneretur,

reneretur, quam regni perdendi, qui antequam Prutenorum ciuitatem ordini iure pignoris obligasset, Brandeburgenses autem a corona Boemica alienasset, Ioannem ac Hieronymum in Constantiensi Concilio cremari non solum permisisset, verum etiam procurasset, dogmata quae ipsi sequerentur, rotis conatibus impugnet. Zisca dum haec aguntur, relicta ex foderi Pelzina, bis a fidelibus inuasus, bis ventus usus, ex pene victo victor euasit. Erant aspera loca, in quibus pugnare oportuit, hostes in equis, milites sui omnes pedites: nec certamen committi nisi pedestre poterat. Vt ergo desiliere ab equis aduersarij, mulieres quae de more suum exercitum sequebantur, proijcere pepla in terram iussit: quibus implicati per calcaria equites, prius extincti sunt, quam pedes expedire valerent. Cumq; ciuitatem quam incolerent muro cinctam non haberet, locum natura munitum ad eundem amnem elegit, vix octo stadijs ab Aufcha separatum. Hunc mœnibus cinxit, & ut quisque tentoria fixerat, ita aedificare sibi domos imperauit, ciuitati Thabor indidit nomen. Hic refugium omnium haereticorum, arcemq; Zisca primus erexit: qui cum secuti sunt, pro suo quisque ingenio munimenta vrbs auxerunt. Syluius.

1392 **GEORGIUS** Podiebrat Rex Boemiae nascitur 16 April.

SIGISMUNDVS Imp. turpi fuga recessit, Zisca in eum copias ducente. Zisca in obsidione oppidi Rabi alterum quoq; oculum, quo vno caeli lumen videbat, sagitta ictus amisit. Inde Pragam ad Medicos vectus, quamuis ex vulnere curatus vitam retinuit, lucem tamen haudquaquam recuperauit. Nec propterea castrensem laborem, aut rei militaris curam dimisit. Caeco populo, caecus placuit ductor. Res apud posteros plus admirationis habitura quam fidei. Haec ad verbum Syluius.

1421

1392 **SIGISMUNDVS** Imp. collecto ex Hungaris, Austriacis ac Morauis exercitu, circa solennia Dominicae Natiuitatis Boemiam intrauit, & cum aliqua oppida viscepisset, Cuthnenses per deditiōem accepit. Sed irruente in se Zisca quamuis caeco, pauidus trepidusq; multus ex suis interfectis nobilibus, & amissis impedimentis, effugit. Cuthnam exussit, quam Taboreses propter argentum fodinas, crumenam Antichristi vocabant. Zisca itinere vnius diei imperatorem secutus, magna fugientium praeda ditatus est: Imperator amnem Iglauam ponte transmisit. Pipo Florentinus, qui equites in eam expeditiōnem quindecim millia ex Hungaria duxerat, per glaciem iter habuit: quae multitudinis pondere dissoluta, multos mortales in profundum rapuit. Syl.

1422

ALBERTVS, ultimus Elector Saxon. ex familia Anhaltina cum animi causa venatum iussit in saltu Lochauio, & cum uxore ac gynecæo in casulam rusticam diuertisset, orto incendio nocturno, vix per fenestram nudus euasit, morboq; e terrore contracto paucis post diebus obiit nullo relicto herede: cum durasset dignitas Electoratus in antiqua & illustri familia Anhaltina annis amplius 200. Cranz, Fabr.

1423

Translata est dignitas Electoris Saxonici in familiam Marchionum Misnensium, quorum primus Elector fuit Fridericus Marchio Misniae, & Lantgrauus Thuringiae, is obiit 1428: 4 Ianu. sepultus Aldenburgi, Fabr.

GEORGIUS Purbachius excellens Mathematicus, praceptor Regiomontani, nascitur 30 Maij. Cardan.

1424

Zisca Hussitarum Dux peste extinctus est circa hunc annum, ferunt illum mortuum inuisse, cadaveri suo pellem detrabi, & ex ea tympanum fieri: fugientes enim hostes, quam primum tympanum illud sonaret. Dux inuictus perisse videtur. Syluius.

PETRVS de Aliaco, Gersonis praceptor, Episcopus Cameracensis moritur. Onuph.

1425

NICOLAVS Siculus Archiepiscopus Panormitanus professus Academiae Louaniensis initium 1 Septemb. (alij seq.)

1426

Misnenses praelio fusi sunt ab Hussitis ad oppidum Aufsig. 15. Iunij. Fabric.

1396 Initium irruptionum Hussiticarum in Silesiam, cui agmini mixti fuerunt latrunculi non solum Boemici, sed etiam Polon. Vngar. Mora.

5397

Hoc anno (alij ad seq.) Electores imperij cum magno exercitu, qui ad enertendam Boemiam satis virium habere credebatur, Boemiam ingressi sunt: sed ad rumorem aduentantium Boemorum omnis ille Alemannorum & Anglorum numerosus exercitus, hoste nondum conspecto, terrore correptus, fugam pro praelio iniit, castra omni opulentiā referta hosti praeandanda relinquens. Mecho. & Syluius cap. 48.

5399

PAVLVS Episcopus Burgensis finit additiones in Lyranum. Prologo: Lyran.

IOANNES Gerson, Cancellarius Parisiensis, qui scriptis Theologicis nomen immortale sibi parauit moritur Lugduni ætatis 66. 12 Iulij. Tritthemius scribit eum dissoluto Concilio Constantiensi, cui interfuit, domo, patria, cognatis, amicis, dignitatibus, rebusq; pro veritate tuenda priuatum esse, multisq; insidijs petitum, vnde necessitate compulsus sit Lugdunum confugere, ibiq; mortuum esse.

5400

IVBILÆVS Mundi 108. Mosis 58. Prædi. CHRISTI 28.

Hoc seculo floruerunt: Franciscus Philephus gener Chrysolozæ: Nicolaus Cusanus: Æneas Syluius: Laurentius Valla, latinæ linguæ vindex: Blondus historicus: Leonhartus Aretinus: Trapezuntius: Maphæus Vegius: Gregorius Tyfernas: Theodorus Gaza, &c.

MAHOMET II. Imp. Turcicus nascitur 24 Martij, qui Constantinopolim cepit. Est annus 800 à morte Mahometi primi Pseudoprophete Turcici.

5401

Concilium Basiliense incoatum 7 Decemb. Eugenij III Pontificatus anno primo. Lib. Concil.

Primis duobus annis nihil actum: præterquam quod Eugenius citatus & accusatus non comparuit. Actum postea de reformatione omnium statuum in Ecclesia, & de Hussitis. Extractum est hoc Concilium in annum vsq; vndecimum: finitum 1442.

PLAVA vrbs Voilandia à Boëmis Taboritis exurit 25 Ianua. alij ad præced.

JULIANO Cardinali præcedente, Electores Imperij cum magna multitudine Boemiam inuaserunt, Boëmis tenui exercitu contra eos procedentibus. Fuit ingens pavor, cuius causa non suberat, Alemannorum animos adeo concussit, vt ex denunciatione aduentantium hostium in fugam versi sint. Mecho.

Fusus hanc historiam persequitur Æneas Syluius, cuius hæc sunt verba: Sigismundus Noribergam profectus noua Principum auxilia comparat. quocq; Pontifex Iulianum Cardinalem in Teutonium mittit, vt Boëmis bellum inferat, & in Basiliensi Concilio, quod propediem futurum erat, nomine Apostolico præsideat. Is Germaniam ingressus, mox Noribergam ad Sigismundum se confert, quo in loco frequentes Germanorum reguli conuenerant. Decreta est noua in Boëmos expeditio ad 8. Cal. Iul. Fuere in ea expeditione Albertus & Christophorus Baioatiæ, & Fredericus Saxonie Duces: Ioannes & Albertus Brandeburgenses principes, cum Frederico patre, quem penes belli summa erat. Herbipolensis, Moguntinus, Treuerensis & Colonienfis Antistites, auxilia miserant, & cum his provinciarum suarum primores, supra quadraginta millia equitum fuisse traduntur. Peditum minor erat numerus. Cardinalis Boemiam ingressus, numerosum illum exercitum ductans multas hæreticorum villas incendit, oppidatq; diripuit. Interea siue proditio in fidelium exercitu fuit, quod multi putauere, siue inanis sua sponte mentes hominum pavor inuasit, totis castris trepidatum est, & priusquam hostis visus in conspectu daretur, facillima fuga cepta. Hostis paulo post ex metu alieno factus audax adfuit, impedimentisq; omnibus quibus per syluam non erat facilis exitus, & ingenti præda potitus est, Iulianus Cardinalis ex Boëmia exactus Basileam se contulit, ibiq; Concilium celebrauit. Sigismundus Romam coronæ suscipiendæ causa perijt.

5402

SIGISMUNDVS Imp. Romæ coronatur ab Eugenio PP. 18 Majj. Anto. Syl. Synodus Basiliensis scribit Boëmis, vt legatos mittant, qui fidei firmitatem ostendant, securitatem itineris & dicendi quæ vellent libertatem promittens. Legatio igitur trecentorum equitum Basileam

leam missa, cuius Principes fuere Guilelmus Costa, Procopius, Ioannes Rochezana, &c. Hi interrogati, quænam illa essent, in quibus à Romana Ecclesia dissentirent: quatuor articulos proposuere.

I. De communionione Eucharistiæ, quam sub specie panis & vini sumendam affirmabant. II. De ciuili Dominio, quod interdictum clericis diuina lege dicebant. III. De prædicatione verbi Dei, quam liberam permissamq; omnibus passim arbitrabantur. IIII. De publicis delictis, quæ nulla ratione toleranda putabant, &c. Disputatum est 50 diebus, &c. Certis tandem conditionibus permissa communio, &c. Syluius.

IOANNES Regiomontanus Mathematicus discipulus Purbachij nascitur 6 Iunij. Cardan.

IOANNES Imolensis Bononiæ, vbi doctrinam iuris profitebatur, decessit.

SIGISMUNDVS Imp. moritur Znoyme 8 (alij 9) Decemb. at. 70, anno regni Vngarici 51: Boem: 17. Rom: 27. Coronationis Romana 5. sepultus Varadini. Bonfin.

Sigismundus in precio habuit literas & literatos, eosq; reliquis, qui genere tantum erant nobiles, prætulit: Interrogatus à Principibus qui literas oderant cur homines obscuro genere natos ob literarum commendationem tanti faceret: respondit, se iure illos colere, qui ceteris singulari dono diuino antecellerent, illos à Deo solo posse creari: Verum in sua potestate esse, vt titulis & prædijs nobiles faciat quoscunq; & quandocunq; velit.

IOANNES de Rupe scissa Iuris vtriusq; Doctor & Cardinalis, 26 Martij oritur.

IOANNES Annius Viterbiensis, qui in Berossi libellum & alios et adiuuetos quædam commentatus est, nascitur.

ALBERTVS II. Imp. gener Sigismundi imperauit an. 2. hic Albertus vno eodemq; anno Christi 1438 ter coronatus est. I. Cal. Ianua. est ei imposta corona regni Vngarie. II. Praga 6 May renunciatus est Rex Boemie. III. Francofurti 20 Martij ab Electoribus designatus est Imp. Roma. sed non imperauit toto biennio: ita repente occidit, qui breui ad summam potentiam creuerat.

Concilium Ferrariense & postea Florentinum celebratur, ad quod profectus est Eugenius PP. cum Imperatorem Constantinopolitanum eo aduentare intellexisset. Eugenius autem dissidentes Ecclesias Latinam & Græcam in vnum corpus redigere cupiens, celebrata de Spiritu Sancto Missa, Concilium vnâ cum Imperatore Græcorum Ioanne VIII. Palæologo & Patriarcha Byzantino Iosepho ingressus, sedente Imperatore Græcorum condigna sede, alijsq; Græcis è regione Pontificis, primo quæsitum est, vellent ne tam Latini quàm Græci ex duabus Ecclesijs iam pridem dissidentibus vnâ fieri? Succlamarunt omnes: placere & velle, modò rationibus illa prius confutarentur, quæ tantæ discordiæ causa fuissent. Disputabatur quotidie ab his, qui ad tantam rem delecti fuerant. Verrum cum pestis Ferrariam inuasisset, ibiq; non sine periculo viueretur, Florentiam concilium transtulit. Plat.

Ex hoc tempore tres egregij magniq; nominis bellatores inclaruerant: I. Albertus Marchio Brandenburgensis, postea dictus Achilles Germanicus, quem hoc anno Albertus Imp. Vratislauenfis belli ducem dedit, teste Aenea Syluio cap. 55. II. Georgius Podiebrad, postea Dux Boemorum, qui hoc anno in prelio apud Taboritas hostem feriendo & repellendo, future virtutis sua documenta dedit. III. Ioannes Huniad, Matthei Regis Vngarie pater, qui Turcas multis cladibus adfluxit: fuitq; Valachus natione, humilibus natalibus ortus: sed vt Syluius ait, ingenio dextro, animo sublimi, & virtutis amator,

5409

amator, qui primus omnium apud Vngaros Turcarum acies & frangi & vinci posse monstravit, & hostium spolijs Vngarica templa ditavit. De quarto nempe Scanderbego paulo post.

ALBERTVS Imp. cum in aestu post immodicum peponum usum in dysenteriam incidisset, moritur 27 Octob. In Alba Regali ad latus soceri sui Sigismundi sumptuosissime sepultus. Cusp. Fuit Princeps liberalitate ac fortitudine clarus, & qui ceteris rebus studium religionis longè anteposuit. Syl. Reliquit uxorem pregnantem, que in sequenti anno peperit filium Posthumum Ladislaum. Qua de re lege Epistolam 81. Aene. Syluij.

EUGENIVS cum à Concilio Basiliensi bis terue citatus non conparuisset, Pontificatu priuatur 25 Iunij, inq̄ locum eius Pontifex creatur Amadeus Sabaudix Dux, qui Eremitarum vitam cum alijs nobilibus ad Ripaliam ducebat, appellatusq̄ est Felix IIII. Hinc magnæ seditiones ortæ cum Ecclesia trifariam diuisa aut Felicem aut Eugenium sequeretur, essentq̄ qui Neutrales vocarentur, quod neutri obtemperarent. Græci post multas disputationes in Concilio Florentino cum Latinis concordiam ineunt de processione Spiritus Sancti, de pane azymo in Coena Domini, de Purgatorio, & de Rom. Pontificis potestate: 22 Nouemb. Sed legatis domum reuersis, Græci facti sunt à Romano Pontifice longè quàm antea alieniores, & priores sententias suas mordicus retinuerunt. Chalcond.

Turca Seruie sine Rascia arcem Synderoutam capit, & Georgij Despotæ filium exoculat. Paulo post Thessalonica vrbs in Turcarum potestatem venit, qui nullum iniurie aut contumelie genus in Christianos omiserunt. Chron. Vng.

IOSEPHVS Patriarcha Byzantinus Florentix moritur, & Bellarion Græcus, Nicenus, ibidem ab Eugenio creatur Cardinalis.

5410

FRIDERICVS III. Imp. Dux Austriae imperauit an. 53, & mensibus alij quot, Electus Francofurti 30 Martij, etat. 26. fuit Fabio Max: quàm Scipioni propior, multa ponens in cunctatione: non in celeritate rei consensenda, alioqui Augustum Caf. proxime attigit imperij diuturnitate, & alioqui habuit non pauca cum Augusto communia. Estq̄, hic annus à natali Augusti Caf. 1500.

LADISLAVS Rex Boëmiæ & Vngariae, filius Alberti Imp. in arce Comora nascitur tempore ineuntis quadragesime 21 Februa. (alij 22) & die Pentecostes infantulus cum nondum quartum mensem impleuisset coronatur in Regem Vngariae: postea à matre in Austriam cum Corona Vngarica ad Fridericum III. Imp. ut ad consanguineum, mittitur nutriendus & conseruandus: Interim Vladislaus Polonus etiam coronatur Rex Vngariae 17 Iulij in Alba Regali: & quod Aeneas Syluius annotat, Dionysius Episcopus Strigoniensis, vtriq̄ Regi diadema imposuit: Ladislao volens: Vladislao coactus. Mecho. Chron. Vng.

Ars typographica, nouum per typos scribendi genus, inuenta & excogitata est à Ioanne Gutenbergio, de quo sic Wimpfelingus cap. 65: Anno 1440. magnum quoddam ac penè diuinum beneficium colatum est vniuerso terrarum orbi à Ioanne Gutenberg Argentini nouo scribendi genere reperto. Is enim primus artem impressoriam vel excussoriam in vrbe Argentini inuenit. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter compleuit. Interea Ioannes Mentelidopifichij genus inceptans multa volumina castigatè ac politè Argentini imprimendo factus est breui opulentissimus. Sixtus Rufinger Argentinus Neapoli anno 1471. libri quomodo imprimi possint, primus monstravit. Sub idem fermè tempus Vdalricus Han formas librarias, rem inauditam, nec vnquam Romanis visam, Romam attulit. Fuit is natione Germanus, cognomento Han, id Laminis gallum gallinaceum significat, quod ideo scribo, quia Campanus &

nus & aliquot docti existimauerunt hunc Vdalricum natione fuisse Gallum, quod falsissimum est: is tamen error idem emanauit, quod cognomen familiarum traductum fuisset in latinum.

De arce à Friderico Marchione Brandeb. ad Berlinum in vrbe Coloniensi condita vide Cranz. Vandal. lib. 12. cap. 10.

AMVRATHES Turc. Imp. obsidens Belgradum amittit in fossis ad decem millia hominum, & post 7 menses obsidionem soluit. Chron. Vngar.

GEORGIVS Podiebrad, rei militaris peritia, rebusq. strenue gestis, insignis deligitur gubernator Boemia, qui Pragam hoc pacto in potestatem suam redegit: nuntii Coniuratos qui constituta inuadenda vrbs die incendium in parte vrbs admodum remota excitant: Concurritur ad restringendum ignem. Interea Georgius ex aduersa parte cum copijs muros inuadit, nec motu tempore Praga totaq. Boemia Georgio paruit. Sylu. Mechow.

JOHANNES Huniad Turcis Vngariam vastantibus se opponit, eosq. in fugam vertit. Vng. Chron.

FRIDERICVS I. Marchio Brandenburgensis Elector moritur, successore Friderico II. filio, cuius ita meminit Syluius Europ. cap. 39. Fridericus Marchio Brandenburgensis Imperatori Sigismundo inter caros amicos est habitus: ei quatuor filij fuerunt, Ioannes, Fridericus, Albertus & alter Fridericus. Ioanni qui prius genitus esset, Electoratus imperij debebatur: sed iudicium patris Fridericum praetulit, qui secundo genitus erat, & aptior ad obeunda imperij munera videbatur. Priusquam igitur moreretur, haereditatem suam inter filios diuisit, Fridericum Electorem instituit, neque male iudicauit. Nam Fridericus inter Principes Germaniae sapientia clarus est habitus, cuius consilio inulta saepe prouincia pacatae sunt. Iustitiam quoque ac honestitatem ax fuit, qui cum posset Regnum Poloniae consequi per Electionem Baronum, recusauit, ne vero haereditatem iniuriam faceret. Hec illi.

ERNESTVS Dux Saxoniae Elector Friderici II. Electoris filius, nascitur in arce Misacensi 25 Martij. Fab.

Festum Visitationis Mariae in Concilio Basiliensi institutum est, & festum Conceptionis Mariae confirmatum. Concil. Acta.

Ab hoc ferme anno incipit historia Scanderbegi, Ducis Epiri & Albaniae: Is adhuc adolescens à patre suo, duce Iohanne Castrioto, Turcarum Imperatori Amurathi cum tribus suis fratribus obsidum loco traditus fuit, tunc dictus Georgius: Turca vero propter magnifica eius facta indiderunt ei nomen Scanderbeg, quod perinde sonat, ac si dicas, Alexander Magnus, aut Alexander Dominus. Cum aliquot annis in aula Turcica educatus fuisset, sensim eum incesit cupiditas regni patrij, cuius Metropolis erat Croia, natura munitissima vrbs, & plane talis, ut seclusa saepe omnem vim bellicam facile contemneret. Postquam autem Despota Mysiam recuperatam rursus perdidisset, & consilio Iuliani Cardinalis, quem Eugentus miserat, Regem Ladislaum auxiliatorem implorasset, id intelligens Amurathes, Bassam Romaniae & Scanderbegum mox in Vngaros praemisit cum 20 millibus, ipse more suo cum reliquo exercitu secutus. Eo tempore Huniades 35 millia militum habebat, & apud Morauam fluium, Bassa & Huniades congressi sunt. Scanderbegus cum videret res Turcarum infeliciter habere, auxilio amicorum, inprimis Amese, ex fratre nepotis, in Vngarorum partes secedit, Secretarium Bassa caput, literas ad praesides & Magistratus Croiae ab eo extorquet, in quibus nomine Amurathis Scanderbego ciuitas & omnis praefectura traderetur. Confectis literis mox Secretarius & alij decollantur, ut res Amurathen celetur diutius. Scanderbegus, qui cum Vngaris & Huniade antea de rebus instituentis consultarat, magno itinere festinans soluit, die septimo Dibram veniit, 70 mill: passuum distantem à Croia. Amesa astutus iuuenis, Scanderbegi Secretarium se simulans, Croiae praefectum accedit, alloquitur, & ei creditur, iamq. barbarus conuertit sua, ut paret abitum. Ita Scanderbegus Croiam patriam suam recuperat, magno Croiensium gaudio: Turca qui in-

1441

1442

habitarant, partim pelluntur, partim occiduntur. Hic Scanderbegus sua magnanimitate saepe totius Orientis robur & vires fregit, totius orbis oculos in se conuertens: nec contentus in Epiro & Albania praclarè & heroicè agere, verum totum se impendit, ut auerteret quiaquid Vngariae incommo- daret. In hoc heroe tantus fuit dimicandi ardor, ut pugnantis sanguis è labris eruperit. Vita eius, & Paralipom. Vrsperg.

ELIZABETHA Regina Vngariae, Ladislai Postumi mater, moritur 24 septemb. Mechou. Vnga.

413

VLADISLAVS Vngariae Rex Iuliani Cardinalis suasu & Vngarorum instigatione cum exercitu in Turcas vadit, & cum Bassa confligit, quo victo duomillia hominum caesa sunt, quatuor millia capta, inter quos duces 13 fuerunt: signa militaria nouem: Sicut Iulianus Friderico Caesari, qui tunc in Carinthia erat, significauit. Vladislavus Budam urbem cum magna populi leticia quasi triumphator intrauit: sed huius victoriae, praeter auspiciam, nihil ad eum pertinuit. Nam filius Huniades Transylvanus hoc bellum contrarius peritissimus cum decem millibus expeditorum militum hoc bellum con- fecit. Fracti hac pugna Turci (nam & in Asia confligere conabantur) inducias petunt, quas traditis quibusdam arcibus obtinuerunt. Syluius Epistola 81: Vngar. Chron. Bonfin. & Mechou.

Terra motus concussit Vngariam, Poloniam & Boemiam 5 Iunij. Mechou. MATTHIAS Coruinus Rex Vngariae Iohannis Huniades filius nascitur 24 (alijs 23) Februa. Ebe. Beulhe.

ALBERTVS Dux Saxoniae, Mauritij & Augusti auus, nascitur 27 Iulij. LEONHARTVS Aretinus, qui multa in Aristotele, Plutarcho reliquit, & autoribus Graecis latinè vertit, moritur Florentiae 9 Martij aetat: 74. Volater. Tritth. Epitaphium eius habes in Syluij Epistola 51.

414

Hic est annus cladis Varnensis omnium celeberrimae & Christianis luctuosissimae, cuius historiae haec ferè est summa: Iohannes Huniades secundus aliquot praelijs Turcas superauerat, & Amurathem ita terruerat, ut pacem ultro posceret, & Christianis decennij inducias offerret: quas cum Vngari non recusarent, praestitum est ab utraq. parte iuramentum, Christianis quidem libro Evangeliorum, Turcis vero codici Alcorani digitos inter iuramentum imponen- tibus: Molestae caeres Iuliano Cardinali fuit, cui prosequenda victoria videbatur, praesertim cum Eugenius Papa Iuliano scripsisset, nullum valere scelus, quod se inconsulto cum hostibus religionis percussum esset. Vladislavus itaq. per Iulianum à iuramento absolutus, & ad bellum instaurandum impulsus, & coactis ex Vngaria copijs, atq. auxilijs undiq. accersitis, Turcarum agros inuadere statuit, Iohanni Huniadi castrorum cura commissa. Traduntur fuisse circiter 40 millia equitum, pleriq. dimidio minorem numerum praedecere. Reguli Vngariae & Pontifices plurimi interfuere: Iulianus Cardinalis militibus cruce signatos non paucos secum auxit: Ite per Walachiam susceptum, deinde transito Danubio in Mysiam ventum. Amurathes hostium cognitum aduentu exercitum ex Asianis militibus comparauit. Ac si vera est fama non potum millium exercitum conflauit, qui traicere Bosphorum Thraciae non potuisset, nisi Genuenses in singula Turcarum capita aureo nummo accepto, prius venisse visissent, quam auditi venire. Ubi ergo in conspectu fuit multitudo hostium longè maior quam putaretur, ingens terror Christianos inuasit, qui tamen non detrectauere certamen, nec regio sanguini desuit animis. Attigerant autem Christiani locum cui Varna est nomen, non procul ab Adriano- poli, eratq. profestum D. Martini, 10 Nouemb. Amurathes dato belli signo, ex 15 millibus equitum factoglobo, impetum fecit in Christianos, qui ita in structis ordinibus aciem eduxerant: pugnatum est ferocibus animis: superior acies in stra Turcas in fugam vertit, quae res magno metu Amurathem percussit.

143

144

perculit, fugissetq; protinus prodito exercitu, nisi circumstantes Satrapa comprehenso eius equi freno, ignaviam illius increpassent, fugientiq; necem comminati fuissent: perstitit ergo vel inuitus insisq; fortissimis arma sumere, praelium instauravit. Cumq; in singulas ferè horas novus hostis succederet, & sauciorum Turcarum loca recentes & viribus integri milites occuparent, Vngari non tam virtute quàm numero superati, paulatim referre pedem cepere. Vladislaus dum fortiter pugnat, equo deiectus obruncatur, caput eius hasta infixum per Graciam atq; Asiam in signum victoriæ populis ostentatum. Huniades cum ex pugna salutem nullam speraret, unâ cum aliquot millibus Vngarorum & Walachorum ex acie evasit, quod aliquos servari quàm omnes perire mallet. Julianus Cardinalis ex hostium manibus iam elapsus Vngarorum perfidiam effugere non potuit: nam potum equo dantem apud stagnum latrunculi quidam agnouere, & spe pecuniæ apud eum inveniendâ deiectum equo necauerunt, ablatiq; vestimentis nudum cadauer feris ac volucris dimisere. De numero cæsorum non exactè constat, illud exploratum est, longè plures ex Turcarum acie cecidisse, sed pro numero copiarum longè maius damnum Christianis illatum. Sunt qui affirmant, ex Christianorum exercitu vix salva parte tertia cecidisse ad quinq; millia hominum, cum Turcorum supra 30 millia perisset: Undè victor Amurathes interrogatus, cur post victoriâ nulla læticiæ signa ostenderet, Nollem, inquit, hoc modo sepius vincere: Vide Aeneam Sylvium in Europa descriptione cap. 5. Et eiusdem Epistolæ 52. 85. 87: Cuius hæc sunt verba in Epistola 85: Diu certarum est æquis viribus dum Christiani suas acies virtute sustentant: Turci verò suas numero complent: Cumq; per plures horas nunc illi nunc isti cederent, inclinata ad extremum Christianorum acie, victores evaunt Turci, qui iuramenta non solum domesticis fidei, sed etiam hostibus servanda demonstrant: in hoc praelio adolescens Vladislaus occisus, pœnas dedit usurpati regni alieni, qui dum spoliare paterno regno Ladislaum querit, suum amittit. Cæca est cupiditas hominum, qui non contenti civitatibus dominari, prouincias querunt post regnum, neq; etiam sic expleti regnis, regna cumulare nituntur, nescientes, quod parua res vitam eripiat homini, & omnibus Pompis ac dominijs nudum in momento reddat: Corpuscula nostra, ubi spiritus euolavit, modico sarcophago contenta sunt: Quod si Vladislaus animaduertisset, quietus in regno suo (nam satis diuitiarum possidebat) nunquam Vngariam attigisset, &c: Idem Epistola 55: Julianus Cardinalis non fuit in bello fortunatus: Nam & aduersus Boemos cum exercitu profectus fugatus est. Occisi cum eo sunt aliquot Episcopi & Barones Vngariæ. Infamis est hic annus multis cladibus. Nam & Suitenses apud Basileam cæsi sunt: & Delphinus quam plures Alemanniæ ciuitates occupavit. Hæcille.

De Armeniacis Alsatiæ obsidentibus & Suitensibus (ita Eluetios vocant) apud Basileam miserabili strage cæsis & prostratis, vide Syl. epist. 87: & Paral. Vrsperg.

BAPTISTA Mantuanus Poëta & Carmelita nascitur 17. April. Eberus.

Extinctus Vladislaus locum in regno Vngariæ fecit Ladislao Posthumo, quintum atatis annum agenti, quem Vngari, utpote antea quog; coronatum post varias longasq; deliberationes & concertationes Regem sibi ascuerunt. Cum autem regno immaturus esset de Gubernatore Vngariæ eligendo agitatum est: Ideoq; Vngarorum consensu Iohannes Huniades, dictus Corvinus trahita Reipub. summa, Vngariæ gubernator aut prorex pronuntiatur, quod anno 1445 festis diebus Pentecostes factum esse prodit Bonfinius. Hoc itaq; modo Vladislaus Polonus, qui Ladislaum Posthumum regno paterno auitog; spoliauerat, quinqueennio nondum exalto & vita & regno exiuit, eiusq; morte Vngarici regni Sceptrum legitimo heredi Ladislao restituitur, ut merito de

1445

ritò de eo scripsisse videatur Aneas Syluius Epistola 55: Vladislans, inquit, non suo iudicio (neq; enim per atatem aliena regna cupiebat) sed suorum suasu, ex pacifico regno in alienum: non ad pacem sed ad bellum: non ad opes possidendas, sed ad mortem tractus est.

FRIDERICVS & WILHELMVS Saxonie Duces, fratres, de regionum suarum diuisione habuerunt conuenius, Wilhelmo datu negotium diuidendi, Friderico eligendi. Cum Fridericus eligeret Thuringiam, frater illi cedere noluit: quae controuersia motuum plurimorum causa fuit. Fabric.

Hoc anno Aneas Syluius scripsit tractatum pulcherrimum de aulicorum miseris, qui insertus est eius Epistolis: loco Epistolae 166.

Natus Iulius II. Papa 22 Martij. Cardanus.

IOANNES Geiler Keiferspergius Theologus & Doctor Ecclesiae Argentinenfis, cuius eruditionem ac pietatem testantur scripta illius, nascitur 16. Martij.

5417 Post Eugenium III. PP. mortuum Nicolaus V. creatur Pontifex Rom. 6. Martij, tenuit Pontificatum octennio: obiit 1455: 24 Martij. Omph. Hic Pontifex à liberalitate & bonarum literarum instauratione perpetuam laudem meruit. Nam vt testes sunt Aneas Syluius, Platina & Volaterranus, suo seculo primus literas humanitatis & eloquentiae, linguarumq; studia ab interitu vindicauit: ingenia excitauit & fouit: praemijs etiam inuitauit literatos, nunc ad lectiones publicas: nunc ad componendum aliquid de integro: nunc ad autores Graecos in Latinum vertendos, ita vt Graecae & Latinae literae quae amplius 600 annis in situ & tenebris iacuerant, tum demum splendorem aliquem adeptae sint. Misit & literatos per omnem Europam, quorum industria libri conquirerentur, qui maiorum negligentia & barbarorum rapinis iam perierant. Nam & Poggius Quintilianum tum inuenit, & Aesculanus Marcum Caesarium, &c. Huic acceptissimi fuerunt in transferendis autoribus Graecis: Georgius Trapezuntius, Laurentius Valla, Demetrius Graecus, Horatius Romanus, Nicolaus Perotus qui Polybium e Graeco in Latinum traduxit, Ioannes Tortellinus Aretinus, illud certe nemo negauerit, tot ei à doctis, viris inscripta esse volumina, quot neq; suorum antecessorum neq; Imperatorum cuiuspiam nominis dicata comperimus. Bibliothecam Vaticanam Romae auxit, veteribus ac nouis codicibus ornatissimam, in qua circiter tria milia librorum volumina condidit.

5418 IOHANNES Huniades Coruinus, vt ignominiam aut infamiam Varna acceptam aliquo pacto aboleret, cum exercitu 22000 hominum ex Vngaria castra mouit, anno gubernationis suae quarto, atq; primum cum Turcis feliciter dimicauit & quaedam castella obtinuit. Ad extremum tamen mutata fortuna, quae nulli perpetuo est bona, Vngari numero Turcarum superati non tam victi quam fessi cedere compulsi sunt: Huniades postquam suos neq; minis neq; precibus sistere poterat, cum paucis ex bello profugit. Empiam multo sanguine victoriam Amurathes domum retulit. Bonfin. Syluius Epistola 81 & in Europa cap. 6.

NICOLAUS Cufanus, qui suo seculo ob literarum cognitionem propemodum pro miraculo mundi est habitus, fit Cardinalis 20 Decembris.

PHILIPPVS Palatinus Rheni Elector, Heidelbergae nascitur.

5419 ALBERTVS Marchio Brandeburgensis, cognomento Achilles, bellum Noribergensibus fecit ob his quoddam, quod illi negare videbantur: Principes Germaniae supplicias misere Alberto: ciuitates vero Noribergensibus, fuitq; graue & atrox bellum, in quo Principum & Ciuitatum exercitus insensibilis odys biennio certauere. Nouem praelia commissa feruntur, ex quibus octo vi-

oño victor Albertus consecit, in vno tantum victus succubuit, Et vt multa bella sedantur partium egestate, ita non prius inter hos de pace conuenit, nisi postquam exustis agris, attritis villis, abactis pecoribus & agricolis interfectis, commeatus ac pecunie contendentibus defuere, tum demum pax ex sententia Alberti dicta. Hac Aeneas Syluius Europa cap. 39.

AMADEVS qui in Basiliensi Concilio Romanus Pontifex creatus fuerat, dictus Felix V. cohortante Friderico Imp. propter bonum pacis & ad tollendum in Ecclesia Schisma, Pontificatu se abdicauit, & Nicolao V. ius sui Papatus celsit: solo Cardinalatus honore ac titulo contentus. Hic Amadeus rogatus à principum oratoribus, si quos haberet canes venaticos, eis ostenderet: Annuit vt postridie redirent. Interim ingentem mendicorum multitudinem collegit, eaq; monstrata: Hi sunt, inquit, canes mei quos alo quotidie, quibus spero me coelestem gloriam venaturum.

Matthæi Palmerij Chronicon finitur, quod Matthias Palmerius continuauit, vsq; ad annum 1481. De Mattheo refert Tritthemius, eum nescio ob quem de Angelis errorem combustum esse.

Hoc Iubilæo Romæ circiter 200 homines in ponte S. Angeli calcatione & pressura perierunt, aut in flumen detrusi & præcipitati expirarunt, cum pro indulgentijs e templo ad Castrum S. Angeli accurrerent. Palmer. Syluius.

Aeneas Syluius Europa cap. 32 scribit hoc anno duos fratres Fridericum & Wilelmum Saxonia duces redisse in gratiam mutam hoc pacto: Rogat Fridericus germanum suum, vt ad se veniret, acturos ipsos de pace. Annuit Wilelmus: cui iter ingresso dixere consiliarij, paratas esse ipsi & comitibus insidias: caueret ne perditum irret, neue suos ad necem traderet. Quibus ille: At ego, inquit, libens moriar, si vos prius necatos videro, qui fraternas contentiones alitis. Atq; ita locutus, sequi insis qui se armarent, vrgensq; calcantibus equum, festino cursu fratrem adiit: cum quo semotis arbitris e vestigio pacem composuit, sedusq; pepigit. Magnus vir, qui se tam liberaliter in potestatem dederit hostis. Magnus & alter, qui hostem ex fratre factum, rursus fratrem atq; amicum reddiderit.

FERDINANDVS Dux Hispaniarum auus maternus Caroli V. Imp. nascitur 21 Martij. Garca. Geneth.

FRIDERICVS Imp. ingressus est iter Italicum. Sylu. Cusp.

IOANNES Capistranus Franciscanus à Pontifice ex Italia in Germaniam missus, passim in vrbibus concionari coepit: acriter inuectus est in quælibet vitia: taxauit luxum in vestitu, cibo & potu: lusorum aleas, tessaras, tabulas atque chartas magno numero congestas & coaceruatas publice cremauit: & populum ad expeditionem in Turcas animauit. Fabric.

Hoc anno (si Crantzemium sequimur) Amurathe tyranno mortuo, successit in regno Turcico filius Mahometes, qui fratrem suum, ne pater solus sepeliretur, statim strangulari iussit. Verung, funus regio ritu duxit, & auspicia regni pro more gentis parricidio consecrauit. Nam felicitus apud Turcas priuatis, quàm Regibus liberi nascuntur. Alij ad præced.

FRIDERICVS III. Imp. Roma à Nicolao Pontifice cum maxima solennitate inunctus, salutatur Augustus & Imperator 17 Martij. Cusp. Solus fermè Onuphtius refert ad præcedentem: sed annum 1452 definiunt Bonfin. Vnigar. Chron. Cuspin. Naucle. Paralip. Vrsp. Platina. Voläter. Et sunt penes nos literæ Friderici, vbi annus 1488 numeratur à coronatione Romana 37: & annus 1492 ab eadem coronatione 41: vnde liquet numerationem ordiendam esse ab anno 1452 inclusiuè.

LADISLAVS anno ætat. 13 à Friderico Imp. sub cuius tutela hætenus fuerat, dimissus, Vienna 10 Septemb. summa omnium congratulatione excipitur: in

1450

1451

1452

1420

1421

1422

tur: in eo conuentu inquit Syluius, etsi Ladislaus Rex appellaretur, alienota-
 men arbitrio ductus, in regnis suis Triumviratum induxit, & Iohanni Hu-
 niadi Vngariam gubernandam tradidit, Georgio Podiebracio Boëmiæ,
 Vlrico Comiti Cilia Austriam. Syluius Europ. cap. 22. Huniades cum Vin-
 gartie Coronam à Friderico frustra repetisset, cum 12 millibus equitum in-
 gressus Austriam omnem agrum inter Viennam & Stiria monies diripuit
 atq; incendit. Casarem Italiam petentem rogarunt Australes, vt Lad-
 slaum qui iam adoleuisset in paterna hereditate apud se dimitteret: reiecta
 petitione, autoribus Vlrico Cilia Comite, & Eyzingero Austriaci sumptis ar-
 mis rebellauere. Redeuntem ex Italia Fridericum apud nonam Ciuitatem
 obsidione cinxere, quibus & Rosensis Boëmus se adiunxit. Celsi furenti po-
 pulo Fridericus, pupillumq; ea lege in manus Comitis Cilia tradidit, vt Vic-
 ne de tutela, oppidis, ceterisq; contentiombus principum definiretur, &c. Vi-
 de eundem hist. Boëm. cap. 59. 60.

5423

CONSTANTINOPOLIS CA-
 PTA A TVRCIS.

Constantinopolis Orientalis imperij caput & sedes. post 50 dies obsidionis (Nam
 9 April. obsidio cepisse scribitur) vt & armis expugnata capitur à Mahome-
 re Turcarum Rege, anno regni eius 3: die 29 May: cum vrbs illa à Constanti-
 nino Magno condita sterisset annis 1122. Constantinus Paleologus postres-
 mus Græcorum Imperator, vt honestius occumberet inter confertissimos ho-
 stes dimicans cæsus est, & solo paludamento agnitus: alij fugientem in tur-
 ba hominum cum imperasset an. 3. mens. 3. compressione extinctum tra-
 dunt. Dehinc Orientis imperium penes Turcas fuit. Estq; hic annus à Ro-
 ma condita 2204, & à bello ciuili Cæsaris & Pompeij constitutag. Monar-
 chia Romana 1500. Huius cladis historiam ita recitat Aeneas Syluius
 Europ. capit. 3. & 7: Tradunt, inquit, Ecclesiastici autores, Constantinum
 Magnum cum statuisset imperij sedem ex vrbe Roma in Orientem transfer-
 re, quo facilius Parthorum excursiones compesceret, Byzantium petuisse, cumq;
 sibi locum diuinitus ostensum dixisset, mox urbem ampliasse, noua membra
 erexisse, sublimes excitasse turres, magnificentissimis operibus exornasse, tan-
 ptiores vetusti qui florentem viderunt, Deorum potius in terris habitaculum
 quam Imperatorum putauerunt. Nomen vrbi nouam Romam indidit:
 sed vicit obstinatio vulgi, vt à conditore Constantinopolis vocaretur. Regia
 vrbs à Mahomete animo atq; impetu formidando terra marig; est oppugna-
 ta: & à Christianis diebus aliquot summis viribus defensa. Ad extre-
 mum voce præconis totis castris inclamatum est 27 Aprilis (rectius 27 May)
 Milites omnes ieiunium sanctificent, sequenti die in armis adsint, urbem
 extremis viribus oppugnaturi triduo, ciuitatem militum direptioni futu-
 ram. Constituta die (28 May) ieiunium ad noctem vsq; seruatum. De-
 inde lucentibus stellis inuitationes & conuiuia passim habita, quib; cum ami-
 co hilaris epulatus est: & tanquam nunquam se deinceps visuri amplexati
 & exosculati simul vltimum vale dixerunt. Postquam illuxit (29 May)
 dato signo vndiq; Constantinopolis oppugnari cæpta est. Imperator Græco-
 rum Constantinus fugiens in ipsis porte angustijs cum cecidisset, oppressus
 calcatusq; obiit: Capta vrbe in rapinas est itum: non dignitas, non ætas,
 non sexus quenquam protegebat: supra cadibus, cædes stupris miscbantur:
 nihil illicitum toto triduo in vrbe fuit: in templis aut lupanaria aut equo-
 rum stabula facta.

Faem Epist: 135: 155 & 162. Constantinus Græcorum Imperator intran-
 sibus urbem Turcis in extremo patriæ suæ periculo fortissimè pugnans ob-
 truncatur: Caput eius lancea suffixum spectaculo fertur. Quadraginta
 millia

1453

millia hominum illic caesa referuntur. Manserat Constantinopoli ad nostrum usque tempus vetusta sapientia monumentum, literarum domicilium & arx Philosophiae: nemo latinorum satis doctus videri poterat, nisi Constantinopoli aliquandiu in literis vixisset. Quod florente Roma doctrinarum nomen habuerunt Athenae, id nostra tempestate Constantinopolis obtinebat: inde multa veterum sapientum volumina nobis reddita: multa quoque in futurum reddenda sperabamus: At nunc Turcis omnia possidentibus, heu quot magnorum virorum nomina, quot libri nondum Latinis cogniti peribunt? Nunquam Graeco nomini iactura maior, quam modo, contigit. Xerxes & Darius magnis cladibus Graciam afflixere: sed bellum literis non intulere. Romani Graciam in potestatem suam redegerunt: sed gracas literas ultrò amplexi veneratig sunt.

Granzius verò his verbis illam Christianorum calamitatem deplorat: Hæc sunt luctuosa illa Christianis tempora, per quæ bicipiti Romanorum aquila alterum resectum est caput, cum iam in Orientem ultra non respiciat. Constantinopolis capta est, cum Turcorum Imperator 66 diebus nulla permissa requie urbem oppugnaret. Imperator ipse inter fugientes populi pressura extinctus est: Scutum tamen est in cadauer mortui, truncatumque caput delatum est per castra in contumeliam Christianorum.

De tempore huius cladis litigant Chronographi, quorum aliqui annum 1452 annotarunt: Sed nobiscum faciunt Bonfinius, Aeneas Sylvius, Fortalicium fidei, Mechovius, Drechsterus, Cranzius & Cranzhemij secundum aram Turcicam supputatio: Chalcondyles habet annum 3 Mahometis & 4 Constantini Paleologi, insuper exprimens diem Martis: Vngariae Chronicon annotat feriam 3 post diem corporis Christi. Nobis præter illa quæ allegauimus abundè satis est testimoniū, quod Fracniscus Foscarus Venetiarum Dux in sua ad Fridericum Imperatorem Epistola (ea est in Epistolis Aeneae Syluij 159) expugnatam scribit Constantinopolim 29 Maij (proximè elapsi) Et eius litera data sunt anno 1453: in dictione prima (quæ concurrat an. 1453) 27 Iulij. An verò feria illa tertia diem Corporis Christi antecesserit, vel secuta sit: Et an Mahometes anno 1452 fuerit in Europa, doctioribus excutiendum ac determinandum relinquo.

ULRICVS Citiæ Comes, qui hæcenus Regem Ladislaum in potestate sua habuerat, & Domini Dominus fuerat, aula Regia exulare iubetur, quod nobilitati Austriacæ grauis fuisset: Ita enim de eo queritur Eyziugerus: Hic Comes, inquit, nos omnes pro seruis habet, Austriam solus exhaurit, maior ei, quam Regi, familia seruit: Magistratus præfecturas & Sacerdotia vendit: ubi non sufficiunt publica furti, ad priuatas facultates manus admouet: non tuta est innocentia: non conuicta puniuntur scelera: offendisse Maiestatem conuincitur, quisquis diues habetur: nostris ille alitur malis: eius quies & pax nostrum bellum est: pudet me patientiæ nostræ, qui si viri essemus, facile opprobrium hoc è nostris oculis eijceremus. His auditis Ladislaus Vtrico Comiti curia regia interdixit. Comes itaq; cedendum potenti inuidiæ censuit, neq; parum putauit ex inimica ciuitate Vienna saluum corpus educere: & tacitus cum quatuor tantum comitibus aula abiens in patriam suam concessit. Albertus Marchio Brandenburg. ne populares saxa in eum iacerent, ad portam usque, tutum iter fugienti præbuit: Verum quibus prohibita fuere manus, linguæ libertate vsi, probrosa in abeuntem maledicta congestere. Inconstans fortuna singulare documentum: Nam qui paulò ante tutor Regis, & secundum in Austria caput erat, in quem omnium oculi respiciebant, qui belli pacisque munera solus obibat, vnico Regis verbo, potestate priuatus, inops consilij & animo confusus abiit. Hæc Sylvius Boëm. cap. 61.

LADISLAVS Vngariæ Rex & Austriæ Dux, Prage coronatur Rex Boëmiæ, die Simonis & Iudæ, qui tum fuit Dominicus. Peracta coronatione permisum est cui libet, vt suo arbitrio, vel sub vna, vel sub vtraque specie communicaret. Ipse tamen Ladislaus persuaderi nunquam potuit, vt templum Hussitarum intraret, vel sacris eorum interesset. Syl. Boëm. cap. 62. Mechou. Vngar. Chron.

HERMOLAVS Barbarus, Venetus nascitur 21 Mañ. Hic ab anno 18 ætatis scribere cæpit: cuius hodiè extant varia nobilis ingenij doctrinæq; ipsius monumenta. Themistium Latino sermone donauit.

ALVAROTVS Iurifconsultus moritur ætatis 68. 18 Iunij. Fichar.

5424

LADISLAVS Rex Wratislaviam venit die S. Nicolai, 5 Decemb. & in eius verba iuratum est 11 Decemb. Die Natali Christi accidit, quod Aeneas Syl. Boëm. cap. 62 refert: Ladislaus Rex Wratislaviam, inquit, nobilem urbem & Silesiæ caput inuisit: ibi cum sacris interesset in æde Pontificali, frequentes principes conuenissent, & Podiebracius Regi proximus astaret, fama est, Chilianum quendam parasitum, ex his qui stultitiam simulantes alios stultos faciunt, Podiebracium his verbis compellasse: Quo vultu sacra nostra respicias, plainè aduero: animum non intueor. Fare, obsecro, nonne satis nitida tibi videtur nostra religio? cur ne, quàm multi & magni Principes & ipse Rex noster vnum ritum sequantur? cur non his potius quàm Rochezanæ Hussitico consentis? an plus sapere paucos Bohemos censes, quàm reliquam Christi Ecclesiam? Quin relicta incondita plebe nobilitate iungas. At Podiebracius: Si tua hæc sunt verba, inquit, non es quem simulas, & tibi tanquam prudenti respondeo: Si aliena sunt verba, satisfacere me illis oportet, qui te submisserunt. Audi ergo: Ecclesiasticas Ceremonias sua quisq; pro fide gerit. Sacrificia ea facimus, quæ credimus Deo grata. Neque nostri arboris est, credere quid velimus. Victa magnis rationibus mens humana, volens nobis persuasa est meorum Sacerdotum religio. Si tuam sequor, homines fortasse fallam, animæ meæ contrarius: Deum qui corda inspicit, nequeo fallere. Neque me tui similem esse decet. Aliud histrioni, aliud vero nobili conuenit. Hæc vel tibi habeto si sapias, vel his referto, qui te submisere.

Hoc anno multe ciuitates Prusis à Magistro Ordinis Cruciferorum in Prussia defecerunt, & Casimiro Polonia Regi deditioem obtulerunt. Hinc bella Prutenica que durarunt annis 13.

Angelus Politianus Philosophus, Poëta & Orator qui Herodianum latinè interpretatus est, & cuius Epistolæ extant, nascitur 14 Iul. Cardan.

5425

Eyzingerus, qui Vtricum Cilia Comitem de dignitatis gradu deiecerat, gratia Regis Ladislai excidit, Baronibus Austriacis quorum ille auaritia atq; rapine obstiterat, ipsum apud Regem criminantibus. Vtricus itaq; Comes Ladislao reconciliatus, ab exilio in aulam reuocatur, & Vienna magno splendore, apparatus excipitur, de quo Aeneas Syluius verba audire libet: Mira rerum mutatio: qui paulò antè moestus in exilium ierat, triumphantis in modum reuertitur: Eyzingerus qui culmen potentis consecutus eum deiecerat, quod in alium statuit, in seipso pati cogitur. Intrante enim urbem Comite, ipse cum amicis ludibrio spontaneum exilium eligens. Lubricus est enim apud Reges primus locus. Fe runt Comitem cognito Eyzingeri discessu laudasse hominem, qui fortunæ ludibrio se subtraxerat: Vsurum optimo consilio, si Curiales procellas perpetuo declinauerit: Nam & sibi ipsi Curia mores non placere, fluxa incertaq; omnia esse, omnibus horis instare pericula, acceptam superiori anno ignominiam menti suæ semper habere, semper ante oculos esse turpem eiectionem, contumeliosum exitium, probrosa verba: Deo gratias agere, qui sibi pristinum statum reddiderit, satisfactum esse honori suo, nec plura cupere: mansurum tam diu apud Regem, donec eiectionis infamiam gloriosi reditus rumor extringat: Regis amicitiam & populares aures malle se dimittere, quàm perdere. Comes hæc non tam fecit fortiter, quàm dicitur: retinent amici, implicat gloria cupido, obstat inimicorum metus: semper est quod procrastinare compellit: Facilius famosum in Asia Gordij nodum quis soluerit, quàm potentis regniq; blanditijs sese explicauerit.

cap. 63.

Ex arce Aldenburgensi rapiuntur die solstitiali æstiuo Ernestus & Albertus filij Saxonie Principis Friderici, à Conrado Kaufungo qui propterea capite truncatus est 14 Iul. Fabric. Ebe. Quod Syluius aliquantò prolixius describens inquit:

inquit: *Cunradus Kaufung nobili loco apud Saxones natus, bellica rei peritus, manu promptus & animo imperterritus, cum se patria pulsum, & paterna hereditate priuatum per iniuriam Friderici Saxonie Ducis existimaret, scelus incredibile nostra atate perpetravit. In arce Altenburg duo Friderici filij Ernestus & Albertus educabantur: Huc Cunradus intempesta nocte magnis itineribus cum paucis Comitibus contendit, & ad motis scalis prodente pedagogo arcem ingressus, dormientes adolescentulos in cubili comprehendit: Interminatusq; mortem, si vocem emitterent, funibus colligatos extraxit, haud dubius quin productos in Boemiam magno pretio venderet, suaspq; contumelias eo pacto magnifice vltus videretur. Iam Syluam Herciniam ingressus erat, iamq; periculum omne transmissum putabat, cum iunior Albertus labore ac fame deficiens, quietem simul & cibum poposcit. Cuius precibus commotus prado ad Carbonarium quendam diuertit, afferrig, panem ac cereuisiam iussit. Interea apud Altemburgum cognita tanta rei nouitate clamor exoritur. Attoniti oppidani raptim arma capessunt, & preciosam vendicaturi praedam precipiti cursu praedonis vestigia insectantur. Syluam ingressis fortuna blanditur, quae inter multos tramites eum teneri iussit, qui recta duxit ad carbonarium. Ibi Cunradus dum puero cibum ministrat, ex improviso capitur, & oblatu principi, audacissimi sceleris capite pœnas soluit. Fridericus eodem penè nuncio, quo captos atq; abductos filios audiuerat, recuperatos & domum reductos didicit.*

Obiter hic inferemus, quod de hoc Friderico Electore Saxonie totidè verbis commemorat Fabricius: Cum Fridericus Antistiti Magdeburgico, è Comitibus Beichlingy nato, bellum factururus esset, exploratorem miserat, qui de apparatu & consilijs eius cognosceret: is renunciabat, nihil bello oportunum parari, nec vllum conscribi militem: Antistitem praterca dixisse, causam se commissurum Deo, qui pro se arma sit sumpturus. Quod ut Elector audiuit. Alius, inquit, insaniat, vt bellum inferat ei, qui confidit se Deum defensore habiturum. Laudandus antistes, qui Dei patrocinio fides est: laudandus princeps, qui Deum veritus, arma deposuit.

JOHANNES Marchio Brandeb. Elector IIII, nascitur. Geneal.

JOHANNES Capnio (Reuchlin) nascitur 28 Decemb. Hic primus ferè literas Ebraicas & Græcas in Germaniam, socias iungente operas Rodulpho Agricola, importauit & magna felicitate propagauit.

Mahometes Belgradum, quam Albam Græcam vocant, cum exercitu 150000 hominum cingit & machinis stupende magnitudinis murum sine intermissione verberat & diruit. Turcæ per muri ruinas ingressi atrox cum Christianis prælum interunt. Capistranus Minorita ex alta turri clamitans, Christianos hortari, vexillum crucis vibrare, opem de cælo promittere, hostibus maledicere, Dei presentiam implorare: Huniades modo huc, modo illuc cum globo militum currere, ordines instaurare, pro fessis validos, pro saucijs integros sufficere, Imperatoris ac militis officium exequi. Pugnatum est viring, vi summa: modo nostri, modo Turcæ pedem referre. Postremo Christiana virtute hostes repulsi oppidum fæda fuga reliquere. Quidam supra quadraginta millia, nonnulli 20 millia perisse tradiderunt. Sequenti nocte Mahometes incensis castris cum toto exercitu trepidus abiit, nec tam audax & superbus venerat, quam timidus demissusq; fugam arripuit. Traditum est oculum eius hasta esse traiectum, idq; vulnus pralio & obsidioni finem dedisse. Victoribus ea tantum præda relictæ est, qua non potuit igne absumi, tormenta scil. anea, arietes ferro graues & ingens vis machinarum. Huic pugna interfuerunt Huniades & Capistranus, & vterq; rem gestam scripsit, neq; alterius mentionem fecit: Alteruter solidam rei gestæ laudem sibi usurpauit: De quo ita Syluius exclamat: Ingens dulcedo gloriæ: facilius contemnenda dicitur, quam contemnitur. Superauerat Capistranus seculi

1456

pompas, calcaverat auaritiam, libidinem subegerat: gloriam contemnere non potuit: Nemo est tam sanctus, qui dulcedine glorie non capiatur. Facilius regna viri excellentes quam gloriam contemnunt. Hec Syluius Boem. cap. 65. Commissum est hoc praelium die 8. Sexti, id est 6 Augusti (alii 22 Iulij) Pontifex Romanus in memoriam tantae victoriae festum Transfigurationis CHRISTI quotannis sexto Augusti celebrandum instituit.

JOHANNES Huniades, qui vnus omnium arma Turcarum ab Vngaria depulit, clarusq. victorias genti suae peperit, moritur 10 Septemb. Huius nominem vt tradit Syluius tam terrificum fuit Turcis, vt parentes liberis plorantibus silentium non aliter imperarent, quam Huniades presentiam minuitando. Cum egrotaret, noluit Dominicum corpus ad se deferri: sed in se in templum vehi, ibiq. post peccatorum confessionem, sacrosanctam Eucharistiam accepit, atq. paulo post inter Sacerdotum manus animam terrena fastidientem Deo reddidit. Bonfin. scribit, Huniadem Coruinum dictum a paterno pago, in quo natus sit, quig. adhuc suo tempore Coruinus dicatur.

Huniadis postremam pugnam & obitum antecessit Cometes.
Encomium Coruini habet Syl. cap. 67.

JOHANNES Capistranus in Vngaria mortuus est.

LADISLAO Rege Belgradum regresso, vt hastium cadanera, spolia, locumq. praelij confecti spectaret, Vlricus Cilia Comes, cuius caput erat a Rege secundum, quig. cum Huniade apertum odium gesserat, obruncatur a Ladislao Huniadis filio. Letatus fuerat Comes audita morte Huniadis, quasi iam sublato emulo solus cum Rege dominaturus esset. Verum non diu latatus est, vt qui paulo post & regnare & viuere desierit. Vnde Syluius: Coeca humanae mentis iudicia, saepe laeta pro tristibus, pro laetis tristitia ducunt: futuri dum se credidere defectos, in sublime rapti sunt: multos exilia claros fecere, & optata consecutis saepenumero exitio turpitudiniqu. fuerunt. Comiti multo salubrius fuerat Huniadem vixisse: qui Vngariam suae neci destinata clausisset. Nunc metu vacuus apud Albam interficitur, inde necem consecutus, vnde imperium sperauerat.

5427

LADISLAUS & Matthias, Huniadis filij, ob Comitum Cilia necem in iussu regio in carcerem rapiuntur, tertioq. die post, senior Ladislaus, Comitum percussor, agens an. atq. 24 in vrbe Buda ad supplicium ducitur, egregio corpore adolescens, flauis de more crinibus super humeros passis, reuinctis post tergum manibus, talarum aurea veste indutus, & eadem fortasse quam sibi paulo ante Rex donauerat, in publicum producit. Erecta ceruice, oculis hinc & illinc spectantibus impavidus atq. intrepidus ad supplicium pergit. Vbi ad locum ventum est, quo ceruix amputanda erat, iussus genua flectere, pauca prius pro sua excusatione locutus, carnifici paruit. Praeco cui damnatorum crimina publicare mos est: impetrato silentio, nihil aliud dixit: nisi, eo modo corrigi, qui Domino suo infideles essent. Carnifex religata Ladislai Comitis, ne collum impediret, iussus percutere, nutans titubansq. vix tandem quatuor ictibus candidam ceruicem abscidit: Frater eius Matthias in vinculis retentus est. Hec Syl. Boem. cap. 68. Est qui supplicium hoc ita describat: Ladislaus cum ter a licitore ictus in terram lapsus esset, rursus tamen sese quanquam ligatus & vulneratus erexit, & clara voce Deum inuocans eum testem suae innocentiae fecit. Quarto demum ictu caput ei praeciditur. Multa sunt in hoc exemplo digna & consideratione & deploratione. Videmus hic deletam esse memoriam beneficiorum Huniadis patris, in cuius filium crudelitas exercetur. Autor est Syluius Ladislaum Regem hoc sermone mortui Huniadis laudes praedicasse. Huniades Vngariam Christo, & mihi regnum seruaui: Christiani nominis hostes fudit, fugauit, perterruit, pacem Vngaris peperit, salutem cunctis fidelibus aperuit. Fortia eius facta etiam hostes

1457

hostes admirati sunt, & vitam & mortem eius posteritas consecrabit. Huius
Encornij recordatio debuisset Ladislai mentem admitiorem sententiam fle-
tere.

LADISLAUS Vngaria & Boemia Rex Alberti Imp. Posthumus filius & Si-
gismundi Imp. ex filia nepos, dum sponsam expectat Caroli Francorum Regis
filiam, in ipso nuptiarum apparatu Praga non sine veneni subministrati su-
spicione, moritur aetat. 18. die 22 Nouembris. Ostenderunt hunc fata tantum
veris. Rectè Syluius: O imbecilem humanæ naturæ conditionem:
O inanem mortalium gloriam, O cæcas hominum mentes: quid
iactamur? quid extollimur? quid est quod dignitates, opes, poten-
tiam tantoperè flagitamus, perpetuò his frui cui datum? Ladislaus
nobilissimus adolescens natus annos 18, in ipso flore, in ipso gloriæ
culmine, tot regnis, tot gentibus imperans, tot delitijs, totq; opibus
affluens, inter tot auxiliantium manus, intra 36 horas postquam æ-
grotare cœpit, extinctus est.

Academia Grippualdensis sumpsit initium 18 Octob. Beuther.

MATTHIAS filius Huniadis (aetat. 15) apud Budam gubernator Vngaria
eligitur 22 Ianuarij die S. Vincentij, cum adhuc in custodia apud Georgium
Podiebracium Boemia gubernatorem detineretur. Pro eius liberatione
Vngari 50 millia aureorum numerarunt. Praga verò Georgius Podiebra-
cius, declaratur Rex Boemia feria 5 ante Dominicam Oculi, quæ fuit 2 Mar-
tij. Vir in administrandis rebus bellicis prouidus, sed erroribus Hussiticis plu-
rimum deprauatus. Die autem Dominico post S. Georgij quæ fuit ultimo
April. (alijs 7 Maij) in Regem coronatus est. Mechow. Syluius his verbis
vitur: Matthias Huniadis filius ex Vienna ductus, qua die Rex Ladislaus obiit,
Pragam applicuit, atque in potestatem Podiebracij deuenit: nec multò post Rex
Vngaria designatus, magnis sponsonibus dimissus, è carcere volauit ad regnum.
Mira rerum mutatio: duo potentissima regna, eodem tempore, Rege orbata ex
nobilissimo atque altissimo sanguine ad mediocri generis homines peruenere.
Europ. cap. 1. Matthias 24 Ian. (alijs 22) inter 40 millia virorum qui me-
dio in Danubio tum glacie constricto, impatientes magni frigoris, electionis
exitum expectabant, Rex acclamatur. Nunc quisquis hæc legis (addit Syl-
uius) futura predicito. Singulare prorsus humane inconstantia documen-
tum ex duobus adolescentulis, ætate moribusq; penè paribus, alter Ladislaus
Rex ex regio solio dum nouæ nuptiæ thalamum exornat, defertur ad iun-
tum: alter dum capitalem sententiam expectat trepidus, ex carcere rotatur
ad regnum. Mirabile quod matrem repentina leticia non exanimauerat, cum
tot claudibus afflictæ prius Regem appellatum audierit filium, quam vinculis
exemptum.

Eodem anno Alphonsus Aragonum & Sicilia Rex (qui à rerum gestarum gloria
& intrepida constantia Magnanimi cognomen tulit) anno aetat. 65. obiit.
(à morte Iulij Caf. 1500: ante mortem Caroli V. Imp. 100) regni Sicilia &
Aragonia 42: Neapolitani 16, de quo Syluius: Dum hæc scribo, inquit, Al-
phonsi Regis Aragonum, cui præsentem historiam dedicaueram, mihi acerbis-
simus nunciatus est obitus qui 27 Iunij (alijs 1. Iulij) clausisse oculos traditur.
Hic est Alphonsus ille, cuius memorabilia dicta collegit Aeneas Syluius, quorum
commemoratione claudit Erasmus Apophtegmata sua, ex quibus & hæc sunt:
Eos ciues habeo carissimos, qui magis pro me, quam me metuunt.
Item: Si sibi contigisset nasci temporibus veterum Romanorum,
se constructurum fuisse contra Curiam templum Ioui positorio, in
quo Senatores priusquam in Senatum venirent, odium, amorem ac
priuatos affectus omnes deponerent: Item: Ita demum matrimonium
tranquille citraquerimonias exigi posse, si maritus furdus fieret,
vxor cæca. Idem: Consulentibus legatis Matriciensibus, vtri iu-
beret ipsos gratificari: Nicolao ne Picinino, an Francisco Sfortiæ:

ribus iussit renunciari, voluisse se illos commonefacere, bella sic geri debere, ut petatur hostis, non innocens turba agricolarum fame necetur, quorum segetes ipsi contra iura belli crudeliter vastassent, & frumentum iam importatum succensis pagis corrupissent: Eosdem tamen postea grandi redemptos pecunia dimisit. Ebe.

L A O N I C V S Chalcondyles Atheniensis historiam suam de origine ac rebus gestis Turcarum circa hunc annum terminat.

F R I D E R I C V S Imp. obsessus fuit in arce Viennensi à ciuibus, unde coactus fuit Imperator à Rege Boëmiæ Georgio Podiebracio auxilium petere. Boëmus Fridericum liberavit, arte usus, ut neq; periret neq; vinceret. Imperator ut gratus esset Georgio, creavit filios ipsius principes Monsterbergenses, quorum familia adhuc superstes est.

Ridiculum est, quod Cuspinianus narrat, Maximilianum puerum cum parentibus in arce clausum, matrem rogasse ut ei perdicem aliquando daret, postquam hordeo iam pluribus diebus vesceretur. *Quæ illachrymans: Utinam inquit, mi fili, panis nos non deficiat. Quidam verè Scholasticus indignè ferens Principum in ediam, quantum duobus tribusve aureis nummis ex volatilibus, perdicibus, capis & carnibus ferinis comparare potuit, succinctus ac siffarcinatus, superinducta longiori veste scholastica fossam arcis insiluit, & per cuniculum ingressus, Maximiliano hæc dona obtulit: Hunc deinceps Cesar liberalius perpetuo dilexit ac fuit.*

B L O N D V S Historicus celebris & multorum Pontificum Romanorum Secretarius, moritur Romæ 4 Junij, ætatis 71. Fend.

F R I D E R I C V S Elector Saxonie Conditor Academiae Wittebergensis nascitur 17 Ian. Quidam ab hoc anno inclusivè, supputarunt climactericos septenarios, quibus in domo Saxonica plerunq; aliquid mutationum accidisse observatum est. Eius rei hæc sunt exempla: Anno 1469, natus est Ioannes Dux Saxonie Elector, Friderici frater. 1483 Nascitur Lutherus. 1497 Nascitur Melanthon. 1504 Primus annus ætatis Ioannis Friderici completur, & Philippus Langraviius Hassiæ nascitur. 1511 Lutherus vrbe Roma Vittebergam reuersus. 1518 Mutatio religionis in Saxoniam. 1525 Obijt Fridericus Elector. 1532 Obijt Ioannes, Friderici frater. 1539 Obijt Henricus Mauritijs & Augusti Electorum parens. 1546 Obijt Lutherus & exarsit bellum Saxonicum aduersus Carolum V. 1553 Obijt Mauritius Elector, succedente ei fratre Augusto. 1560 Obijt Melanthon. 1567 Gotha capta. 1574 Ioachimus Camerarius obijt. Hæc ita accidisse certum est: sed futura ex his extruere incertum ac superstitiosum: si quid experientia dictauerit, de eo demum adseueremus, futurorum scientiam, dispositionem aut dispensationem soli Deo piè tribuentes & commendantes.

I O A N N E S Picus Comes Mirandulæ & Concordiæ Dominus, vir diuino ingenio, nascitur 24 Februarij.

I O A N N E S Virdungus de Hasfort Mathematicus nascitur 14 Martij. Garc.

A condito templo Salomonis huc vsq; anni 2500, id est, 50 Iubilæi, à morte Ottonis Magni 490.

F R I D E R I C V S Imp. Vngaris peitentibus restituit Vngarici regni Coronam, quæ penes ipsum fuerat an. 24. *Itaq; Matthias Coruinus ea coronatur anno regni sui 6: die Cæna Domini, vel ut alij, die Paschatis. Vngar. Chron. cap. 136. Bonfin.*

A E N E A S Syluius aliàs Pius II. Papa, moritur circa 14, vel 15 Augusti, cum vixisset annos 58, menses 9, dies 27, Plat. Eius quædam sententias recitat Platina; Litigatores dicebat esse aues; forum,

aream: iudicem, rete: patronos, aucupes. Vinum quod mentem excitet, non quod obruat, sumendum. Hostem in se nutrire, qui nimis filio ignoscit. Dignitatibus homines dando, non dignitates hominibus. Qui multos regit, à multis regatur oportet. Regem qui nulli fidit, inutilem esse: nec meliorem qui omnibus credit. Ut in mare flumina omnia, sic vitia in magnas aulas fluere. Lubricum esse primum apud Reges locum. In rebus diuinis non qua ratione probetur, sed à quo dicatur animaduertendum. Plebeis argenti, nobiles auri, principibus gemmarum loco literas esse debere, &c. Hic Æneas Syluius cum quædam suppressisset ac damnasset Pontifex, quæ priuatus scripserat, hoc scommate à quodam notatus est: Quod Æneas probauit, Pius damnauit.

NICOLAUS CVSANVS Cardinalis, moritur 11. Augusti, ætat: 63. Tritth.

ANGELVS de Aretio Iurisc. moritur. Freymo.

FRIDERICVS II. Elector Saxonie moritur Lipsie 7 Septemb. at. 53. gubernationis 36, sepultus Misna in templo Cathedrali, successit in Electoratus dignitate Ernestus filius, pater Friderici sapientis. Fabri. (Eber. ad præced.)

Ab hoc anno initium sumit historia Philippi Cominai de rebus Ludouici XI. Galliarum Regis, & Caroli Burgundie Ducis.

5435

LVDOVICVS XI. regnare cepit in Gallijs anno 1461, regnavit an. 23.

LAVRENTIUS VALLA Romanus Alphonli Regis Secretarius, optimè meritis de lingua Latina obiit Romæ Cal. Augusti ætat. 50: sepultus in Laterano ubi fuit Canonicus. Hic omnes ferme Latinos Scriptores reprehendit: vni Quintiliano assurrexit. In hunc seuerum censorem scriptorum Latinorum iam mortuum ita quidam Iulit, teste Tritthemio:

Nunc postquam manes defunctus Valla petiuit,
Non audet Pluto verba Latina loqui.
Iupiter hunc cœli dignatus honore fuisset
Censorem linguæ sed timet ipse suæ.

5436

GEORGIUS Castriotus ob virtutem dictus Scanderbegus, Epirotarum Princeps, qui Turcicam rabiem à vastatione Epiri & Vngarie annos 24 arcuerat, obiit an. ætatis 63: à Morte Philippi Macedonis & Regno Alexandri Magni 1800.

ERASMVS ROTERODAMVS nascitur die Simonis & Iudæ 28 Octob. Alj ad præced. Sed Cardanus ad seq. Nos exilius scriptis annum inter hos duos medium collegimus. Est annus à captiuitate Babylonica 2000. Erasmus rudimenta Lingue Latinæ & Græcæ didicit Dauentrix in Schola Alexandri Hegij, qui cum aliquando Rodolpho Agricolæ Scholasticorum scripta monstrasset, prætulit Rodolphus Erasmicum scriptum cæteris, propter inuentionis acumen, orationis puritatem & figuras aptè ceu flosculos interspersos, eoq; adeo delectatus est, vt accersito ad se Erasmo dixerit: Tu eris olim magnus: vel vt alius quidam reddidit: Tu nisi si me fallant omnia magnus eris.

Pax inter Polonos & Cruciferos in Prussia Thuronia facta 19 Octob. ea conditione, vt Magister Ordinis cum suis cruciferis semper sint in fide & clientela Regum Polonorum, idq; solenni iuramento confirmatum est. Hoc modo Prussia ab imperio auulsa, Polonia coniuncta est. Chron. Polon.

5437

SIGISMVNDVS I. Rex Polonia nascitur 1. Ianua.

5438

PAVLVS III. PP. nascitur 28. Febr. Cardan.

Leodium vrbs à Caroli Burgundie Ducis exercitu captum, direptum, incensum atq; vas

1439 aq. vastatum est, & sexcenti infantes orbatæ matribus & nutricibus in Mo-
 sa fluuio submersi sunt, die 30 Octob. Comineus: Gaguin. Naucl. Vrsp. 1469
FRIDERICVS Imp. religionis gratia media hyeme Italiam ingressus paruo
 Comitatu Romam contendit (vt loquitur Cranzius) nemini formidabilis,
 paucis etiam fortè venerabilis. Peregrinum Romipetam Itali transire sine-
 bant, si non irridebant, excepit eum Paulus Pontifex perbenigne pridie na-
 talis Christi. Cranz. Volaterranus scribit se quoq; interfuisse huic cœtui
 patrum & ciuium Roman. à quibus Fridericus exceptus sit prima Vigilia no-
 ctis natalem Dominicum precedentis, factibus noctem vincentibus.
 1440 **JOHANNES** Elector Saxonie nascitur 29 Iunij.
 Mahometes occupata Eubæa Insula, quam Veneti tunc tenebant, Metropolim
 illius Chalcidem solo equauit, crudelissime interfectis omnibus virisq; se-
 xus, &c. Drechs. Naucl.
PETRVS BEMBVVS Cardinalis natus 20 Mañ. Cardan.
BILIBALDVVS Pirckamer Noriberg. nascitur 4 Decemb. Garc. 1470
 Historia Platinæ terminatur morte Pauli II. cui successit Xystus IIII,
 qui primus Maiestati Pontificæ quæ antea religione tantum coleba-
 tur, arma quoq; & terrorem addidit. 1471
FRIDERICVS II. Elector Marchio Brandeb. obiit 10 Februarij. Hic pri-
 mus scripsit se Stetini & Pomeranie Ducem. Successit ei frater Albertus, co-
 gnomeno Achilles Germanicus. Inst.
GEORGIVS Podiebracius Rex Boemia moritur ex hydrope 22 Martij, cuius
 obitum antecessit mors Rochezanæ Hufsitici presbyteri diebus 15, post
 Podiebracium Vladislavus Casimiri Regis Polonia primogenitus creatur Rex
 Boemia feria 2 post Vrbanæ, die Luna, 27 Mañ.
VLADISLAVS Praga coronatus est 25 Augusti. Mechou.
GEORGIVS Dux Saxonie nascitur 27 (aliq; 26) Augusti.
ALBERTVS DVRE RVVS pictor nascitur 20 Mañ. Cardan.
DIONYSIVS Rikel Carthusianus, cuius extant Scholia in tex-
 tum Bibliorum obiit 12 Martij. Dionysius hic (Tritthemij verba
 recito) tot ac tanta scripsit, vt numero opusculorum, præter Au-
 gustinum, apud Latinos parem habuerit neminem. Contemplatio-
 ni & orationi cum tanto feruore instabat, vt eum nil scribere potuis-
 se vnquam putares: Rursum in scribendo ac legendo tam sedulus
 erat, vt nec orare, nec contemplari eum posse vnquam æstimares.
 Erat parcissimi somni: cibi & potus abstinentia admirabilis, qui die
 ac nocte in lege Domini meditari dulce iudicabat: semper autem
 scribens aliquid vtile, aut legens: ita vt & lectionem oratio sæpè in-
 terrumperet; & orationem lectio sacra frequenter exciperet. Trit-
 themius. 1472
BESSARION natione Græcus Constantinopolitanus moritur
 18 Nouemb. Hunc virum ob excellentem eruditionem & vtriusq;
 linguæ facundiam Eugenius PP. in ordinem Cardinalium ascie-
 rat, eiusq; domus Romæ instar Academiæ studiosis omnibus patuit.
 Tantillum tempus exactum est, ex quo Romæ vixerunt primarij
 Episcoporum, qui Græcis atq; aded Asiaticis Ecclesijs præfuerunt,
 non quidem titulo tenus, sed re ipsa tales & doctrina, grauitate ac
 pietate maximis Ecclesijs per Græciam digni. Fuit Bessarion vir
 spectatissimæ probitatis, doctrinæ & grauitatis; apud quem Græci
 multi arma Turcica fugientes certissimum salutis portum inuenie-
 runt. Ei familiares fuerunt: Trapezuntius, Gaza, Argyropylus,
 Gemistus Plethon, Philolphus, Blondus, Leonhartus Aretinus,
 Pogius, Valla, Perottus Episcopus Sipontinus (autor Cornuco-
 piæ), Campanus, Platina & aliij.

- Ingolstadiensis Academia fundata dicitur: alij 1420. Iust.
Hoc tempore in Italia floruerunt, Rupertus de Lycio Franciscanus,
qui Romæ fuit concionator: Pomponius Lætus, & Domitius Cal-
derinus. De Pomponio ridiculè refert Ludouicus Viues, eum adeò
deditum fuisse linguæ Romanæ, vt Græcam non ausus sit attinge-
re, ne qua peregrinitate contaminaret Latinam. Tantus fuit admi-
rator Romanæ vetustatis, vt Christiano Petri nomine reiecto, se di-
xerit Pomponium: celebrabat natalem vrbis, & colebat Romu-
lum, scq; Dictatorem nominabat. Quoties marmor aliquod vetus
effodiebatur ex vrbis ruinis, illachrymabat: rogatus cur id faceret:
Admonitu, inquit, *temporum meliorum ploro*. Domitius verò Calderi-
nus ne Missam quidem volebat audire, & cum ab amicis ad eam du-
ceretur, dixisse fertur: *Eamus ad communem errorem*. Hæc Viues.
- 5443 IOHANNES Capnio (Reuchlinus) scribit se hoc anno Parisijs
didicisse Græcam linguam ex discipulis Gregorij Tiphernatis. Hic
postea ferè primus græcas literas in Germaniam intulit.
HENRICKVS Dux Saxonia, pater Maurij & Augusti Electorum, nascitur
16 Martij.
- 5445 NICOLAUS Copernicus, Mathematicus insignis, nascitur 19
Februa.
- 5445 XYSTVS IIII. Iubilæum ex 50 anno ad 25 contraxit & redu-
xit, ac celebrauit hoc anno Iubilæum Pontificium quintum. Idem
festum Conceptionis Mariz confirmauit.
*Ingens agmen locustarum per uagatum est Vngariam, Morauiam, Poloniam &
Silesiam, adeo vt densitate conspectum Solis adimerent & examina in longi-
tudinem & latitudinem 1½ milliaria extenderent 31 Martij. Cromer.*
- 5446 LEO X. Papa nascitur 9 Decemb. Carda. Panuin. 11 Decemb.
FRIDERICKVS Bauariæ Dux Comes Palatinus Rheni Elector moritur 12
Decemb. sepultus Heidelbergæ: cuius Sarcophago inscriptum est. Frideri-
cus, &c, salus patriæ, prædonum fulmen, tres illustres hostes vicit,
Principatum auxit, & piè viuis excessit. *Wimpfeling*. fuit eius vice
socio virtus, gloria mortis Comes.
- 5447 CAROLVS Audax seu bellator, Burgundiæ Dux potentissimus Caroli V. Imp.
proauns post varia bella, intra octennium plerumq; feliciter à se gesta, tan-
dem ab Eluetijs gemina clade, breui admodum tempore affectus, etiam à Re-
nato Lotharingiæ Duce, eiusdemq; copijs auxiliaribus apud Germanos & Elue-
tios conquisitis, ad Nansium oppidum exercitu suo partim caso, partim in
fugam verso, superatus in acie, misere occubuit s Ianua. aet. 44. Corpus de-
mortui Principis postridie repertum, è glacie, qua totum illud astrinxerat,
euulsam, & in oppido iuxta Principum monumenta satis honorificè sepultum
est. De hoc Carolo ita Philippus Cominaus, qui ei familiaris fuit: Hic, in-
quit, est exitus potentissimi Principis, quo maiorem ad vicinos Reges atq; populos
autoritatem nemo habuit. Qua potissimum re Deum in se vehementius concita-
rit, non facile dixerim, nisi quod omnem, qua fruebatur, felicitatem à suo pende-
re putabat ingenio & virtute. Præditus erat sanè multis eximijs dotibus: operam
dabat, vt homines excellenti virtute familiares haberet: multis cupiebat bene fa-
cere: suorum negotia & controuersias cognoscebat ipse, & liberaliter eos audie-
bat. Quam diu cum eo vixi, ingenio erat satis placido: postea verò crudelior eua-
sit, quæ quidem res indubitatum erat signum futuri occasus. In cultu corporis &
vestium luxu alijsq; rebus omnibus propè nimius erat: cupidissimus erat gloriæ,
eacq; fuit præcipua causa, cur bella susciperet. Hoc enim spectabat inprimis, vt, sic-
ut præci quidam heroes, celebraretur. Animi magnitudine & robore & audacia
nulli cedeabat. Non facile dixerim, illi ne Deus, an ipsius populo magis fuerit ira-
tus. Interfectus enim ipse fuit temporis ferè puncto, sine vilo maiori cruciatu: sed
eius præuincæ ab eo tempore perpetuis bellis diuexantur, &c. Hic fuit exitus
gloriæ & Maiestatis Ducum domus Burgundiæ, quorum hic Carolus fuit postremus.
Acadez

Academia Tubingensis constituta ab Eberhardo Duce Wirteber-

genfi.

De hoc Eberhardo id quoque refertur: In conuentu WORMATIENSI, cum Saxonix Duces vocassent ad Ccenam Duces Bauarix, Palatinos & ipsum, & singuli suarum regionum ornamenta predicarent, alij venas metallicas, alij vrbes, alij frumenta & vinum: sedit tacitus auditor Eberhardus, Ibi tandem Albertus Saxonix Dux, Cur non iuramus etiam Ducem Wirtebergensem de sua patria loqui? Respondit hic modestè, Scio, vestras familias potentia, autoritate & opibus antecellere, nec vobiscum certare possum, sed contentus sum meo, & scio me Deo gratitudinem debere. At vnum hoc predicare me posse existimo, Securus in medio æstu in campo & solus in gremio cuiuslibet meorum ciuium dormire possum: quid significaret non obscurum erat.

IOHANNES Regiomontanus Mathematicus Romæ obiit ætat. 41. alij ad præced.

ALEXANDER de Imola LL. Doctor moritur. Fend.

Paulus de Castro Iurisconsultus moritur Paduæ.

HERMANNVS Episcopus Coloniensis Elector nascitur 13 Ianua. Ebe.

Johannes Schonerus Mathematicus nascitur 16 Ian. Ebe.

MAXIMILIANVS Friderici Imp. filius Mariam Caroli Ducis Burgundiam defuncti filiam & heredem in matrimonium vna cum regno Burgundie accepit. Volat.

1478 Johannes Keisersberg factus est Concionator in templo Argentinenfi. Paralip. Vrsp.

Theodorus Gaza Thessalonicensis, græce latineq; doctissimus, qui lib: Aristotelis de Animalibus magna cum laude vertit, obiit Romæ.

PHILIPPVS Rex Hispanie, pater Caroli V. Imp. nascitur 23 Iunij. ab obiitu Alexandri Magni 1800.

1479 LVDOVICVS Palatinus Rheni Elector nascitur 2 Iulij.

IOHANNES Wesselus Groningensis, Concionator Wormatiensis, damnatur ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis Moguntix, quod de Indulgentijs, Ieiunio & alijs articulis quædam à communi sententia eius temporis aliena docuisset.

1480 IVBILÆVS 109. Mosi 59: predicat. CHRISTI 29.

Turci magno exercitu obsederunt Rhodum: sed eodem anno discedentes à Rhodis Hydruntum ceperunt, interfectis Christianorum plus quam 12000. salutem 22 fuga elapsis. Tritth. lib. de Spiritibus.

RODOLPHVS Agricola die 3 Febru. absoluit de Inuentione Dialectica libros lectu dignissimos.

Capnio Grammaticam græcam à se scriptam titulo *μυσογραφειας* publice prælegit Pictauij. Præfa. gram. Ebr.

FRIDERICVS II. Dux Lignicensis Friderici & Georgij parens nascitur 12 Febru.

1481 Duglossus Polonicus historiographus moritur 29 Maij. Mechou.

MAHOMETES II. Imp. Turcicus qui Constantinopolim cepit extinguitur Colicis doloribus in castris 3 Maij, à capta Constantinopoli an. 28. successit primogenitus eius Baiazetes.

FRANCISCVS Philelphus Bononix obiit propemodum nonagenarius & adeo pauper, vt ad funus efferendum & cubiculi & culinæ instrumenta venierint.

PLATINA qui Pontif. Rom. vitas scripsit, Romæ peste mortuus. Tritth.

Hoc

Hoc anno nati sunt:

- I. CHRISTIERNVS Rex Daniæ 2 Iulij. Eb. alij 1 Iul.
- II. CASIMIRVS Marchio Brandeb. 27 Septemb.
- III. FRANCISCVS à Sickingen 2 Martij.
- III. HIERONYMVVS Schurff LL. Doctor 12 April.
- V. WOLFGANGVS Capito Ecclesiæ Argentinenfis Minister.

Capnio ornatur titulo Doctoris Iuris, Pictaviæ.

5452

MARIA Maximiliani Imp. coniunx, & Caroli V. Imp. auia, equo lapsa 2 Martij, cum fracto femore omnem tractationem loci affecti per verecundiam refugeret, post aliquot dies obiit, anno quinto post tristem patris Caroli interitum, relicto filio Philippo quadrimo & filia Margarita.

Hoc anno nati sunt:

- I. IOHANNES Hausfschein dictus Oecolampadius, Minister Ecclesiæ Basiliensis, in oppido Winsperg.
- II. GEORGIVS Spalatinus Theologus.

5453

Mortuo Ludouico XI. Regi Francorum successit Carolus VIII, quem pater noluit plus Latini sermonis discere, quam illa quinq; verba: Qui nescit discere mulare, nescit regnare.

IOHANNES Tritthemius designatur Abbas Spanheimensis 29 Iulij, ibiq; commoratur vsq; ad annum 1505.

MARTINVS LVTHERVS qui primus mutationem doctrinæ in Ecclesia nostro sæculo instituit, nascitur patre Iohanne & Margareta matre, Islebñ, 10 Nouemb. paulo ante mediam noctem, cum postridie dies Martini incideret in diem Martis.

Nicolaus Ambsdorffius Theologus nascitur 3 Decemb.

5454

Iohannes Lichtenbergius describit insignem coniunctionem Planetarum Saturni & Iouis quæ hoc anno die 25 Nouemb. horis 6: minutis 4, post meridiem transactis acciderit, in Scorpione.

Nati sunt hoc anno:

- I. IOACHIMVS I. Marchio Brandeb. Elector V. 21 Feb.
- II. GEORGIVS Marchio Brandeb. Onolsbachij 4 Martij.
- III. B. Paulus Speratus Theol. 13 Decemb.

Hoc tempore in Italia floruerunt Antonius Sabellicus celebris Historiographus, Marsilius Ficinus qui Platonem vertit, Hermolaus Barbarus, Iohannes Picus Mirandulanus, Aldus Manutius & Angelus Politianus: Item Nicolaus Eremita Helueticus, summa abstinentia, spirituq; prophetico coruscans.

Est annus ab exitu ex Ægypto 3000.

5455

Vienna vrbs à Matthia Rege Vngariæ, fame execrabili expugnata, sese dedit Matihæ Cal. Iun. cum modius vnus farine venderetur 107 florenis. Bonif. Vng. Chron. Ebe. 2 Iun.

Hoc anno die 28 Octob. ætatis circiter 42 expletis, obiit Rodulphus Agricola Groningensis, natione Frisius, Iohannis Dalburgij Episcopi Wormatiensis præceptor: sepultus Heidelbergæ apud Franciscanos, cui Hermolaus Barbarus hoc scripsit Epitaphium:

Fruida clauserunt hoc marmore fata Rodulphum

Agricolam, Frisij spemq; decusq; soli.

Scilicet hoc vno meruit Germania, quidquid

Laudis habet Latium, Græcia quicquid habet.

Iouius ita eum celebrat: Hausisti Rodulphe Ebraicas Græcæq; literas adeo stupenda celeritate, vt nequaquam Groningæ in Frisia, sed Ierosolymis ac Athenis natus & educatus credereris: Latinas vero tanta felicitate didicisti ac docuisti, vt exacta puritas ac nobilis illa eloquens

eloquentiæ Romanæ vbertas in Oceani littore quærenda videatur.
Vivent profectò in admirantium manibus tua illa in Dialecticis &
Rhetoricis præcepta, & diuini ingenij carmina, &c: *Wimpfelingus*
refert ad annum seq.

Hoc anno nati sunt:

- I. Iohannes Bugenhagenus Pomeranus Theologus 24 Iunij.
- II. Beatus Rhenanus Seletstadiensis cuius multa reliqua sunt opera, quibus autores bonos illustrauit.
- III. Bartholemæus Latomus Iuriconsultus natione Belga, cuius scripta contra Bucerum extant.

1486

1486

MAXIMILIANVS *Friderici Imp. filius die 16 Febr. electus in Regem Romanorum Francofurti: Coronatur in urbe Aquensi 10 Aprilis. Partitio prouincia Saxonica & Misnia transacta inter Ernestum & Albertum fratres: Duces Saxon. Eodem anno obiit Elector Saxonia Ernestus 26 Augusti, aet. 46, Successit filius Fridericus aetatis anno 24: qui dignitatem Electoris Saxon: gessit an. 39.*

ALBERTVS dictus Achilles Germanicus Marchio Brandeb. Elector III, moritur 11 Martij, aet. 72, Francofurti in ipsis Comitibus, relicto successore filio Iohanne Electore IIII: Sepultus apud Heilprunnam Franconia. Huius Alberti Elogium in Europa sua reliquit Aeneas Syluius capit. 39. Hic Albertus à pueritia, inquit, educatus in armis, pluribus interfuit prælijs, quam alij sui temporis duces: Militauit in Polonia, Silesia, Prussia, Boëmia: nullus in Germania terræ angulus, quem non calcarit armatus: duxit exercitus innumera-biles, prostrauit ferocissimos hostes, expugnauit munitissimas vrbes. In congressibus pugnam prior iniit, Victor à prælio excessit vltimus, in oppugnationibus oppidorum sæpe murum primus ascendit. Singulari certamine nunquam non strauit hostem: In militaribus ludis nunquam equo deiectus, cum ipse omnes in se currentes equo deturbauerit: Quibus ex rebus non iniuria Teutonicus Achilles appellatus est: in quo non solum militares artes & Imperatoriæ virtutes singulari quadam gratia reluxere, sed nobilitas quoq; generis, proceritas corporis ac vniuersitas, & virium robur, ac facundia linguæ, admirabilem eum ac penitus diuinum reddidere.

GEORGIVS Trapezuntius Romæ moritur Nonagenarius, qui in senecta literarum omnium oblitus dicitur.

Hoc anno nati sunt:

- I. Iohannes Eccius Theologus 13 Nouemb.
- II. Cornelius Agrippa, qui de vanitate scientiarum scripsit 14. Septemb.

1487

1487

MAXIMILIANVS *Cesar capitur à Brugensibus aet. 28, postea liberatus à patre.*

Hoc anno nati sunt:

- I. Carolus Dux Geldriæ 8 Nouemb.
- II. Vdalricus Dux Wirtebergensis 8 Febr.
- III. Galeacius Capella historicus Mediolanensis 7 Martij.

1488

1488

Bellum Glogouienense gestum, quo Matthias Rex Vngaria Iohannem Ducem Glogouiensem, ducatu exiit & expulit. Hic Dux Senatores Glogouia fame necauit, de quo Cureus. In castris Matthia fuerunt equites Rascij. Ideo hoc bellum à rustica plebe nominatum fuit Rascianum.

Hoc anno nati sunt:

- I. **EOBANVS** Hessus Poëta 5 Ianuarij. Camer. (Eb. 6. Ian.)
- II. **VLRICVS** Huttenus nobilis eques Francicus, Poëta: 21 Aprilis.
- III. **OSVALDVS** Myconius Theologus Basiliensis.
- IIII. **HENRICVS** Glareanus Helueticus Poëta Laureatus, quem multa eius opuscula clarum fecerunt.

Q NICA:

459

NICASIVS Iurifconsultus Coloniam venit, qui amisit oculorum lumen anno ætatis 4, & tamen ita feliciter versatus est in literis, ut factus sit Doctor LL. & Licentiatus Theologiæ. Prælegit Institutiones Iuris.

IOANNES Wesselus Frisius obiit Groningæ 4. Octob.
Hoc anno nati sunt:

- I. **HENRICVS** Dux Brunsvicensis, Julij parens, 10 Novembris. Sunt qui ad annum sequentem referant, & forte rectius.
- II. **CAROLVS** Bourbonius, qui in expugnatione proxima urbis Romæ, globo bombardæ ictus occubuit, 17 Februarij.
- III. **SEBASTIANVS** Munsterus in oppido **Ingelheim**: cuius extat versio Bibliorum, Grammatica Ebræa, Cosmographia, variaq; monumenta.

5460

MATTHIAS Rex Vngariæ Apoplexia correptus obiit Vienna 6 Aprilis, die Martis post Dominicam Palmarum ætat. 47, regni 33. Leones qui Buda detinebantur, omnes eodem die interiëre. Bonfin. Matthia in regno Vngariæ successit Vladislaus II. Rex Boëmorum, filius Casimiri Regis Polonia.

Hoc anno nati sunt:

- I. **ALBERTVS** Dux Prusis 17. Maij: alij 16.
- II. **ALBERTVS** Marchio Brandeb. Archiepiscopus Moguntinus 28 Junij.
- III. **IOANNES** Weipoda Transylvaniz, postea Rex Vngariæ 29. Martij.
- IIII. **FERDINANDVS** Dux Albanus, qui in Belgico belagessit, 25 Aprilis.
- V. **VALENTINVS** Trocedorffius Rector illustris Gymnasij Goltbergenfis.

5461

Hoc anno nati sunt:
I. **HENRICVS VIII.** Rex Angliæ, 27 (alij 28) Junij.
II. **MARTINVS** Bucerus Theologus Sletstadij.

5462

NICOLAUS de Creuzenach Theologus Viennæ obiit. Trithe.
LAVRENTIVS Medices Florentinus (Leonis X Pontificis Rom. parens) qui principatum in sua ciuitate obtinebat, vita functus est Florentiæ 8 Aprilis. Huius beatum ex hac vita excessum, egregie descripsit Politianus, Ep. 2. l. 4. Ex qua nunc delibabimus pauca lectorum ad integræ epistolæ inspectionem remittentes. Postrema eius precatio qua sacram Eucharistiam Laurentius sumens Christum supplex affatus est, hæc fuit: Tunc, inquit, mitissime IESV, tu nequisissimum hunc seruum tuum dignaris inuisere? At quid dixi seruum? Imo verò hostem potius, & quidem ingratisissimum, qui tantis abs te cumulatus beneficijs, nec tibi dicto vnquam audiens fuerim, & tuam toties Maiestatem læserim. Quod ego te per illam qua genus omne hominū complecteris, charitatem, qua te cælitus ad nos in terram deduxit, nostræq; humanitatis induit inuolucris: qua famem: qua sitim: qua frigus: æstum: labores: contumelias: flagella & verbera: qua postremò etiam mortem, crucemq; subire te compulit. Per hanc ego charitatem te salutifer IESV quaeso, obtestorq; auertas faciem à peccatis meis, non cum ante tribunal tuum constitero, quo me iamdudum citari planè sentio, non mea fraus, non culpa plectatur, sed tuæ crucis meritis condonetur. Valeat valent in causa mea sanguis ille tuus IESV preciosissimus, quem pro afferendis in libertatem hominibus, in aræ illa sublimi nostræ redemptionis effudisti. Paulo post ingreditur cubiculum Hieronymus Ferrariensis cælestis doctrinæ predicator egregius: iherogatur ut fidem teneat: Ille verò tenere se ait inconcussam. Deinde ut quam emendatissimè posthac viuere destinet: scilicet facturum obnixè respondit: Postremò, ut mortem si necesse sit æquo animo toleret. Nihil verò, inquit ille, iucundius, siquidem ita à Deo decretum sit, &c. Petrum filium monuit, virtutem modò & bonam mentem coleret, non defuturum cælitus patrociniū: Bene consulta bonos euentus paritura: & quoniam niam, inquit, ciuitas omnis corpus est (quod aiunt) multorum capitum, neq; mos geri singulis potest, memento in eiusmodi varietatibus id consilium sequi semper, quod esse quam boniss-

1489

1490

1491

1492

honestissimū intelliges, magisq; vniuersitatis quam seorsum cuiusq; rationem habeto, &c.
Ita expirauit vir ad omnia summa natus, & qui stantem, resstantemq; toties fortunam
vsq; adeo sit alterna uelificatione moderatus, ut nescias verum secundis rebus constantior,
an aduersis equior ac temperantior apparuerit. Ingenio uero tanto fuit, ut quibus in
singulis excellere alij magnum putant, ille vniuersis pariter emmeret. Lueratos homi-
nes magno studio complectebatur, multum honoris & reuerentia ijs exhibebat. Mul-
tum opera in conquirendis toto orbe terrarum lingua vtriusq; voluminibus posuit, im-
manesq; sumptus ea in re fecit. Hæc Politiānus.

Reliquit Laurentius tres liberos, qui omnes breui tempore & principatu & ciuitate
eiectione exulatum abierunt. Post annos uero 21 Ioannes Medices, Laurentij filius,
summum Pontificatum Romæ adeptus, dictus est Leo X. Perpetuam sanè memo-
tiam, literarum studiosi debent, Laurentio Medici, qui cum opibus & autoritate
polleret, post Nicolaum V. Pontificem Romanum, sua liberalitate linguarum &
artium instaurationem in Italia plurimum adiuuit, inuitatis ad se uiris doctis è Græ-
cia profugis. Vnde uelut ex celebri Emporio præclaras literarum merces in Ger-
maniam importarunt nostri homines, quorum primus fuit Rodolphus Agricola:
Proximus ab hoc Ioānes Capnio: Tertius MAGNVS ILLE ERASMVVS
ROTODAMVS. Cum hac literarum & studiorum instauratione totus
penè mundus renouari, & certarum opum accessione augeri ac ditari cœpit. Nam,
quod auditu mirum est, tam *εὐτυχος* ille (Dei beneficio) fuit hoc tempore, ut no-
uas & hæctenus reconditas quasdam Insulas nobis promeret, ditissimumq; earum
penu aperiret, felicem hunc noui orbis partem (ut ita dicamus) obstetricum in mo-
rem studio, industria & labore suo adiutantibus ac promouentibus uiris peregrina-
tionum audis, & ad subeunda sustinendaq; pericula impauido animo præditis: in-
ter quos facile princeps fuit Christophorus Columbus, qui hoc ipso anno à Rege
Hispaniæ nauibus instructus Calendis Septembris soluit ab ipsis littoribus, qua na-
uigatione multas Regiones & Insulas orbi hæctenus incognitas inuenit: quas po-
stea Rex Hispaniæ coli & frequentari iussit. *Ea de re ita Bemus hist. Veneta lib. 6:*
Columbus homo Ligur, ingenio peracri, qui multas emensus regiones multum maris &
Oceani perlustrauerat, tribus cum nauibus ad Insulas fortunatas, quas Canarias appel-
lant, profectus, atq; ab ijs tres & triginta totos dies occidentem secutus solem sex numero
Insulas reperit, quarum sunt duæ ingentis magnitudinis, quibus in Insula Luscinia No-
uembri mense canerent, homines nudi, ingenio miti, lintribus ex vno ligno factis uteren-
tur. Frumentum hi habent, quod Matzem appellant, multo quam nos, spica & culmo
grandioribus, arundineisq; folijs & plurimo ac rotundo grano, quod spica infixum mem-
brana pro aristis vestitur, quam quidem maturescens reyciat. Animalium quadrupe-
insularum genera habent per pauca: Auium uero longè plurima. Cum vno harum duarum
insularum Rege sedere inito Columbus 38 ex suis apud illum relictis (qui mores & ser-
monem gentis addiscerent, seq; breui redituro expectarent) decem ex Insularibus se-
cum ducens, in Hispaniam redijt. Hæc illorum itinerum origo, institutaq; ad incognitas
orbis terrarum oras nauigationis hoc initium fuit. Anno autem insequente, ut pollicitus
fuerat Columbus cum nauibus 17, & militibus & fabricis & commeatu omnis generis, ius-
su Regum eodem rediens, propter Soli bonitatem, magnitudinemq; Insula oppidum oport-
tuno loco condere, ac terram colere cœpit. Arborea frondibus nullo anni tempore spolia-
bantur, vna aut altera exceptis, quarum Hispani, præter pinum palmamq;, nobis cogni-
tam viderunt nullam. Insulares à suis dijs, quos Zemes appellant, eiusmodi responsa ac-
cepisse constat: Venturam eò indutam vestibus gentem, qua regionem subigeret, & ipso,
rum deos aboleret.

FERDINANDVS Rex cognomento Catholicus, partem Betica, quam Gra-
natam vocant, à Mauris septingentos octoginta annos occupatam, recepit &
recuperauit, pulsissq; Saracenis & Mahometica superstitione abolita, templa
Christiane religioni condidit, & de omni regno tandem cum magna nominis
gloria triumphauit: Vnde & Catholici cognomentum meruisse putatur. Ta-
raph. Vide lib. editum de expugnatione regni Granatæ.

CASIMIRVS Rex Polonia obiit 7 Iunij ætat. 64. Mechou.

Hoc anno nati sunt:

- I. WOLFGANGVS princeps Anhaltinus 26 Iulij.
- II. IOANNES Agricola Islebius Theolog. 20 Aprilis.
- III. ANDREAS Alciatus Iuriconsultus, 8 Maij. Cardan.
- FRIDERICVS III. Imp. moritur Lyntzj ætat. 78, die Luna post Assum-
ptionis

ptionis Marie 19 Augusti, quo etiam Caesar Augustus ante annos 1478 obierat: Fuit duobus annis maior Augusto, & ab eodem tribus in imperio annis superatus, quod hic annos 53, menses 4 dies totidem: Ille vero 56 annis regnavit. Sepultus Vienna in aede D. Stephani. Hunc imperatorem Sylvius in Europa sua cap. 22 his verbis predicat: Multa sunt in hoc Caesare, inquit, quae laudare possis: Corpus egregium, & species Imperatore digna, animus sedatus & tranquillus, ingenium perspicax, memoria tenacior, religionis ardens Zelus, ingens cupiditas pacis & otij. Singularem virtutem in quovis homine diligit, dignam praemio ducit, in rebus gerendis tardior ac remissior est. Tenacem plebique accusantur, & ad rem nimis attentum.

MAXIMILIANVS Imperavit an. 25. Mens. 5.

Hoc anno nati sunt:

I. IVSTVS Jonas Northufanus Theol. 5 Junij.

II. SIMON Grynaeus, de bonis literis bene meritus: cuius scripta sunt in medio.

5464

CAROLVS VIII. Gallia Rex, Regnum Neapolitanum occupat. Comin.

Hoc anno obierunt tria literarum lumina:

I. HERMOLAVS Barbarus Venetus Patriarcha Aquileiensis, aetatis 41: huius opera & auxilio (vt sonat eius Epitaphium) Latio pulsa est barbaries.

II. IOANNES Picus Mirandulae Comes, mense Nouemb. aetatis 32, eo die, quo Carolus VIII Francia Rex Florentiam ingressus est.

III. ANGELVS Politianus Florentiae, Septembri proximo ante Pici obitum.

Facere non possum, quin Ioannis Pici Mirandulae memoriam Scholasticis (quibus haec nostra ferè solùm desudat opera) commendem, recitatione aliquot versuum, quibus Mirandula suas ad Deum preces & pia vota expressit, Integrum Epigramma non adscribimus: Sed de versibus multis paucos excerptimus, vt hoc quasi Emblemate annus hic exornetur:

Premia qui vt meritis longè maiora rependis,
Supplicia admissis sic leuora malis.
Namq. tua est nostris maior clementia culpis,
Et dare non dignis res magè digna DEO est.
Quanquam sat digni: si quos dignatur amare,
Qui quos non dignos inuenit, ipse facit.
Culpa reos fecit: sed vincat gratia culpam:
Vt tuus in nostro crimine crescat honor.
O amor, o pietas nostris bene prouida rebus,
O bonitas serui facta ministra tui:
Da precor huic tanto, qui semper feruet, amori
Ardorem in nostris cordibus esse parem.
Da Sat ana imperium (cui tot seruisse per annos
Poenitet) excusso deposuisse iugo,
Da precor extingui vesana incendia mentis,
Et tuus in nostro pectore viuat amor.
Ut cum mortalis perfunctus munere vita
Ductus erit Dominum Spiritus ante suum,
Promissi regni felici sorte potitus,
Non Dominum, sed te sentiat esse Patrem.

Hoc anno nati sunt:

I. FRANCISCVS Rex Gallia 12 Septemb.

II. IOANNES Pfeffinger Theol: Lipsensis, 27 Decembris.

III. Ge

1465
III. **GEORGIUS** Agricola in oppido Misniae Glaucha: Philosophus & Medicus excellens, cuius etiam extant scripta de rebus Metallicis.

FRANCISCUS Guicciardinus historiam suam ab hoc anno exorsus perduxit ad annum 1532. magna cum eruditionis, sapientiae & fidei laude atque commendatione.

GABRIEL Biel Theologus doctissimus, & inter Sententiariorum Scriptores praecipuus in Tubingensi Academia obiit.

1495

Hoc anno nati sunt:

I. **IOANNES** Forsterus cuius Ebraicum Lexicon extat.

II. **ERHARTUS** Schnepfius, Theologus.

III. **SEBASTIANUS** Schertlin vir militaris, 17 Ianuarij.

EBERHARDUS Comes Wirtebergensis Dux creatur in primis Comitibus Maximiliani Wormatia die 21 Iunij.

Hic terminatur Chronicon Bonfinij de rebus Vngariae.

America inuenta, sortita nomen ab Americo Vesputio eius primo exploratore: Propter magnitudinem appellatur quarta pars orbis. E portu soluit 20 Maij ut ipse scribit.

1497

1467
Prima Comœdia, cuius autor fuit Reuchlinus, in Germania acta est 31 Ianuarij, in honorem Dalburgij Episcopi Wormatiensis; magna fuit acclamatio & gratulatio, quod Germanus Poeta tale quid scripsisset.

PHILIPPUS MELANTHON, vir de suis scriptis notissimus, nascitur in oppido Bretta die Iouis post Dominicam Inuocauit 16 Februarij.

WOLFGANGVS Musculus Dufanus nascitur 8 Septembris in oppido Dusa, in finibus Germaniae & Alsatiae; fuit monachus per 15 annos.

Hoc seculo floruerunt: Petrus Crinitus, qui de Poëtarum ætatibus scripsit, Politiani discipulus; Iacobus Bergomensis, qui supplementum Chronicorum scripsit, & usque ad annum 1486 deduxit; Sebastianus Brant, qui Germanica lingua vulgavit libellum quem appellauit Nauem Narragoniae, aut potius Nauem Stultorum, in quo causam & radicem omnis stulticiae eleganter exprimit, mores hominum carpit, & salutaria remedia vitiorum tradit. Tritth. Ioannes Manardus Medicus Ferrariensis; Baptista Mantuanus Monachus & Poeta; Iouianus Pontanus; Raphael Volaterranus; Iason Iurisconsultus; Ioannes Nauclerus; Gaguinus historicus; Ambrosius Calepinus; Philippus Beroaldus, &c.

1468
HIERONYMVS Sauonarola Ferrariensis, Dominicanus monachus, cum 9 April. acerbis quaestionum cruciatibus excarnificatus esset, iussu Alexandri VI Pontificis Romani, una cum duobus socijs, Ordinis Praedicatorum, Florentiae laqueo suffocatus & crematus est 23 Maij (alij 14 Iun.) ætatis 46. Hic inter metuendos carceris horrores & imminentis supplicij angustias scripsit meditationes in Psal. 51 & 31, verbis viuis (ita loquitur de eo Sixtus Senensis Bibliothecæ sanctæ autor) animatis sententijs & spiritus feruore flagrantissimis. Vaticinatus est de vastitate Florentiae, Romae & reformatione Ecclesiae, &c. A Ioanne Francisco Pico Miradulano & Marsilio Ficino defensus & tanquam Propheta celebratus. Philippus Cominæus lib. 3. de bello Neapol: recitat suum cum Sauonarola colloquium & vaticiniorum eius meminit. Item in fine libri 5 de Hieronymi extremo supplicio.

1498

ANDREAS Osiander Theol. nascitur 19 Decemb. Cardan.
BAPTISTA Mantuanus edidit Eclogas 23 Augusti. Præfat.
Volaterranus scribit, se hoc anno vidisse apud vada Volaterrana repertam &
in litore extinctam balenam, magnitudine æquantem 100 pedes & cuius
dorsi vertebræ 60 fuerint.

5469

Bellum Eluctiorum cum Maximiliano Imp. in quo facta est pax interfectis iam
ad 20000 hominum. Paralip. Vrsf.

JOHANNES Elector IIII. Marchio Brandenburgensis obiit: Successor Joachi-
mus I. Elector V.

Hoc anno nati sunt:

- I. HIERONYMVS Wellerus Theologus, die Iouis post
Ægidij, Fribergæ in Misinia.
- II. IOANNES Brentius 30 (alijs 24) Iunij.
- III. IVSTVS Menius 13 Decemb.
- IIII. IOANNES Carion Mathematicus 22 Martij.

5470

CAROLVS V. Imp. Philippi Regis Hispaniarum filius, nascitur Gandavi in
Flandria 24 Februarij die Mattheæ. A morte Salomonis 2500: à nato Ro-
mulo 2268: Cyro 2098: Alexandro Magno 1854: Iulio Cæs. 1598: Aus-
gusto 1561: Constantino Magno 1228: Carolo Magno 758: à Roma con-
gusta 2250: à Carolo Magno Rome coronato 700: à primo consulatu Theo-
dosij Magni 1120. Zenocarus scribit baptizatum esse Carolum die 7 Mar-
tij (ab eius natiuitate 13) & infanti apud baptisterium septem muneribus
nata fuisse: I. Philippus pater donauit Ducatum Lutzenburgensem. II.
Carolus à Croia Symacicus satrapa Argenteam galeam auro phœnice insigni-
tam & affabrè elaboratam. III. Bergenis Dynasta Aureum gladium.
IIII. Margareta Britannica Caroli Val: s; Burgundia Ducis vidua, infan-
tem vlnis suis batulans, poculum aureum lapillis preciosis plenum. V. Mar-
gareta Maximiliani Cæsaris filia, Philippi Hispanie Regis soror, infantis ami-
ta, pateram auream margaritis & untonibus refertissimam. VI. Gan-
dauū vrbs natalitia, nauim argenteam. VII. Abbates Vetus & Nouum
Testamentum cum hac inscriptione: Scrutamini scripturas. Zenocarus
in his more suo philosophatur, & significationes de futura infantis fortuna
considerans, Primum munus interpretatur de dignitate Cæsarea puero at-
tribuenda, eò quod ex domo Lutzenburgica celeberrimi Cæsares prodissent,
Carolus IIII, Sigismundus, &c: Secundum exponit præstantiam eius fore
omnibus admirabilem, vt Phœnicis, auis rarissima. Tertium gladium inspi-
cia vindicem Imperatori conuenientem. Quartum & Quintum Amplifi-
cas prouincias auri & margaritarum feracissimas puero obuenturas. Sex-
tum nauigationes prosperas in noui orbis Insulas argento & auro abundan-
tes. Septimum Curam religionis ac fidei tuenda Carolo demandatam esse.

REX Portugaliæ classem 12 nauium in Indiam expedit, que soluit illinc 9
Martij die Luna: Ea superauit Insulas Canarias 14 diebus, & 24 Aprilis
attigit Insulam, cuius Incole incedebant nudi, &c. Die 13 Septemb. perue-
nerunt ad urbem Calechut cum 7 tantum celocibus (nam ex classe perierant
4 tempestatibus obruta) cuius Regem muneribus missis honorarunt. Eius
hæc traditur descriptio: Thronum panno sericeo inumbrauerat, qui purpu-
râ presentabat: Ipse vero nudus conspiciebatur totus: Circumduxerat bom-
bicinum pannum candidissimum, eumq; subtilissimum, quem auro exornaue-
rant, in capite gerebat birretum aurei panni: Perforatas habebat aures, ing-
cis Adamantes & Sapphyri, unioneq; duo: In brachijs armillas aureas, à cu-
bito vsq; ad manum, distinctas lapidibus preciosis innumeris, eisdemq; incre-
dibilis valoris: Crura pariter exornabantur, & in digito pedis vernabat
lapis preciosus splendore incomparabili. Hac de re vide Aloysij Cadamusti
Nauigat. cap. 63 & 73. De eodem Volaterranus: Auspicij Emanuelis, in-
quit, Regis Lusitania, 12 nauibus emissis reperta est Insula noua & maxima,
quam

1499

1500

quam Sanctam Crucem nostri appellauere: In hac sunt homines Antropophagi: Calchuti portum attigerunt, sexto postquam domo discesserunt mense. Lusitani sex tantum saluis nauibus 16 mense quam discessere domum reuersi sunt.

BAIAZETES II. Turcicus Imp. Solymani auus Methonem, alias Modonam, urbem Peloponnesi munitissimam, quam tunc Veneti tenebant, post diuturnam obsidionem occupauit, Oppidanos ad unum omnes, Venetos pariter & Grecos, aliosq; nobilissimos in ciuitate viros, ad se pertractos, in conspectu suo mactari iussit, adificia maxima ex parte incendit, & ipsum Methonensium Episcopum, ita ut erat mitratus & sacra veste indutus, obruncavit 10 Augusti. Drechs. Mechon. Iouius.

ALBERTVS Dux Saxonie pater Ducum Georgij & Henrici, auus Mauritiij & Augusti Electorum moritur in expeditione contra Frisios, 12 Septemb. atq; 57. Sepultus Misna.

ALEXANDER VI. PP. hoc anno Romæ celebrauit octauum Iubilæum Pontificium, & anno sequenti per legatos suos in Germaniam atq; alias longinquas prouincias diplomata cum amplissimis Iubilæi indulgentijs misit, eaq; passim vendidit propter eos, qui Romam venire neglexerant, vel venire non potuerant. Volater.

Hoc anno nati sunt:

I. **IOACHIMVS** Camerarius vir de scriptis suis celebris & clarus, 12 Aprilis, Bambergæ.

II. **PETRVS** Martyr Vermilius Theologus, 8 Septembris.

III. **HENRICVS** Bullinger Theologus, Tigurinus.

Adagia Erasmi numero ferme 800 edita 15 Iunii, quæ minuta collectanea in sequenti tempore nouis accessionibus subinde aucta in tantum opus accreuerunt, quale hodie cernitur.

Hoc tempore desinit Chronicon Ioannis Naucleri Præpositi Tubingensis, quod continuatum est per Laurentium Surium, Carthusianum vsq; ad annum Christi 1564.

Facultas Theologica Academiæ Moguntinæ imitata Synodi Basiliensis decretum, itemq; Parisienses & Colonienses Theologos, deuali conceptam, idq; singulari quodam priuilegio. Surius.

Hoc anno nati quatuor Medici:

I. **IACOBVS** Milichius 21 Februarij.

II. **VITVS** Ortel Winshemius 1 Augusti.

III. **HIERONYMVS** Cardanus Mediolanensis 24 Septemb.

III. **LEONHARTVS** Fuchsius.

Eodem anno natus est Georgius Vicelius Theologus, vt ipse scribit. LVTERVS ætatis 18 studiorum causa in Academiam Erfurtensem se contulit. Mathes.

Cruces sanguinolentæ in vestibus hominum per Germaniam apparuerunt.

ERASMVS Roterodamus Enchiridion militis Christiani primum edidit, de quo (vt ipse narrat) quidam amicus ludens falsè dixit: Plus sanctimonix conspicitur in ipso libello, quam in libelli autore. Quod vtinam de multorum scriptis hodie non tam verè pronunciaripotet, quam de Erasmi libello faceret & per iocum dictum est.

Academia Witebergensis constituta à Friderico III Electore Saxonix, & solenni ritu introducta die Lucæ 18 Octob. (die Martis post Dominicam 21 Trinitatis.) Primus Rector Academiæ fuit Martinus Polichius Mellerstadius artium & Medicinæ Doctor. Vtq; hic natalis Academiæ quotannis celebraretur, constitutum est, vt eodem die hyberni semestris Rector & Decanus crearentur.

1501

1502

1471

1472

GEORGIVS Maior Theologus nascitur Noribergæ 25 April. In dioecesi Spirensi à duobus rusticis in pago *Undergrunbach*, qui callidis persuasionibus alios complures in suas partes pertraxerunt, exorta est conspiratio & rebellio Agricoliarum aduersus Episcopum & Canonicos, quæ dicta est *Liga Rusticorum*: *Bundtschuch*. Præcipuus coniurationis articulus fuit, vt aucti numero, omne iugum seruitutis excuterent, Eluetiorum more armis libertatem sibi vendicarent: & Magistratum omnem abolerent, &c. Vide additiones Nicolai Basilij in Chron: Naucle: item append: *Vrsperg*.

5473

ALEXANDER VI. Papa per ministri incuriam epoto veneno, quod furtim iusserat dari Adriano Cardinali familiari suo, cuius in hortis cœnabat: obiit 18 Augusti. Hic Alexander VI, filio suo Cæsari Borgiæ cædibus ac rapinis regnum parabat, ideoq; conuiuium splendidum instruxerat, vt quosdam præcipuos viros inuitas uis filium ditaret. Factum est autem diuinitus, vt Ministero *Lages* nas errore quodam commutante Alexander & filius venenum haurirent: alij purum vinum, ita Alexander sibi, non alijs, exitium struxit: filio etiam cum conualuisset parata fuit mors cruenta, quam & prædicere sibi visus est. Nam eius Apophthegma hoc fuit: O Cæsar, ò nullo: id est: Aut Cæsar, aut nullus. Tandem nihil factus est, cum propter nefarias technas trucidaretur. *Hec Pontanus de Prudentia lib. 4. cap. 16.* Alexander paulò antè Ioannem Michaelē ciuem Venetum Cardinalem Romæ veneno necauerat: Causa interficiendi hominem fuit aurum atq; argentum, quod is habere existimabatur, quarum omninò rerum inexplebilis Alexandri animi cupiditas ad omnem iniquitatem incendebat, vt filio pecuniam exercitibus alendis suppeditaret, quo is Italorum Principum regna occupare celerius posset, se iam sene. *Hec Bembus in histo. Veneta.*

IULIUS II. Papa egregius bellator, tenuit Pontificatum mens. 3. Obserua: A natali Iulij Cæsaris ad Pontificatum Iulij II, anni 1600 pleni.

IOANNES Dalburgius Episcopus Wormatiensis, quem generis nobilitas, literarum amor, ac doctrinæ præstantia immortalē reddiderunt, febre extinguitur Heydelbergæ 28 Iulij, ætatis 50. Fuit Rodolphi Agricolæ discipulus. Paralip. *Vrsp.*

Insignis fuit hic annus aliquot principum ortu:

I. **FERDINANDVS** Imp. *Vngaria & Boëmia* Rex *Caroli V. Imp.* frater nascitur 10 Martij *Modine* in regno *Castilia.*

II. Hoc anno 23 Iulij, scribit *Mechouius* natam esse *Annam Vladislai Vngaria & Boëm.* Regis filiam, *Ferdinandi Imp.* Coniugem.

III. **CHRISTIANVS** Rex *Dania & Noruegia* nascitur 12 Augusti *Friderici Danorum Regis* filius.

IIII. **IOHANNES** *Fridericus Elector Saxonia,* *Iohannis filius,* in lucem editus 30 Iunij futuri sui fati omen ex aluo materna secum tulit. Nam, vt ex hominum fide dignorum sermonibus accepti, nascenti visa est in dorso crux aureo colore fulgens, quam ubi conspexit à matronis aulicis accersitus Sacerdos vir pius, & admodum senex, pro omine hoc arripit: Hic puer, inquit, crucem gestabit toti orbi conspicuam, cuius indicium tam manifestum in ipsius ortu sese exerit. Eius rei initium quoddam hoc fuit, quod mater *Sophia* 12 die post partum extincta est. Hec ideo annotamus, quod à nemine literis hæctenus sint prodita, non indigna tamen, quæ ad posteritatis memoriam transmittantur, cum euentus præsagium hoc manifestò declarari & comprobari.

Hoc

1474 Hoc anno nati sunt :

I. PHILIPPVS Lantgravius Hassiæ, 13 Nouembris.

II. CASPAR Cruciger Theologus, 2 Ianuarij, Lipsiæ.

III. IOANNES Mathesius Pastor Ecclesiæ in valle Ioachimica, 24 Iuni, Rochlicij.

III. CHRISTOPHORVS Ladius Theologus, 6 Iulij, Argentinæ.

1504

V. PAVLVS Fagius linguæ Ebrææ cognitione clarus.

Circa hæc tempora desinit Cranzi Chronicon.

1505

Colonia in Comitibus bellum Bauaricum componitur & Palatinus Rheni à Casare recipitur in gratiam: In hoc conuentu Iacobus Marchio Badensis & Episcopus Treuirensis respondit legatis Pontificijs latinè, Germanis germanicè, Gallicis gallicè, Venetis Italicè.

1475 JOACHIMVS II. Elector Marchio Brandeb. nascitur 9 Ianuarij: Princeps munificus & pacificus.

FRANCISCVS Burchardus Cancellarius Iohannis Friderici Saxonie Electoris nascitur Vimarie 6 Iulij.

IOANNES Iouianus Pontanus, vir omni disciplinarum genere præstantissimus, quem Alphonfus Aragonum Rex à secretis habuit, cuiusq; extant poemata, Dialogi, & historiæ, moritur. (quidam referunt eius obitum ad annum 1503.) Is viuens monumento suo hæc verba inscripsit: *Sum Iohannes Iouianus Pontanus, quem amauerunt bonæ Musa, suspexerunt viri probi, honestauerunt Reges Domini: Scis iam quis sim, aut qui potius fuerim. Ego verò te hospes noscere in tenebris nequeo, Sed te ipsum ut noscas rogo. Vale.*

LVTERVS cum paulò antè renunciatus esset Magister artium, & ad Iurisprudentiam animum appulisset, fulmine territus & consternatus voto suscipiendi Monachatus se obstrinxit. Itaq; agens aetatis 22, ingressus est monasterium Augustinianorum Erfurdiæ 17 Iulij (die Alexij) & in eo integrum annum ante solennem professionem, vt moris est, nouitius constanter perseverauit: deinde palàm professus est Monachum. Surius.

1506

1476 Academia Francofordiana ad Viadrum introducta est ritu solenni 27 Aprilis: Primus Rector fuit Cunradus Wimpina Francus Theologiæ Professor.

IOANNES Capnio primus Grammaticam Ebraicam latinè scripsit & edidit vnà cum Ebraico Lexico. Præfa:

PHILIPPVS Hispaniarum Rex, Maximiliani Imperatoris filius, Caroli V pater, moritur aetatis 28, die 25 Septembris, alij 17.

Natus est Ludouicus Rex Vngariæ, Ladislai filius, Cal. Iul. Item Iohannes Sleidanus scriptor historiæ nostræ temporis.

RAPHAEL Volaterranus Anthropologiam suam scripsit.

MATTHIAS Mechouius historiographus Polonicus, Medicinæ Doctor & Astrologus, Chronicon suum terminat. Vixit adhuc anno 1515.

1507

1477 Bellum oritur inter Maximilianum Imp. & Venetos. Surius.

SIGISMVNDVS coronatur Rex Polonia 24 Ianuarij: regnat an. 42. inchoat:

LVTERVS in Cœnobio Erfurdiensi primitias sui sacerdotij celebrat, primamq; Missam cantat Dominica Cantate (2 Maij) aetatis 24, à confirmatione primatus Papæ 900.

ANTONIVS Cocceius Sabellicus scriptor historiæ Italicarum Venetijs moritur. Leander.

Nati

Nati sunt:

- I. GEORGIUS Princeps in Anhalt 14 Augusti.
- II. IOANNES Sturmius à Sleiden, studiorum in Schola Argentoratensi Gubernator, & Orator nostro seculo celebris 1 Octo.
- III. Ioannes Oporinus Typographus Basileæ die Conuersionis Pauli 25 Ianuarij.

5478

Imperator, Papa, & Gallus confederati Venetis bellum inferunt.
Encomium editum ab Erasmo Roterodamo 9 Iunij. Præfa.
 De quo libro autor ipse in Adagijs Chiliad. 2. Cent. 2. Adag. 40.
 ita loquitur: *Lustum Moris Encomion, cui non plus septem dierum operam impendimus, idq; nullis librorum adminiculis adiuti. Nam nostra sarcina nondum adacta tum erat. Hoc quicquid est libelli, video candidis ingenijs, & ijs qui bonis literis sunt initiati, magnoperè probari, qui præter iocandi festiuitatem affirmant illic esse non pauca, quæ ad corrigendos hominum mores magis conferant, quam Aristotelis Ethica, aut politica dogmata. Et tamen audio nonnullos offendi, sed paucos, atq; hos eiusmodi, ut nihil probent nisi barbarum, insulsum & ab omnibus Musis alienissimum. Ego neq; mordeo quempiam nominatim, nisi fortè meipsum, & odiosam illam scelerum ac vitiorum camarinam nusquam mouens, ridicula quadam magis quam sæda paucis attingo. Sed taxas, inquit, Episcopos, taxas Theologos, taxas Principes. Primum non auerunt illius Regula, quam toties moderatè, minimeq; odiose. Deinde non meminerunt, ibi nullius personæ esse iniuriam, neq; carbone notari quenquam quasi malus sit, sed omnes admoneri, ne sint mali, &c.*

TRITHEMIVS scripsit librum de Intelligentijs cœlestibus, & Spiritibus nescio quibus: Vbi etiam de religionis mutatione (& quidem intra annos 13 aut 17 futura) ominari quædam ausus est his verbis: *Seçta religionis, inquit, consurget, magna veterum destructio religionum: Timendum ne caput vnum amittat bestia quarta.* Genius vero qui Tritthemio hæc dictauit, albus an ater fuerit, ego non facile dixerim. Merito suspectum est prijs, quod ab autore mendaci, ac indice fallaci profectum est.

LUTERVS venit Vitebergam ætatis 25, anno 6 à constituta Academia Vitebergeni: publicè prælegit Aristotelis Logicæ & Physicæ.

CVRADVS Celtes, primus Germaniæ Poëta Laureatus moritur Viennæ 4 Februarij, ætatis 49.

5479

Natus est Georgius Sabinus Poëta 23 Aprilis Brandeburgi. *Veneti ad Carnagium in loco Agnadelli, à Gallis prælio superati sunt mense Maio, ipsorum duce Bartholemeo capto. Qua tunc quidem occasione Brixia, Bergomum, Crema, Cremona, ceteraq; ducatus Mediolanensis loca in Ludouici XII. Francorum Regis potestatem venere. Papa item, & Hispanus suas quasdam à Venetis occupatas vrbes & oppida recuperarunt. Chron. Gall. Beuther.*

MAXIMILIANVS Cesar recuperat Veronam, Patauinum, Teruisium & alia sociorum oppida, Palmer. App.

HENRICVS VII. Rex Angliæ obijt 23 Aprilis, Successit Henricus VIII, qui regnavit an. 39.

PHILIPPVS Cominæ eques Flandricus, qui duorum Regum Galliæ Ludouici XI, eiusq; filij Caroli VIII historias descripsit lingua Gallica, obijt in Pictonibus 17 Octobris, ætatis anno 63.

Nati sunt:

- I. IOACHIMVS Princeps Anhaltinus 8 Augusti.
 - II. IOANNES Gropperus Cardinalis.
 - III. IOANNES Caluinus Theologus Geneuensis 10 Iulij.
- Berlini in Marchia Iudæi supplicio adfecti sunt propter panem consecretum contumeliosè tractatum: 38 exusti: duo decollati, 19 Iulij.

5480

IOAN

IOANNES Geiler Keisersperg Theologus Argentinenſis moritur 10 Martij ætatis 65.

PHILIPPVS Beroaldus Bononiensis Rhetor & Grammaticus obiit. Tritthemius.

Hoc anno ortum est bellum literarium inter Reuchlinum & Colonienſes quosdam Monachos, de libris Iudæorum, cuius rei multa fit mentio in Reuchlini epistolis. Mandauerat Maximilianus Imperator Reuchlino, vt, quid de cremandis Iudæorum libris sentiret, in modum consilij referret; & scriptum Archiepiscopo Moguntino transmitteret Cæsari reddendum. Ille in partem benigniorem proſpensior iudicauit scripta quædam Iudaica conseruanda, quædam verò blasphema exurenda. Fuerat autem Colonia Iudæus quidam baptizatus, cognomento Psefferkorn, qui & anno 1514 ob panis consecrati violationem in Salinis Saxonie candentibus forcipibus discerptus & crematus est; hic autor eius consilij fuerat, vt de Cæsaris mandato singuli Ebræorum libri, præter nudum Bibliorum textum comburerentur, vel saltem, vt quidam suspicati sunt, igni ad iudicarentur, vt ante executionem Iudæi grandi ære libros suos ab incendio redimerent, quod si fieret, consilij illius autor auri partem acciperet: Quem conatum suum cum Iudæus Reuchlini consilio eludi cerneret, sparsis libellis famosis, eum apud multos in odium & inuidiam vocauit: Librum verò Reuchlini Colonienſes flammis tradiderunt; quæ res miris factionibus inter doctos agitata est, alijs Capnionem, alijs Colonienſes tuentibus. Tandem orto Luterano incendio, fumulinum hoc (vt quidam tum appellarunt) certamen in fumum abiit. Vide Sleidanum lib. 2 sub anno Christi 1520 vbi prolixius rem omnem exposuit.

ALBERTVS Marchio Brandeb. factus est Magister Ordinis Teutonici in Prussia anno 321 ab instituto ordine. Anno sequenti introductus est in urbem Regiomontanam.

1511

Nati sunt:
I. PAVLVS Eberus Theologus Kittingæ, 8 Nouembris.
II. ANDREAS Hyperius Theologus in Flandria 16 Maji.
III. ERASMVS Reinholdus Mathematicus excellens Salfeldiæ, 22 Octobris.

1512

Pugna ad Rauennam commissa ipso die Paschatis 11 Aprilis qua confligit Iulius II. Pontifex cum Gallorum Rege Ludouico XII, in qua victus Iulius ad 16000 suorum militum amisit.

Eodem anno & die Selimus, pater Solymanni, qui patrem Baiazetem podagra decumbentem regno exuerat, & agentem annum ætatis 74 in fuga veneno necauerat per Medicum Iudaum, Turcarum imperium inuasit. Ac vt regnum sibi stabiliret, interfecit duos fratres & septem nepotes ex fratribus, ita vt ex stirpe Othomannica ipse solus superesset, Imperauit an. 8. mens. 8.

LUTERVS 19 Octobris, ætatis 29, renunciatur Theologiæ Doctor à D. Andrea Carolostadio Witebergæ in templo arcis; à constitutione Academiz Witebergensis anno 10 exeunte. Doctoris itaq; Theologici titulo ornatus instituit enarrationes librorum certorum in Biblijs: nempe Psalterij 1513: ætatis 30: Deinde Epistolæ ad Romanos 1515: Epistolæ ad Galatas 1516: die 27 Octobris. Interim & Decalogi præcepta publicis ad populum declamationibus, & reliquas Catechismi partes explanare cœpit.

1513

IVLIVS II. PP. moritur 21 Febr.
LEO X. antea dictus Ioannes Medices creatur Pontifex Romanus 11 Martij. Hic anno superiori ad Rauennam fuerat legatus Iulij II, tunc quidem à Gallis captus, sed ex eorum manibus elapsus circum-

acto

actō anno die 11 Aprilis Pontifex coronatur, *ut is dies qui anno
præterito ipsi infaustus fuerat, coronationis suæ celebritate ex atro
in candidum verteretur.* Iouius. Sedit an: propè 9. A Leone I,
ad X anni 1074.

*MAXIMILIANVS Imp. Venetorum exercitum ad Vincentiam vicit,
magnâ clade affectis 7 Octob. (alijs 9 Octob.)*

*ERNESTVS Dux Saxonie Archiepiscopus Magdeb. moritur 3 (alijs 1.) Au-
gusti: Successit Albertus Marchio Brandeb.*

MARTINVS Polichius Mellerstadius primus Rector Aca-
demie Vitebergensis moritur 27 Decembris.

Nati sunt: Ioannes Marchio Brandeburgensis Princeps sapiens &
eloquens, 3 Augusti. Item, Adrianus Albinus Iuriconsultus & Il-
lustris. Principum Marchionum Brandeb. in noua Marchia Can-
cellarius, 13 Octobris, ita inter natalem Principis & Cancellarij vs-
que eiusdemq; ditionis intercesserunt dies 70: Hoc ergo anno ore-
ta sunt duo illa magna lumina, quæ aulam Custrinensem præcipue
(de cæteris viris sapientibus & doctis nunc verba non facio) illu-
strem & claram reddiderunt.

ALBERTVS Episcopus Magdeburgensis, factus est Archiepi-
scopus Moguntinus 9 Martij. Sedit an. 32. Iust. Brusch.

5484 Nati sunt hoc anno:

I. **IOANNES** Gigas Pastor Ecclesie Freistadiensis, cuius
Theologica scripta multaq; Poëmata extant, 22 Febr. Northufij.

II. **FRIDERICVS** Staphylus Theologus, Osnaburgin
Westphalia.

III. **ANDREAS** Vesalius Medicus præstans & Anatomes
illustrator.

5485 *Vienna conuenerunt Maximilianus Imp. Vladislaus Vngarie, & Sigismundus
Polonie Rex: die 17 Iulij. Ludouico Regi Vngarie, Vladislai filio, desponsa est
Maria soror Caroli V: vicissim Anna soror Ludouici Regis Vngarie absenti
Ferdinando fratri Maria desponsa 22 Iulij. Cuspin.*

LVDOVICVS XII. Gallorum Rex moritur Parisijs 1 Ianuarij. Successit ge-
ner ipsius Franciscus I. Valensius qui coronatus est die 25 Ianua. & regnauit
annos 32. Chron. Gall. Estq; hic annus à morte Augusti Cæs. 1500.

Nati sunt:

I. **FRIDERICVS** Palatinus Rheni Elector, 14 Febr.

II. **PHILIPPVS** Dux Pomeranice, 15 Iulij.

III. **IOANNES** Stigelius Poëta 13 Martij Gothæ.

IIII. **GEORGIVS** Cassander vir doctissimus apud Brugens
ses in Flandria.

V. **CONRADVS** Lycosthenes vir multæ lectionis, cuius
opera extant, Rubeaci in Alsatia.

Biblia Ebraica (vulgò Complutensia) adiunctis tribus translationi-
bus, Chaldaica, Græca & Latina, Tomis sex imprimi curauit Fran-
ciscus Ximenius Cardinalis Archiepiscopus Toletanus.

*Eluery victi & caesi sunt memorabili strage à Francisco Gallorum Rege 17 Se-
ptemb. ad Marignanum in agro Mediolanensi: durauit prælium toto biduo.
Annal. Franc.*

PETRVS Galatinus Minoritanus, Ebraicæ linguæ scientia cla-
rus, hoc anno ad Reuchlinum scripsit Epistolam, quam vnâ cum
Reuchlini responsione in Reuchlinianis Epistolis paulò ante libri
finem reperies. Hic edidit opus de arcanis Catholicæ veritatis, in
Ebraicis libris, præsertim in Talmud inuentis, in defensionem Ca-
thonicis, & aduersus Iudæorum obstinationem: anno 1518.

Obierunt

Obierunt duo potentissimi Reges: Vladislaus Rex Vngariae 13 Martij, aet. 61.
Et Ferdinandus Rex Hispaniae (ultimus in familia Arragoniorum, auus ma-

1516

ternus Caroli V, quem regnorum heredem reliquit) 16 Iann. alij 22.
NOVI TESTAMENTI Latina translatio vna cum Anno-

tationibus edita ab Erasmo Roterodamo.
LTVERSVS disputavit contra Scholasticos Theologos de Libero
arbitrio, meritis operum & traditionibus humanis. Item, cum cre-
derentibus, dicente id CHRISTO, omnia sint possibilia, superstitiosum
esse humano arbitrio alijs sanctis alia deputari auxilia. Propositiones
extant I, Tom. operum eius lat.

Urbs Vallis Iochimica condita aut colli caepa est repertis argentifodinis.
Nati sunt:

I. GEORGIUS Sigismundus Seldius LL. Doctor, &
Caroli V. Consiliarius, &c. Augustae 21 Ianuarij.

II. CONRADVS Gesnerus Medicus & Philosoph. Tiguri.

III. GEORGIUS Fabricius Chemnicensis antiquitatis stu-
diosissimus, 24 Aprilis.

IIII. GVARVS Weigandus Guarinus, artis Medicæ Do-
ctor, qui multis annis feliciter functus est officio Archiatri in aula
Custrinensi, vir eximia doctrinae, virtutis & integritatis laude præ-
stantissimus, & amicus meus præcipuus, 6 Iulij.

V. MARTINVS Heluigijs Nissenus, cuius extat Tabula
Silesiæ.

SELMVS Turcarum Imperator, pater Solymanni, acerrimo pralio conflixit
cum Mamalucis, non procul à Damasco, in quo pralio Sultanus Aegypti, Cam-
pson Gaurius, nefarie proditus ac desertus à Caeterbeio præfecto Alepi cum
duobus præfectis, Damasceno & Tripolitano occubuit 26 Augusti aet. 77.
Postea Selmus breui tempore Syriam, Aegyptum & Indeam suo adiecit impe-
ria. Antequam verò Aegyptum peteret Hierosolymam adiit, veterumq; Pro-
phetarum sepulchra veneratus Christianis Sacerdotibus Domini sepulchrum
obtinentibus pecuniam in alimenta sex mensium largitus est. Inde expugna-
tum Gaza, Aegyptum petijt. Mamaluci in Campsonis locum Tomumbeium stre-
nuum virum delegerunt. Iouius: & alij.

Concilium Lateranense, quod Iulius II. contra Pisanum indixerat,
hoc demum anno finitum est 16 Martij: in quo post recitatas ora-
tiones in laudem Iulij & Leonis, sententiæ dictæ sunt de bello in
Turcas suscipiendo: de reformandis Ecclesiæ moribus; de Boëmis
ad Ecclesiæ vnitatem ab errore reuocandis: Sleid. Ponta.

1517

SELMVS Turcarum Imperator Alcairum (Memphim) munitissimam Aegy-
pti urbem & Sultanorum sedem expugnauit 25 Ianua. plurimis ibi dediti-
cis contra fidem datam crudeliter interfectis. Capta vrbe Tomumbeius Sul-
tanus fugam arripens cum se in palude quadam inter iuncos & arundines
occultasset, immersus aquis vsq; ad summum pectus, captus & ad Selymum
perductus est. Qui iussit primum tradi eum tortoribus, vt de Campsonis
thesauris quærerent: Sed ille nihil præter suspiria & horribiles gemitus in
summis cruciatibus protulit. Postea mense fermè Aprili mula impositus, cum
laqueo de collo pendente, reuinctisq; à tergo manibus per totam urbem Al-
cairum circumductus, iuxta portam urbis suspensus & strangulatus perijt.
Iouius, &c.

LEO X. Calendis Iulij anno Pontificatus sui quinto, fecit quintam
ordinationem Cardinalium, quæ omnium quæ vnquam fuerunt,
maxima fuit: quia simul 31 Cardinales creauit, inter quos fuerunt
Laurentius Campegius, Marcus Musurus, & Adrianus qui postea
Leoni X, in Pontificatu successit.

R

MVSV

MVSVRVS Romæ huius anni autumnò, cum paulò antè Mosnem uasiensis Archiepiscopus designatus esset, vix degustata Cardinalatus dignitate, obiit. Fuit natione Græcus, nimirum Cretensis, sed latinæ linguæ usq; ad miraculum doctus, quod vix ylli Græco contigit, præter Theodorum Gazam, & Ioannem Lalcarem. *Hæc Erasmus.*

Eodem anno obiit Albertus Cranz, S. Theologiæ & Decretorum Doctor, Ecclesiæ Hamburgensis Canonicus & Lector, qui Saxoniz, Vandaliz, Daniæ & Gothiz historiam descripsit. Hic lectis Lutheri propositionibus de Indulgentijs, dixisse fertur: Frater, vade in cellam, & dic: Miserere mei Deus.

MVTATIO RELIGIONIS.

MARTINVS LUTERVS (ætatis 34) 31 Octobris, in Vigilia Omnium Sanctorum (quæ tum fuit dies Sabbati præcedens Dominicam 21 Trinitat.) publicè foribus Templi Omnium Sanctorum Vitebergæ affixit Propositiones contra Indulgentias, quas Ioannes Tezelius Monachus Dominicanus venales circumferèbat: Archiepiscopum quoq; Moguntinum Albertum per litteras orauit, vt Indulgentiarum loco Euangelium doceri iuberet. Hoc fuit primum classicum totius mutationis in religione, quæ postea secuta est. Nos ne partium studio temerè iudicemur, quædamq; historiam recitabimus aliorum verbis, nempe Polydori Virgilij & Laurentij Suriij Carthusiani. Polydor. lib. 8. capit. 4.

Postremo vidit nostra ætas, inquit, religionis disidium, cum Leo X. Roma Pontifex anno 1517 haberet in Germania procuratores Indulgentiarum, & illi sua quoq; vilitatis studio eas predicarent: Vitebergæ Martinus Lutherus Monachus Augustinians id improbauit. Procuratores ea re valdè commoti, Romam deserunt nomine Lutheri: Is vt Deorum contemptor accusatur, citatur, causa agitur: Sed quia ad diem dictam non adfuit Rome præsens, vt responderet, paulò post declaratur hereticus. Verum quoniam eius modi Indulgentiarum questus iam in odia hominum cum procuratoribus incurrant, permulti magni viri & in his Fridericus Saxonie Dux præfido fuit, qui Lutherum consilio autoritate, armis deniq; tezeret, ne vlla eum vis attingere valeret. Lutherus igitur tali præsidio munitus & licentia loquendi parta, maiora ausus, de omnibus religionis mysterijs scribere, suaq; scripta foras dare cepit. Ita breui tempore mirabiliter coaluit scèta, quæ EVANGELICA dicta est, eò, quòd nullam recipendam esse legem asseueret, quæ animarum salutem pertineat, nisi quam Christus aut Apostoli dedissent.

Surius Lutero infensior hanc rem ita narrat: Leo Pontifex Roma largissimas promulgat Condonationes siue Indulgentias, eiq; negotio in Germania præfido Moguntinum Archiepiscopum Albertum, Principem celeberrimum. Is ad predicandas eas Indulgentias delegit Ioannem Tezelium Dominicanum. Ea res pessimè habuit quosdam Ordinis Augustiniani in primis Ioannem Staupitium, eius Ordinis generalem per Germaniam Viterum, lectorem ordinarium Vitebergæ. Et quia interdum non parui abusus eiusmodi Indulgentijs euulgandis sese immiscuerant, inde sumpta occasione, Lutherus primum Indulgentiarum immodicos quosdam & sordidos, suo duntaxat questui seruientes, buccinat ores acriter inuectus est, datis ad Moguntinum antistitem litteris, in quibus longè aliter scripsit de Salutis certitudine, quàm paulò post in sua captiuitate Babylonica & scriptis alijs. Simul etiam 95 Propositiones palàm edidit, quibus Indulgentias contrarias. Ex hac lite ortum est illud immane & horrendum incendium Lutherianum, quo tota penè Europa postmodum conflagrauit. In ipsis huius tragædia inijs visus est Lutherus etiam pleriq; viris grauibus & eruditis non pessimo zelo moueri, planèq; nihil spectare aliud, quàm Ecclesiæ reformationem, cuius quidam deformes abusus non parum male habebant bonos omnes, &c.

Præfido

Preuiderunt autem antè hac tempora ac disertè prædixerunt quidam Scriptores futuram religionis mutationem ante mundi finem, quorum vaticinia referre longum esset, atq; ab instituto nostro alienum. Ac ne de antiquioribus dicam, sunt in hoc numero: Nicolaus Cusanus Cardinalis, Ioan. Lichtenbergius, Ioachim Abbas, Hildegardis, Brigitta, Späß, Andreas Proles Augustinianorum Prouincialis, Ioannes Hiltten Monachus Iennacensis, qui quidem & annum mutationis a signasse fertur.

Hinc incipit Sleidani historia, complectens annos 39.

AUTOR AMICO LECTORI



Tigimus ea tempora, amicissimè Lector, quæ rerum nostra memoria gestarum commemoratio- nem efflagitabant, Vbi quidem & iniicienda erat mentio odiosorum de Religione certaminum, infelicium consiliorum, motuum, mutationum ac bellorum, quorum ne nunc quidem cernimus finem aut modum vltim: atq; adeo impura illa nostri sæculi vlcera & vulnera nobis contrectanda erant. Verum initio testati sumus, nos non eo Consilio Indicem hunc contexuisse, ut vel Chronicon vel historiã contineret, sed ut Chronologia studiosi Isagoge nostra tanquam Regula: hoc verò Indice pro paradigmate vterentur: quod ut maiore cum vtilitate vel voluptate illorum fieret, vndiq; conquisitis & congestis euentibus celebrioribus, arida huius opusculi ossa aliquantula saltem carne obduximus & conuestiuimus, nulla admodum ratione ordinis, vel coherentia rerum habita, dum modo perpetua annorum mundi series ad nostram vsq; ætatem deducta & cum antiquis CHRISTI copulata constaret, & hisce tabulis inclusa a legentibus aspiceretur, atq; Index hic quodammodo esset Epitome vel ^{curia} Maioris operis, cuius editionem ob incertam valetudinem nostram tam diu, tamq; difficulter emitimur ac parturimus. Nemo itaq; hic expectet enumerationem nostri temporis Comitiorum, Consultationum, Synodorum, Antisynodorum, aut immutata religionis historiã: In medio sunt aliorum scripta, Iouij, Sleidani, Guicciardini, Suriij & similia. Ea lector, si velit, adeat: Ego memor tituli, quo libellum hunc insigniui, indicare quædam, proposito nostro inseruientia, non Iouium aut Sleidanum transcribere volui. Deinceps verò stylum ita temperabo, eamq; moderationem in sermone adhibebo, ut dum cuiuscunq; religionis homines ab immodicis Encomijs doctorum, magno studio atq; conatu abstineam, & quædam historica parcius attingam, ne dicar auricularum C. S. E. (id est, cuius scripta extant) denotabo aut perstringam. Quæ quidem res hanc postremam Indicis partem non

parum mutilat ac decurtat, cum aliqui largiore manu Lectorem
 pascere eumq; rerum memoratu dignarum recitatione detinere si
 non delectare potuissem. Patronorum autem meorum quandoq;
 honorificam mentionem admisceo, quod aequo cum alijs Chronogra-
 phis iure, & frequentibus ipsorum exemplis admonitus facio, prater
 quam quod bonis viris beneficiorum acceptorum memoriam deo,
 quam utinam hisce tabellis non tam inscribere, quam insculpere
 potuissem, ne illi debita laude ac liberalitatis sua fructu mea culpa
 defraudati fuisse viderentur. Hec de instituti nostri ratione ex-
 posuimus lector optime, ne breuitatis nostrae causas in annorum se-
 quentium consignationibus ignorares, neue abruptos sermones vel
 noua silentia nostra nimium mirare. Raro acuantur hodie,
 saepius etiam hebetantur idoneorum scriptorum calami, partim ca-
 lumniarum metu, partim propositis premij loco minis & periculo-
 rum circumstantium terroribus. Tacetur itaq; a multis, non pro
 pecunia, sed pro vita incolumitatisq; precio, quae res non potest non
 quorundam recta studia languescere, praclaros conatus inhibere ac
 remorari, & laborantium luminibus officere. Me quidem ista
 cura non angit, ut qui in re tenui verser, & tradendis qualibus-
 cunq; supputationibus lectori operam praestem quae neminem ledere
 possit: Tamen si fatendum quod res est, iam dudum astat mihi
 quidam bonus, ac fidus, forte etiam sagax genius, qui auribus meis
 insurrat illud: Heus tu, inquit, Scribere sui temporis historiam
 graue est: Quid iuuat de ijs scribere, qui possunt proscribere? Quid
 monent aliorum vestigia? In Theologicis vero vider tu, quot
 unguis in ulcere? Et cui nunc de religione differere non est religio,
 ut ut columbina fidei simplicitate, serpentinaq; prudentia sit in-
 structus? his dico temporibus & moribus, ubi vim & vincula pa-
 titur veritas: ubi una cum pietate procul exulat moderatio pa-
 cisq; studium: Et ubi nec loqui nec tacere, ne dum scribere satis est
 tutum: Manum itaq; de tabula: Memento te hic supputare non
 disputare.

5488

MAXIMILIANVS Imperator postrema Comitia celebrat Au-
 gustae, quibus vniuersi Electores interfuerunt: & in his primum agi
 coeptum est de Luteri negotio, deq; eo Caesar & Aug: ad Pontificem
 Romanum scripsit, vt nascenti malo medicinam faceret, priusquam
 longius euagaretur ac serperet: Morae coniunctum esse periculum:
 quicquid ipse decreuerit, hoc se laudaturum, & vt per Imperij pro-
 uincias locum habeat curaturum esse. Sleid.

LVTERVS Caietano Cardinali, Pontificis Legato se sistit Au-
 gustae, (aetatis 35) 12 Octobris. Caietano Palinodian siue errores
 reuocationem flagitante ac vehementer urgente, Luterus errores
 demonstrari sibi petijt, atq; post aliquot dierum conflictatiunculas,
 grauiora veritus, & vt Polydorus Virgilius loquitur, metuens ne
 Cardinalis ad extremum rem omnem magis Imperio, quam discer-
 ptatione definiret, datis ad Cardinalem literis, Augusta discessit 20
 Octobris

Octobris, reuersus Vitebergam 31 Octobris, quo die Tezelium ante annum adortus fuerat.

Eodem tempore Luterus 16 Octobris appellauit à Caietano ad Pam: Et 28 Nouembris à Papa ad Concilium.

Edidit etiam Resolutiones & declarationes propositionum suarum de Indulgentiis, quas Leoni X. dedicauit die Trinitatis. Publicauit etiam Sermones de virtute excommunicationis, de poenitentia & præparatione ad Cœnam Domini.

PHILIPPVS MELANTHON anno ætatis 22 venit Vitebergam 25 Augusti: decennio post Luteri aduentum.

Primum Scriptum à Melanthonè Vitebergæ editum, fuit Oratio Luziani de Calumnia, quod ei non temerè credendum sit: Eam Orationem Latine à se redditam dedicauit Friderico Electori Saxonie mense Septembri. Cœpit autem hoc anno prælegere publice Horum & Epistolam Pauli ad Titum græcè, Nam ad docendas litteras græcas à Friderico Electore in Academiam Vitebergensem accersitus fuerat.

Insequentibus annis publicauit libellos, quos postea sæpius retexuit, & auctiores emisit: nempe anno 1519 Rhetoricen: 1520 Dialecticen: 1521 Locos Communes seu hypotyposes Theologicas: 1523 Enarrationem Euangelij Matthæi, Ioannis, Epistolæ ad Romanos & ad Corinthios: 1524 Grammaticen: 1529 Ethicen: 1531 Chronicon, &c. Fuit multarum Scholarum parens, & quod vel hostium eius iudicio atq; confessione impune, citraq; inuidiam dixerim, Musis amicus erat, in quarum focus ac aris dum vnà cum alijs uiris doctis luculentos ignes excitare studuit, non illiberale, opinor, illis præstitit famulitium.

ALBERTVS Marchio Elector Moguntinus creatur Cardinalis à Leone X, Galerum Cardinalitium ei imponente legato Pontificio.

ADRIANVS Cardinalis, autor libri de lingua Latina, ueritus Leonis X vim, quod facinoris Petruciani conscius esset, anno superiori fugerat Cardinalatu, & omnibus dignitatibus priuatus est, nec amplius uisus fuit in terris. Onuph.

Nati sunt: Henricus II, Gallie Rex, Francisci filius 31 Martij.

II. Ioannes Funccius Chronographorum nostra ætate princeps, 7 Februarij (alij 25 Februarij) Werda prope Noribergam.

Distat hic annus à Roma condita 2269: ab excidio Troie 2700: à nato Rodulpho Habsburgo 300.

Quid hoc anno Erasmus de Lutero senserit & scripserit, uide in eius Epistolis lib. 11. Ep. 1. Et lib. 12. Ep. 23. & 31. Inter cætera sic ait:

Ego Luterum nec accuso, nec defendo: Multa præclare monuit, sed utinam ciuilius, & tamen impium sit, illum in his quæ rectè dixit prorsus indefensum relinquere, ne posthac nemo sit, qui uerū auit proloqui: Non est mea conditionis nec ingenij, de ipsius doctrina pronunciare. Mibi nondum uacauit eius libros euoluere, præter vnā aut alteram pagellam, & tamen quidam confingunt, illum mea aditum opera. Si rectè scripsit, mihi nihil debetur laudis: sin secus, nihil mereor probri, quando in omnibus illius lucubrationibus ne apiculus quidem meus est. Quosdam initio admonui, ut scriptis ac disputationibus potius, quàm clamoribus rem agerent: non esse publicè dammandum, quod non esset leuissimum, non expensum, imò non intellectum: Theologis indecorum esse quicquam per tu Albertum Archiepiscopum Moguntinum, ubi & hoc addit: Luterum quadam scripserit magis imprudenter quàm impiè.

Hæc Erasmi uerba eò recitare uoluimus, ut uideat Lector, quanto perè uir ille rer Maximus in religionis negotio sese torserit, & in omnia se uerterit ac transformarit, ut inter dissidentes partes medijs incederet, neutris se totum iungens, nec ad alterutram partem nimium, iudicio suo, inclinans atq; desectens. Qua re multi opinantur, id eum consecutum fuisse, ut neutris addictior neutris satisfecerit, nec apud hos

vel illos gratiam plenam inierit. Vidit forte in vtrisque quod reprehenderet ac fugeretur: de quo tamen pronunciare mihi non est integrum. Fuit ille in causa Luterna animo tam vario, ut de eo non facile cuius sententiam ferat.

Eccius obeliscis notat Luteri propositiones de Indulgentiis: Syluester item Prieras Dominicanus in eundem scripsit. Luterus vtriusque responsiones suas opposuit.

5489

MAXIMILIANVS Imperator moritur 12 Januarij apud oppidum Weisam: cum vixisset annis 59, mens. 9, diebus 19: historiam obitus & sepulture copiose describit Cuspinianus.

CAROLVS V. Francofurti eligitur Imperator, 28 Junij, etatis 20, pridie eius diei, Electorum Senatus, Imperium detulit Friderico Saxonie Electori, qua de re ita Erasmus in Epistolis lib. 13. Epist. 4: Dux Fridericus delatum sibi ab omnibus imperium ingenti animo recusavit, idque pridie quam Carolus eligeretur. Mox rogatus, quem igitur censeret eligendum, negavit sibi quenquam alium videri tanti nominis oneri sustinendo parem, quam Carolum. Ob hunc insignem animum a nostris (Caroli legatis) oblata 30 millia florenorum constantissime reiecit. Cumque vrgeretur, ut tantum 10 millia pateretur dari famulis: accipiant, inquit, si velint, attamen nemo manebit postredie apud me, qui vel aureum acceperit: ac postredie conscensis equis subduxit sese, ne pergerent esse molesti. Hoc mihi ut compertissimum retulit Episcopus Leodiensis, qui Comitibus Imperialibus inter-

fuit. *Haftenus Erasmus.*
Historiam electionis Caroli V. & Electorum de ea disceptationem, pete ex libello Georgij Sabini, cuius autorem fuisse Melanthonem a multis haftenus est creditum: cui ego nihil adfirmo. Sleidanus inde multa mutuatus est.

Disputatio Lipsica Ecclesiae cum Lutero de primatu Romani Pontificis & de Indulgentiis inchoata est 4 Iulij: finita 14 Iulij. Carolostadice ana vero disputatio cum Eccio de libero arbitrio coepta est 27 Iunij.

LUTERVS edidit Sermones: De duplici iusticia: De salutari meditatione Passionis Domini: De baptismo: De preparatione ad mortem. Item enarrationem Epistolae ad Galatas. Item: Resolutiones siue declarationes Propositionum suarum Lipsicae disputatarum de primatu Papae.

Hoc anno obierunt:

I. **IASON** Maynus Iurisconsultus mense Aprili: sepultus Papiae. Fichar.

II. **IOANNES** Tezelius, Indulgentiarum praeco, Lipsiae in Monasterio Dominicanorum, cum Eccio & Lutero de Indulgentiis disputarent.

III. **IOANNES** Coletus Theologus in Anglia, de quo lege Epistolam Erasmi lib. 13. Ep. 4. Item lib. 15. Ep. 14. in qua proponit Icona & exemplum boni Ecclesiasticae.

Nati sunt:

I. **Theodorus** Beza Theologus Vezelius in Gallia 24 Iunij.

II. **Rodolphus** Gualtherus Theologus Tigurinus: alij ad praeco.

III. **Iohannes** Crato Medicus ac Philosophus celeberrimus, ac trium Imp. Ferdinandi, Maximiliani & Rodulphi 20. Nouemb. Vratissaviae.

Erasmus per epistolam 30 Maij Lutherum ad moderationem reuocat, his verbis: *Mihi videtur plus profici ciuili modestia quam impetu: Magis expedi clare mare in eos qui Pontificum autoritate abutuntur, quam in ipsos Pontifices: Idem de Reuocanda. De rebus multo receptioribus, quam ut subito possint ex animis reuelli, disputandum est argumentis densis & efficacibus potius quam asseuerandum. Quorundam virulentas contentiones magis conducit contemnere, quam resellere. Vbiq. cauendum, ne quid arroganter aut factiose loquamur aut faciamus: Sic arbitror gratum esse Spiritui Christi. Interea seruandus animus, ne vel ira, vel odio, vel gloria corrumpatur. Nam hac in medio pietatis studio hominibus insidari solet. Eras. lib. 6. Epist. 4. Hac reuocanda Epistola varie a multis accepta est, alijs eam pro Lutero, alijs contra interpre-*
tantibus: alijs etiam responsionem nimis ciuilem, amicam ac blandam reprehendentibus:

dentibus: Ideoq; Erasmus eam declaraturus scripsit ad Campegiū illam benè longam Epistolam, quæ lib. 14 Epist: primum locum obtinet, estq; data 6 Decemb. ubi inter cætera: *Vide quæso, inquit, an hæc sit Epistola hominis Luthero fauentis: Quoniam in illius scriptis me offenderat nescio quid seuum, & austerum, nec satis referens mansuetudinem Spiritus Euangelici, admonui vt cum omni mansuetudine doceret ea, quæ ad veram pietatem attinent: id quo maiore cum fructu posset, admonui vt parceret Romano Pontifici: cuius auctoritatem expedit haberi Sacrosanctam: parceret principum Celsitudini, qui conuitijs attracti, aut intempestiuus admoniti, non solum non reduntur meliores, sed exacerbati pernitiosas aliquoties excitant tēpestates, sitq; vt & morturi sua pereat auctoritas, & monito suus fructus, &c. Plurimum refert, quàm in tempore, quàm commodè & attemperatè veritatem proferas. Sæpè sanat admonitio temperata, blanda ac ciuili, quos perderet sena & intempestiua obiurgatio. Non enim hic adducam, quod Plato perspexisse videtur, multitudinem promiscuam & imperitam non posse contineri in officio, nisi nonnāquam fūco, doloq; bono fallatur. Sed ea res, vt virum integrum desiderat: ita desiderat egregiè prudentem. Admonui, ne scholas aut ordines omnino contemneret, sed ciuilitè admoneret, quod mutari vellet: Vt in his, quæ longo vsu magis, quàm recto iudicio recepta sunt, densis ac solidis argumentis vteretur potius quàm asserationibus. Et quoniam non ignorabam ingenium Germanicum, neq; nescirem eum quorundam scriptis immodicè mordacibus irritari, admonui, ne conuiciū conuicio regeret: sed aut in totum negligeret, aut argumentis responderet: à maledictis omninò temperaret. Ad hæc quoniam verebar ne tanta libertas exiret in tumultum, admonui, ne quid arroganter aut factiosè vel diceret vel fateret. Postremo excuteret animum ipse suum, de quo meum non esset iudicare, ne quid esset corruptus ira, aut odio, aut inani gloria, quæ in medijs etiam pietatis officijs solet insidiari. Obsecro quid hic omissum est, de quo fuerat admonendus Lutherus? Vide etiam Eras. Epist. lib. 14. Ep. 5.*

Eodem anno Erasmus iudicium suum de Luthero perscripsit ad Fridericum Saxo. Electorem 14 Aprilis. Ea Epistola extat Tom: I. lat: operum Lutheri, pag. 235.

CAROLVS V. Rom. Imp. coronatur Aquisgrani 23 Octob. atq; 21. Impetravit annis 37. Distat hic annus à regno Samsonis & Aeneæ 2700: Danidis 2600: à morte Nebucadnezaris Magni & regno Euilmerodaci 2100: Imperio Heinrichi Aucupis 600: coronatione Caroli Magni 720.

LUTERVS à Leone X excommunicatur Romæ, bulla edita 15 Iunij. Ille contra publicat assertionem omnium articulorum doctrinæ suæ, à Leone damnatorum: prouocat à Papa ad Concilium, non veritus Papam nominare Antichristum: Ius Canonicum vnà cum bulla Leonis Vitebergæ cremat 10 Decembris, & sui facti rationes publico scripto reddit.

Louaniensibus quoq; & Coloniensibus respondet, qui libros ipsius flammis dignos pronunciauerant. Lege Erasmi Epistolam vltimam lib. 15: quæ hoc anno scripta est 18 Octob.

Inter multa Lutheri scripta, quæ hoc anno exierunt, hæc præcipuè recensentur: De libertate Christiana, quem librum Leoni X misit mense Aprilis: De captiuitate Babylonica præludium, quo Luterus Catholicorum iras ac odia in primis in se concitauit & inflammauit, ob motas controuersias nouas de Sacramentorum numero, Vtraq; specie Cœnæ Domini sumenda, Transubstantiatione in dubium vocata, & Missa oppugnata, quod non sit Sacrificium, &c.

Adhortatio ad Nobilitatem Germaniæ 23 Iunij de reformatione reuerum Christianarum. Ratio confitendi peccata: Tessaradecas siue Consolationum libellus ad Fridericum Electorem decumbentem missus: Catechetica conciones: & liber de bonis operibus, inscriptus Ioanni Saxonæ Duci 29 Martij: in quem librum Georgius Vicelius (qui hoc anno primum Vitebergam venit) acriter postea inuectus est anno 1534. hoc crimen Lutero impingens, quod confundat bona opera cum politicis actionibus, id est, (vt ipsius verba vsurpem) quod dedoceat bona opera Ecclesiastica, & tradat ea esse

bona opera, quæcunq; domi ruriq; fidelis homo faciat, cum tamen Apostolicæ doctrinæ consuetudo distinguat inter bona opera & inter facta negotiaq; vitæ communis: Et Lutherum sub Decalogi specie officia ciuili vitæ insignire titulo honorum operum, vt ab Ecclesiasticis operibus ieiuniorum, precum & similibus homines auocet.

SELMVS Turcarum Imp. peste extinctus est in eo loco, quo patrem sustulerat. Successit Solymanus filius, qui imperauit an. 46.

Nati sunt:

I. SIGISMUNDVS II. Rex Poloniae Cal. Augusti.

II. Matthias Flacius 3 Martij in oppido Illyriae Albona. Errant qui ad sequentem annum referunt.

OECOLAMPADIUS 23 April. factus est Monachus in Monasterio Seruatoris iuxta Augustam Ordinis S. Brigidæ: de quo ita Erasmus: *Quod scribis ab Oecolampadio factum, id sine iudicio fecit, sine animo morbo, quando mutari non potest, precandum est, vt illi ac nobis quam optimè veritas, vt deo res humanas sic vndiq; corruptas, vt nullis vnquam seculo existimem plus licuisse impudentiæ, stoliditati & sceleri: Et nonnunquam libet aliquid profugere: sed vercorne quocunq; me verterò, sequatur molestia. Proinde tutius arborum mali remedium ab animo petere potius, quam à loco aut vita instituto. Bene habet, quod Christus in tanta vitiorum caligine nobis Euangelica doctrinae scintillas reliquit.* Eras. Epist. lib. 12.

549 I

Prima Comitia Caroli V. Wormatiæ: in quibus coram Imperatore & Imperij Proceribus comparuit Luterus, & de sua causa respondit feria quarta & quinta post Dominicam Misericordia Domini, id est, 17 & 18 Aprilis.

Cæsar Luterum proscribit 8 Maij: fuitq; hoc primum edictum Imperatoris aduersus Luterum: Ideò Fridericus nobilibus quibusdam, de quorum fide compertum habebat, negotium dedit, vt Luterum in arcem Wartbergi prope Isennacum clam abducerent, vbi delituit mens. decem circiter. Eo in loco, quem Pathmum & Eremum suam nominauit, plurima scripsit: De votis Monasticis 21 Nouembris, quem diem habet Præfatio libri: De abroganda Missa priuata 1 Nouembris. Eum librum inscripsit Augustinianus Vitebergensibus fratribus suis, qui Missam abrogauerant, &c. De confessione priuata 1 Iunij, quòd Pontifex non possit eam præcipere: Postillas Germanicas Euangeliorum Dominicalium dedicatas Alberto Comiti Mansfeldensi 19 Nouembris: Et librum aduersus Latomum 8 Iunij, quem absoluit 13 dierum spacio, &c. Ante iter Wormatiense edidit expositionem Cantici, B. Virginis Mariæ, Margnificat, &c. 10 Martij: Et ex Danielis cap. 8. demonstrationem priorum partem Postillarum de quatuor Dominicarum Euangelij per Aduentum. Præfatio inscripta est Friderico Electori die 3 Martij.

LEO iterum excommunicauit Luterum die Cœnæ Domini, 28 Martij: Ei respondit Luterus.

Parisiensibus Luteri libros damnantibus, Melancthon opposuit scriptum publicum: prodijt item alius liber à Melancthone scriptus titulo Didymi Fauentini, quo respondit Thomæ Placentino, id est, Emsero.

CAROLOSTADIUS tumultuatur Vitebergæ absente Lutero, vastat Scholas, & clamoribus inconditis efficit, vt pluribus in locis multa præclara ingenia sterilecant, & desertis Scholis studia artium abijciant. Belligeratur etiam cum imaginibus in templis: & edit librum de Coniugio Sacerdotum & de votis Monasticis rescindendis, 24 Iunij. Primus Sacerdotum Bartholemæus Bernhartus Feldkirchius,

kirchius, Præpositus in oppido Kemberg, duxit uxorem: Eum secutus est Caroloftadius, cui facetus quidam Morio Epithalamij loco, vt opinor, scripsit nouæ Missæ nuptialis formulam, multo sale resperfam: fortè ne nuptijs deesset risus materia.

HENNINGVS Goden Havelbergensis Iurisc. & Præpositus templi Canonico-rum Vitebergæ moritur 21 Ianuarij: Huius apophthegma vulgò iactatur: Lex sine executione est velut Campana sine pistillo.

MARTINVS Bucerus mense Martio reliquit Ordinē Dominicanorū, in quo vixerat an. 15: fuerat ingressus monasteriū 1506, ætatis an. 15, hoc an. à monachatu absolutus est, qua de re edidit librū 1523.

LEO X PP. moritur toxici, vt creditur, violentia consumptus, Caslend. Decembris, ætatis 46.

FERDINANDVS Austriæ Princeps coniugem duxit Annam filiam Regis Vngariæ, & Ludouicus Rex Vngariæ, Mariam Sororem Ferdinandi.

Alba Græca seu Belgradum, Vngariæ propugnaculum occupatur à Solymanno Turca, & Rhodus Insula obsidione cingitur.

Hoc anno primum orta sunt bella inter Casarem & R. Gallie, que durarunt annis propemodum 38: sub inducijs dubijs, parumq. constantibus.

HENRICVS Rex Angliæ librum scripsit & edidit aduersus Luterum, quo nomine à Pontifice & amplissimo Cardinalium Senatu Catholicæ fidei defensor appellatus est. Præcipuè autem impugnavit Luteri librum de Captiuitate Babylonica. Erasmus scribit, Ex Procerum & Montionj narratione se certò persuasum habere, librum ipsius Regis Marte, quod aiunt, elaboratum & confectum esse: Et in Epistola ad Cochlæum de eodem sic ait: Quod subdubitare videris, an Rex Henricus libellum, ac duas Epistolas aduersus Luterum, suo Marte confecerit, id tibi cum multis commune est: nec mirum, cum hætenus prodigij simile sit habitum, præsertim apud Germanos, Principem scire literas. Cæterum vt non contenderim, neminem scribenti fuisse auxilio, cum eruditissimi quicq. viri nonnumquam vtantur amicorum subsidijs: ita non dubitem affirmare, ipsum eorum, quæ edit, parentem & autorem esse.

ERASMVVS offensus periculosis tumultibus & perniciosis clamoribus, quibus negotium Euangelicum agebatur, aut potius turbabatur, coepit trepidatione quadam nutare ac vacillare, & à causa Lutherana longius se remouere atq. subducere, & quasi in locum tutiorem, extra telorum iactum secedere. Sentiebat autem de rebus tam arduis, censuram & iudicium deferendum ac permittendum esse Ecclesiæ, quæ audita virorum aliquot piorum & eruditorum sententia, communi consilio ac deliberatione, de dogmatibus statueret, decreta verbo Dei consentientia conderet, controuersias tolleret, & pacem Ecclesiasticam sanciret ac stabiliret. Vt itaq. Lectori ob oculos ponamus specimen sapientiæ huius viri, vel secum luctantis, vel cum vtraq. parte quodammodo conflictantis, verba quædam eius, ex Epistolis hoc anno scriptis, subiungemus, non vt Lector indè Erasmi de Religione sententiam (quæ vel perplexitatibus inuoluta non mox cuilibet sese pandit, vel sua quadam lubricitate elabi, mentemq. legentis præteruolare videri potest) venetur ac discat: Sed vt ex his, de admirando illius ingenio, dum inter partes ferè medium sese gerere studet coniecturâ faciat, & dissidij inter ipsum & alios exorti fontes propius aspiciat. Sic itaq. ille hoc anno scripsit Petro Barbirio 13 Aug: eaq. Epistola est secunda in Epistolarū eius volumine. Initio, inquit, dici non potest, quàm multi, qualesq. viri Luthero fauerint. Ego è pauculis pagellis degustatis, visus sum mihi subodorari, rem exituram in tumultum. Et mihi sane adeo est inuisa discordia, vt veritas etiam displiceat seditiosa. Primus omnium admo-

nui hominem literis, ut rem Euangelicam Euangelica mansuetudine moderatione, traheret, &c: Equidem ut mihi videre videor, esse quadam in Ecclesia recepta, quae magno Christiana religionis bono mutarentur: Ita nihil placet, quod huiusmodi tumultu geritur. Si communicato inter ipsos consilio, docti libellis ob signatis, viri usque ditionis proceres admonuissent, quae iudicassent ad Euangelicam doctrinam sinceritatem attinere, fortassis & ipse fuisset vnus, qui sedulo, quod potuisset, consuluissem. Nunc quid furiosius quam rem tantam maledicis libellis & clamoribus agi? Quo quidem in negotio primum vring, peccatum est. Mea sententia, nimium calidis consilijs hinc atque hinc res gesta est, &c: Porro quod dicitur, Lutherum quadam haussisse e libris meis, mihi in manu non erat praestare, ne quis scriptis meis in posterum abuteretur, quando hoc nec Euangelistae nec Apostoli prestare potuerunt. Scripsi eo seculo, quae tum videbantur ad bonos mores conducere: fortassis quadam scripturus circumspicius, si praesens exoriturum hoc seculum plus quam tragicum. Idem lib. 14. Ep. 7. die 23 Augusti eodem anno: Video tempestatem esse periculosissimam, in qua mihi sentio cur sum sic esse moderandum, ut nec hominibus audelando Christi negotium deseram: nec me frustra in discrimen aliquod conijciam. Lutherus veluti malum Eridis misit in mundum, cuius nullam omnino partem non turbatam videtis moribus: sed video propemodum vsu venire, ut pharmacum parum esset, quod Danomorbi vim exacerbarit, verius quam expulerit. Atque vrinam verum opinor, leuibus pharum Rex Christiernus mihi simile quiddam dicenti respondit, ludens corpus omne concutiant, macis nihil agi, sed illud esse remediorum efficacium, ut primum corpus omne bene vertat, quemadmodum ferunt Mineruam $\delta\upsilon\sigma\kappa\epsilon\lambda\iota\alpha\upsilon$ Atheniensiam bene fortunare solitam. Idem in Epistola ad Montioium lib. 17. epist. 26, nec cum Luthero, nec cum vilo Luthero no fedus clancularium inij, & adeo non addidi cuiquam animos, ut omnes quos potui deterruerim ab instituto periculoso. Tantum improbabam quorundam praecipites tumultus, praesertim apud populum, priusquam satis appareret, quorsum iret Lutherus. Nemo non fatetur disciplinam Ecclesiasticam longe prolapsum esse a sinceritate Euangelicae laqueatas. His malis Lutherus bonus ac doctus videbatur remedium allaturus. Et passim fauentibus omnibus, solus extiti monitor, ut stylum verteret, ac negotium tractaret Euangelicam mansuetudine, &c: Iactant aliqui Lutherum quadam e meis libris haussisse, at quo pacto queam prestare, ne quis meis scriptis abutatur, cum plurimi sint abusi libris Euangelicis? Et tamen si quis Deus mihi praedixisset hoc seculum exoriturum, quadam aut non scripsissem, aut aliter scripsissem: non quod perniciosa scripserim, sed quod non omnia quouis tempore recte dicuntur, &c. Nec technis quorundam, nec pollicitis, nec odijs aliorum vnquam percelli potui, aut potero, ut alius sim quam Christianus. Male sit omnibus qui gaudent dissidiorum vocabulis, &c. Vide lib. 14. ep. 6. 13. 19. Item lib. 17. ep. 18.

M AVRICIVS Dux Saxoniae Elector, ducis Henrici filius, nascitur 21 Martij. De hoc toto anno legant studiosi narrationem Camerarij in vita Philipptusianarum & nouorum Prophetarum, &c.

5492 **ADRIANVS VI.** natione Belga, Traiectensis, creatur Romae Pontifex 9 Ianuarij. Hic nomen suum non mutauit retinens Adriani nomen: fuit vir doctissimus, & Caroli V. quondam Praeceptor. Sedit an. 1. mens. 8. dies 6. Onuph.

Noribergae ordines Imperij conuentum agunt, in quo deliberatum est de bello Turcico & Religione.

ADRIANVS VI. PP. legatum isthuc misit Franciscum Chere-

L V T E R V S propter tumultus Carolostadianos ex Pathmo reuertitur Vitebergam, feria 5 post Esto mihi, 6 Martij: Primam concionem habuit Dominica Inuocauit, in qua taxauit Carolostadium, qui (ut Luteri verba vsurpemus) sua inepta docendi ratione populum eod perduxerat, ut sese Christianum arbitraretur per has res, si vtraque specie communicaret, si tangeret, si non conficeretur, si imagines frangeret.

Eodem tempore Luterus confligit cum fanaticis hominibus, Nicolao Storck, Thoma Múnzer & alijs, nouorum Prophetarum antesignanis,

nis, qui iactabant arcanas reuelationes Angelicas, & colloquia cum DEO: Baptismum quoque paruulorum primi impugnabant. Hæc fuerunt semina doctrinæ Anabaptistarum, sparsa per Prophetas illos, qui ex vrbe Cygnæa Vitebergam absente Lutero venerant. Melanthon scribit, Carlostadium damnasse omnes leges, ab Ethnicis conditas, & contendisse, in foro ius ex Mose dicendum esse, cum non intelligeret vim & naturam Christianæ libertatis.

CARLOSTADIUS ægrè ferens Iconomachiam suam à Lutero improbari, factus est ab eo alienior.

LUTERVS Henrico Regi Angliæ respondit calamo asperiore: cuius scripti vehementiam non omnes amici Luteri probarunt. Erasmus ea de re ita: Si Luterus collatidato pio Regis studio rem solidis argumentis fortiter peregisset, non violata regia dignitate, rectius opinor consulisset suæ causæ. Idem: Quid inuitabat Luterum, vt diceret in libello aduersus Regem Angliæ: Veniatis Domine Henrice, ego docebo vos. Certè Regis libellus latinè loquebatur, nec ineruditè.

Ab hoc anno incipiunt Epistolæ Melanthonis ad Camerarium, in quarum priore Carlostadius notatur voce Alphabeti, eò, quòd vir ille, quandoque in scriptis publicis exprimeret initialibus alphabeti litteris nomen suum. A. B. C. D. Andreas Bodenstein Carlstadius Doctor.

Monachi lectis Luteri & aliorum scriptis de votis Monasticis, suo se voto exoluentes, egressi sunt Monasterijs. Ita multis in locis Monasteria, quæ annis 300 à Dominici & Francisci temporibus condita fuerant, mira celeritate Monachis vacua, vel in solitudinem redacta sunt, vel alijs alijs vsus præbuerunt.

Nouum Testamentum à Lutero translatum in linguam Germanicam in lucem prodijt, circa diem Matthæi. Eius lectione Catholici quidam Principes & Episcopi subditis suis interdixerunt.

Hoc anno de Inuocatione Sanctorum quidam Theologi quærere ac disputare coeperunt, cum Luterus illam Sanctorum compellationem nondum improbaret, sed vt liberam aut certè non necessariam cuique permitteret.

OSIANDER Norinbergæ primam Concionem habuit die Dominico 23 Februarij, tractauit Euangelium de Semine.

De hoc anno vide Camerarium in vita Philippi pag. 50. 51. &c.

Rhodus capta à Turcis 25 Decemb. die natali Christi, cum Rhodij Christianorum Regum auxilijs destituti deditioem facere cogereantur, pacti corporum suorum & rerum omnium incolumitatem, quam ipsis Solymanus prestittit. Plerique Christianorum in Insulam Melitam migrarunt. Rhodum Insulam fratres hospitalarij S. Iohannis tenuerant annis plus minus 254, quorum opulentia ex hoc in immensum creuit, quòd bona Templariorum in eos potissimum translata fuerant.

IOANNES Reuchlinus Capnio, Phorcensis, qui primus Græcarum & Ebraicarum literarum studia in Germania excitauit, mortuo Ieterico extinctus est Stutgardij 30 Iunij: ætatis 67. Testamentis libros Ebræos & Græcos donauit Collegio Phorcensi, ita vt ibi in templo publicè seruentur, & ab omnibus inspici possint. Huic Erasmus in Colloquijs scripsit Apotheosin, vbi more suo (vt ita loquar) ludens non ludens, Capnionem in diuorum numerum relictum conceptis verbis salutare docet: Scholasticis etiam precationibus vt Deus dono linguarum per Reuchlinum renouato, eiusque cultoribus, clementer faueat, ac efficiat vt omnibus linguis omnes vbique prædi-

prædicent glóriam Filij Dei, & confundat linguas Pseudapostolorum, qui couiurati substruunt impiam turrim Babel, Dei glóriam obscurare conantes, dum suam student attollere.

Nati sunt:

I. ALBERTVS Marchio Brandenburgensis Castmirifilius, 28 Martij, Onolsbachij. Huius bellatoris fuit fortuna varia.

II. LAZARVS Suendius artibus bellicis clarus 2 Feb. Eb.

III. LAMPERTVS Distelmeyer, LL. Doctor, & Cancellarius Electoris Brandeb. 22 Febr. sub exortum solis, Lipsia. Hic est Magnus ille Indicis huius Chronologici Patronus.

ERASMVVS postridie Paschatis scripsit vel librum vel Epistolam Apologeticam ad Christophorum Episcopum Basiliensem de interdicto esu carniū; vbi in vtraque partem disputat de Ieiunijs, festis, Sacerdotum coniugio, Præsulum officio, Scandalo, emptione diplomatum Pontificiorum & abrogatione constitutionum veterarum. Exagitat etiam diuitum lauta ac delicata ieiunia: quorum culinas ait nullis diebus esse operosiores quàm pisculentis: opulenti mutatum cibi genus voluptati esse, fastidijque remedium: eosque aut porrum arrodens, hoc obsonium addat atro ac fursuraceo panis proque multo diuitum aquam e lacuna bibat. Postremò vt inquit de quibus nunc est sermo, primum inuecta consuetudine, qua quos obliget, in quibus, & quatenus, quando, quamdiu, prolixius sit hic differere. Illud videtur certè probabile, consuetudinem non arctius alligare quenquā, quàm voluerint ñ, qui consuetudinis fuerunt autores. Sit interim semper exceptū offendiculum & contemptus. Qui ieiunat non hoc nomine sibi placeat, quasi rem magnam agat, nisi maiora adiecerit: Qui non ieiunat, non turbet publicam consuetudinem, vitans offendiculum infirmorum quantum commodè potest. Qui abstinet, caueat, ne contra doctrinam Euangelicam & Apostolicam iudicet proximum ex eo quod natura sit anceps, & recte vel secus fieri possit.

5493

Cum Adrianus Pontifex per legatum Germanis non solum de Ecclesiarum emendatione, sed etiam de curia Romana Reformatione aliquantò liberalius fuisset pollicitus, Proceres imperij e conuentu Norico Romam miserunt certa capita grauaminum (ita tum appellarunt) quibus Germaniam nimium exhaereri, & intolerabili seruitutis iugo premi significarunt. Norici verò conuentus exitus hic fuit, quod Principes die 6 Martij decretum ediderunt in eam sententiam, in qua & Adriano scripserant: viam inuende concordia in religione esse omnium rectissimam, si primo quoque tempore Concilium vniuersale atque liberum in Germania celebretur, & huius decreto controuersie dirimantur ac tollantur: Et interim Theologi nouorum librorum editione abstinentes Euangelium purè & modeste, iuxta probatas & ab Ecclesia receptas interpretationes doceant, &c. Hoc imperij decretum cum alij aliter acciperent, plerique etiam contemnerent, Lutherus datus ad Principes literis illud pro se interpretatus est.

Formula Missæ & Communionis ex Luteri præscripto Vitebergæ edita: & abolito Canone Missæ Cœna Domini celebrata: Hæc fuit prima reformatio rituum Missæ & Communionis, etsi Carolostadius tale quid etiam ante hoc tempus ausus fuerat. Reuocata item est in vsum Confessio auricularis & priuata absolutio, quam Carolostadius aboleuerat.

LVTERTVS Pentateuchum, id est, quinque libros Moysi à se in linguam Germanicam traductos edidit: à morte Moysi 3000.

Publica.

1523

Publicavit item librum de dignitate & officio Magistratus Politici, cuius lectione in primis delectatum ferunt Fridericum Electorem. De Sacramenti adoratione scripsit ad Waldenses, quos Picardos as Ij vocant.

Bruxellis duo Monachi Augustiniani, Henricus & Ioannes, sub Inquisitore Iacobo Hogostrato Dominicano, flammis sunt traditi Calend. Iulij, & primi inter Luteranos, propter religionis doctrinam, vitam profuderunt. Hos Luterus ob confessionis constantiam Cantico, quod in multorum est ore, celebravit & ut sui temporis primos Martyres canonizavit. De his ita Erasmus lib. 21. Episto. 7.

Sit sane conyiciendus in ignem, qui pugnat aduersus articulos fidei, aut si quid aliud magno Ecclesia consensu receptum est, ut cum illis parem habeat auctoritatem: At equum non est, ut quiuis error igni puniatur, nisi accedat seditio, aut aliud crimen, quod leges capitula puniunt. Neq; enim hoc valere debet Euangelij pretextus, ut impune peccetur: sed ne omnino peccetur, etiamsi per leges liceret impune. De potestate Pontificis in multis articulis Theologi Parisienses dissentiant ab Italis, & alteram partem errare necesse est. Neutra tamen alteram ad ignem vocat. In multis dissentiunt, qui Thomam sequuntur, ab his qui adherent Scoto: Et utrosq; fert eadem schola. Nunc magnopere vereor, ne vulgaribus istis remedijs, hoc est, palinodijs, carceribus, & incendijs, malum exasperetur. Bruxelle primum exusti sunt duo. Tum demum cepit ciuitas favere Luthero. Si lues hac dimanasset ad paucos, posset utique, amputari: nunc adeo late peruagata est, ut ipsis etiam Monarchis existimem metuendum. Non hac eò spectatur, ut censeam hoc malum esse negligendum: sed ut doceam, vulgaribus remedijs non esse exasperandum. Quem mouet illa Palinodia, incendijs metu extorta? Deinde vnus aut alter adfectus supplicio, quid aliud quam irritat tam numerose factionis animos? Agè fingamus his remedijs opprimi posse malum, quid refert opprimi, mox vehementius repullulaturum?

Idem lib. 24. Epist. 4. Cum Bruxella primitias immolassent exustis duobus Monachis Augustinensibus, tertio in carcerem reducto & clam interfecto, cum mira constantia mortem oppetissent, quae res iudicibus grauem mouebat inuidiam, sparserunt ridiculam fabulam, vnum ex illis apparuisse cuidam Augustinensi, qui nunciaret animas illorum esse incolumes, quod in extremis respiciissent, videlicet iam in ipso incendio: idq; factum precibus virginis Maris. Nam & prouide visitationis exusti sunt, & Nicolaus Carmelita magno studio sacrificium hoc procurarat. Rogatus carnifex, ecquam penitentiae vocem edidissent in rogo, negauit: sed cum ducerentur ad palum, clara voce testati sunt, se mori Christianos: Et alligati palo, admoto igne, canere ceperunt symbolum fidei, mox doxologiam, Te Deum laudamus, donec flamma vocem intercluderet.

Moniales Psalmodum libros Latinos de manibus deponere, habitum religiosum exuere & Monasterijs valedicere ceperunt, contractoq; matrimonio factae sunt matresfamilias.

LEONHARTVS Köppen, ciuis Torgensis, feria tertia Paschatis: 7 April: nouem Moniales genere nobiles, ex Monasterio Nimptschen extractas Vitebergam adduxit, inter quas fuit Catharina à Boren, postea nupta Luthero.

Inter Vhricum Huttenum & Erasmum exorta est simultas, quae vtriusq; scriptis dentatis & mordacibus orbi patefacta est. Huttenus libellum edidit hoc titulo: Expostulatio Vhrici ab Hutten cum Erasmo Roterodamo. Huic Erasmus opponit suam Spongiam (is est libelli titulus) aduersus Hutteni aspergines.

OTHO Brunfelsius Hutteni mortui defensionem suscipiens regerit in Erasmum conuicia, &c: Huius certaminis multa fuerunt causa, sed prima quasi fax fuit Epistola Erasmi ad Marcum Laurinum quae extat lib. 23. epist. 6. ubi haec verba leguntur: Antequam dissidium hoc lucusq; intruderet, cum omnibus ferme Germaniae doctis habebam literariam amicitiam, mihi sane perquam iucundam. Horum nonnulli refrixerunt in me: quidam prorsus alienati sunt: nec de multis confuerudinem, qui nunc seuiore sunt in Lutherum quam vellem, imò quam expedit ipsi causae. Nec ideo submoueo quenquam ab amicitia mea, si paulò propensior est in Lutherum: nec ideo renuncio cuiquam amicitiam, si ferocior est in Lutherum, cum vterq; quod facit, bono studio faciat. Sic enim interpretor, cum in amico, tum in viro, non malo, &c. Fuit hic Huttenus, paucorum dierum hospes,

interim nec ille me adiit, nec ego illum: & tamen si me conuenisset, non repulsem hominem à colloquio, veterem amicum, & cuius ingenium mire felix ac festium, etiã nunc non possum non amare. Nam si quid illi præterea negotij est, nihil ad me pertinet, &c. Ibidem de causa Lutherana ita scribit: Altera pars contemni non potest: altera contemni non vult: & haud scio, an alterutra possit opprimi sine graui etiam bonarum rerum ruina, &c.

CHRISTIERNVS Dania Rex cum impotenter gessisset Remp. suã, scuitia cunctos regni ordines offendisset, Friderico patruo ac Lubecensibus in ipsum arma sumentibus, regno suo profugit, unã cum liberis & uxore Elizabetha (alijs Isabella) Caroli Caesaris sorore, pietatis virtutumq; omnium laudibus celebratissima.

FRIDERICVS Holsatiae Princeps creatur Rex Dania.

IOANNES Hessus Theologiae Doctor, Staphyli focer, Vratillae uiae praeficitur Ecclesiae ad S. Mariam Magdalenam 19 Octobris.

ADRIANVS Rom. Pontifex non sine veneni suspitione moritur 13 Septembr. Successit Clemens VII. Sedit an. 11 non plenis. Eras. in Epist. Adrianus fauebat Scholasticis disciplinis, nec mirum si illis fauebat in quibus à teneris unguiculus educatus longo interuallo præcedebat omnes: sed ita fauebat tum vt apud eum prima esset pietatis ratio, satis etiam æquus & candidus erga bonas literas ac linguas, &c: Huic per certum hominem significauit, me libenter communicaturum quod videretur, modo liceret impune. Exegit vt id facerem breui, Non offensus est, sed tamen non respondit. Vnde facile diuinari, non idem illi placuisse, quod mihi videbatur expedire.

FRANCISCVS à Sickingen eques Germanus & Lutheri amicus, infelici bello implicatus, quod gesserat anno superiori contra Archiepiscopum Treuirensem, obsidetur à quibusdã Principibus in arce Mandstal, decusso ex bombardarum actu tramite leditur ac moritur. Paral. Vrsp. Huius multa fit mentio in prioribus Tomis Lutheri.

ULRICVS Huttenus, carmine & ense potens moritur aet. 36, in Insula lacus Tigurini. De die obitus dissentiunt scriptores. Eberus habet 31 Augusti: sed Erasmus in spongia 29 Aug. Totam historiam obitus Hutteni latissime describit Camerarius in vita Philippi, pag. 92, & 93.

Huius crebra fit mentio in Epistolis Lutheri: & extat Hutteni ad Lutherum Epistola bellum spirans aduersus Lutheri hostes.

5494

Mathematici propter inusitatam coniunctionem Planetarum in signis humidis prædixerunt diluuium, quod anno sequenti mutatum est in bellum Rusticorum, ubi verè fuit diluuium cruentum.

Noribergae in conuentu fit decretum 18 Aprilis de indicendo libero Concilio in Germania.

LUTERVS deponit cucullum Monasticum Dominica 20 post Trinitatis, die 9 Octobris.

ERASMVS à Rege Angliæ & Cardinali Eboracensi persuasus stylum strinxit in Luterum, edita Diatribe de libero Arbitrio mense Octobris. Cui Luterus anno 1526 mense Aprili opposuit scriptum de seruo arbitrio. Acta res est suspensis omnium eruditorum animis & oculis, exitum rei speculantibus non aliter ac si duo magni montes iam concursuri & præliaturi essent. Verùm quomodo isti duo montes mixti sint, loquantur libri publicati. Ea de re vide Erasmi Epistolas lib. 19. Epist. 1. 2. 3. 4. & antepenultimam.

HENRICVS Sudphaniensis Prior Augustinianorum Antuerpiae & Luteri auditor, cum Euangelium Bremæ docuisset biennium, ab Officiali Bremensi interceptus, in Dietmarsia propter Luternam religionem flammis exustus est 11 (alijs 10) Decembris.

Bellum Sacramentarium inter Carlstadium & Luterum exortum est. Luterus & Carlstadius de bello inter se gerendo & euulgandis aduersarijs scriptis pacti sunt. Luterus conditionem accipiens in testimonium

1524

monium initi pacti Carlstadio donat aureum nummum die Lunæ in
Octava Assumptionis Mariæ 22 Augu. Ihenæ in Thuringia. Carl-
stadius profert & publico scripto confirmat in verbis Cœnæ Domi-
ni suum ^{testo}. Ex eo tempore non solum hi duo, sed eorum quoq;
discipuli aut successores aduersis calamis acriter & perniciosè de Cœ-
na Domini certarunt, & stylis mutuam se confoderunt. Fecerunt
illi duo viuendi finem: Sed belli Sacramentarij hoc anno orti hodie
nondum est finis. *Nullum bellum citius exardescit, nullum tardius de-
sagrat, quam Theologicum.*

ZVINGLIUS scripsit Epistolam ad Matthæum Alberum Ec-
clesiasten Reutlingensem, in qua suam de Eucharistia sententiam
explicat. In calce Epistolæ eum adiurat, ne cuiquam mortalium
eam communicet, præterquam ei, quem constat in fide IESU sincer-
um esse. Data est hæc Epistola 16 Nouemb. Exposuit autem ver-
ba Cœnæ per tropum: Est, pro, Significat, &c.

Ab hoc tempore incipit historia Sacramentaria scripta à Ludouico
Lauathero Tigurino, ad quem librum remittimus Lectorem, ne
postea nobis opus sit, causæ sacramentariæ historiam prolixè repe-
tere, aut recitare.

THOMAS Münzerus Stolbergensis & Concionator Alstetensis,
edidit scripta quædam aduersus Luteranos, quibus meram effudit
rabiam. Liber aduersus Luterum ab eo scriptus, dedicatus & num-
cupatus est Christo, Principi, vt ipse loquitur, Illustrissimo, &c.
Item Luterum flagellat, quod Enthusiastico spiritu careat, & nihil
nisi carnalia sapiat. Idem ad Melanthonem scribit Epistolam seria
& post Annunciationis, cui hæc verba inseruit: *Non in solo pane viuunt
homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Videte, De ore Dei & non ex libris
proficitur. Testimonium quidem verbi veri ex voluminibus est. Nisi enim in corde o-
riatur, verbum hominis est, damnans scribas versipelles, qui surantur oracula sancta, Ie-
remia 23: Nunquam eus Dominus locutus est, & ipsi vsurpant verba eius. O carissimi,
operaminate vt prophetæ, alioqui theologia vestra non valebit obulum. Conside-
rate Deum vestrum è vicino & non à longe.* Idem hoc anno edidit protesta-
tionem suam vnâ cum Apologia de fide & baptismo, ex quibus ap-
paret eum fuisse hominem fanaticum, qui semina doctrinæ Enthusi-
astarum sparsit, & incautos homines prodigiosis *νενοφρονίας* fascina-
uit & dementauit.

CASPAR Schwenkfeldius Nobilis Silesius Cal. Ianuarij edidit li-
brum inscriptum Iacobo Episcopo Wratisslauenfi, quem hortatur,
vt puram Euangelij doctrinam amplectatur. Sed eo tempore ad-
huc sensit cum Lutero.

Ossa Bennonis Episcopi Misnensis more solenni Misnæ effossa, exal-
tata atq; collocata sunt in tumbam marmoream 16 Maij. Alijs res-
ligioni res fuit; alijs ioco & risui. Hac occasione Luterus edidit li-
brum de exaltatione Bennonis. Fabric.

LUTERUS edidit Psalterium Davidis Germanicè. Item: li-
brum contra seditiosos. Et Epistolam ad Principes Saxonie Fride-
cum & Ioannem aduersus Iconomachos & Enthusiastas, iactantes
suas illuminationes & colloquia cum Deo.

GUSTAVVS ab Erxen à Senatoribus Lubecensibus in Regem Suecia creatus
& coronatus est 24 Iunij.

Obierunt:
I. **NICOLAUS** Leonicerus Medicus Vincentinus, Illustras-
tor Dioscoridis, qui Ferrariæ docuit amplius 60 an. ætat. 96: 8 Iun.
II. **THOMAS** Linacer Anglus, Medicus excellens, cuius ex-
tat liber de lingua latina: 20 Octob.

III. PETRVS Mofellanus, patria Protegensis Treuitorum
C. S. E. Lipsiæ 19 Aprilis, ætatis 31.

*GVILELMVS Nesenus Witeberga perijt in Albi media ætate: Historiam
obitus prolixè describit Camerarius in vita Philippi pag. 98, 99, &c. Fuit
vir doctissimus, ad quem Erasmus aliquot scripsit Epistolas qua extant: Et
in Camerarij Epistolis fit mentio miserabilis exitus Nesei. Hic autem casus
Melanthonem inprimis afflixit, & in summum mœrorem coniecit. Luthe-
rum quoq; ita affecit, ut cum corpus Nesei ex Albi extractum in litore iace-
ret, Lutherus adstans & in cœlum cum lachrymis suspiciens diceret: O Nese-
ne, si mihi datum esset donum miraculosum excitandi mortuos, si vllum un-
quam excitassem, te nunc excitarem.*

Nati sunt:

I. Illustrissimus & optimus Princeps Georgius Dux Lignis
censis, Alij tamen referunt ad annum 1523, diem 18 Iulij.

II. Victorinus Strigelius in Stauffbawern Sueuic, Theologus
doctissimus, C. S. E. 26 Decembris.

III. ABDIAS Godescalcus Prætorius Theolog: & triumlin-
guarum peritissimus. C. S. E. 28 Martij.

IIII. PETRVS Canisius Theologus & Societatis Iesuitarum
Princeps: apud Belgas.

V. MARTINVS Thaburnus Illustris Scholæ Goltber-
gensis Rector (vir natura & arte bonus) 9 Nouembris Glogouiz.
Hoc ipso anno Valentinus Trozendorffus præfectus est illustri gy-
mnasio Goltbergenfi.

FRIDERICVS Miconius Annæbergæ excommunicatur die
Passionis Domini, in Monasterio Franciscanorum, ideo publico
scripto rationem reddidit, cur die Palmarum docere cœpisset Eu-
angelium.

*Mense Nouembri cœperunt à suo Domino Comite Luffio Sueno discedere homi-
nes Rusticani propter onera, quibus grauari se nimium, querebantur: idem
& alij dein de vicinis faciebant, in suum quisq; Magistratum.*

Canonici Vitebergenfes in templo Cathedrali reformationem Eccles-
siæ suæ instituerunt, abrogatis Missis priuatis in huius anni exitu 24
Decembris.

5495

*Seditio Rusticorum per Sueniam atq; vicinam Germania partem que est ad Di-
nubium primo vere exorta. In Thuringia quoq; Thomas Munzerus concio-
nator Alstetensis rusticos seditiosos ad arma aduersus Magistratum Sumer-
da, concitauit. Lantgrauus primum conflixit cum rusticis 14 May Domin-
nica Cantate, ad oppidum Thuringia Frankenhufum. Die sequenti 15 May
Munzerus ad pugnam milites rusticanos cohortans, ait: Se bombardarum
globos omnes emissos excepturum & collecturum manica tunica sua. In hoc
itaq; secundo conflictu Lantgrauij cum rusticis ceciderunt ad quinq; circiter
millia agricularum. Frankenhufij capti sunt ferme 300, & capite multati.
Hæc fuit cruenta Catastrophe huius tumultus, in quo miseri homines pro liber-
tate sua armis recuperanda vitam amiserunt, & fidem fecerunt. Adagio:
Dulce bellū inexpertis: quibus magis profuisset domi in horreis multo cum
sudore flagris ligneis frumentum excutere, aut furcis laborare, quàm sub im-
pio Marte iniqua stipendia, vulnera, neces & furcas mereri. Bene tamen in
hoc prælio cum quibusdam actum est, qui degustata belli suauitate pedibus pro
armis vsi & depositis hastis domum ad beatos rastros, benedictum aratrum,
sanctamq; stiuam recurrerunt. Munzerus Frankenhufij capitur, in lecto
iacens, & morbum simulans, qui in carcere questionibus subiectus cum præ-
ciariis, inquit, Munzere: sed rursus cogita miserorum hominum cladem qui
per te nefarie circumuenti hodierno die perierunt. Tum ille magno cum risu.
Hoc vo-*

1525

Hoc voluerunt, ait. Ad supplicium ductus animo fuit consternato, atq; deie-
cto, neq; sua fides rationem explicare poterat, & ipsius confirmandi causa
Henricus Dux Brunsvicensis voce illi praebat: Moriturus autem agnosce-
bat delictum & errorem, idq; palam profitebatur, & militum septus corona
Principes hortabatur ad maiorem clementiam erga miseros homines: ita fo-
re, ut nullum eiusmodi posthac sit ipsis eximescendum periculum: simul
monebat, ut libros Regum in S. Biblijs diligenter euoluerent. Eo confecto
sermone gladio percutitur, & exempli causa caput eius affixum hasta medijs
in campis collocatur. Sleid. Restincto nonnihil incendio Rusticorum ela-
psus Carolostadius per sportam de muro Rotenburgensi (isthic enim per hye-
mem totam latuerat) demissus est: Ministri autem Ecclesia Rotenburgy ad
Tuberam flumen securi percussit, & ingens ciuium numerus erutis luminibus
ad calamitosissimam mendicitatem redactus est.

LUTERVS & MELANTHON hoc anno scripta quaedam
ediderunt contra Articulos à seditiosis rusticis initio anni antequam
praeliarentur, publicatos.

BELLVM SACRAMENTARIVM inter Luterum, Zuinglium & Oeco- lampadium.

ZVINGLIVS hoc anno mense Martio primum edidit commen-
tarium de vera & falsa religione. Et: Subsidium de Eucharistia
mense Augusto, quo tropum in verbis Cœnæ defendit. Idem 13
Aprilis, qui fuit dies Cœnæ Domini, abolitis veteris Missæ ceremo-
nijs primum Tiguri celebrauit Cœnam Domini eo ritu, qui hodie
apud Tigurinos in vsu est.

IOHANNES Oecolampadius, Basiliensis Ecclesiæ Pastor, edidit
primum suum scriptum de Eucharistia, hoc titulo: De genuina ex-
positione verborum Domini: Hoc est corpus meum.

POMERANVS breui Scripto respondit Zuinglio.
Sueuici doctores libro Oecolampadij opposuerunt Syngamma con-
scriptum Halæ Sueuorum 12 Octobris, cui inter ceteros subscri-
psit Brentius. Oecolampadius verò Sueuicis respondens, Anti-
syngamma de Cœna Domini publicauit.

Ordinationem Ministrorum Euangelij instaurauit & in Ecclesiam re-
duxit Luterus Dominica Cantate, 14 Maij, cum primus ordinan-
dus esset Georgius Rorarius.

Missæ primum celebrata est Vitebergæ lingua vernacula Dominica
20 post Trinitatis die 29 Octobris.

Sub huius anni initium Luterus edidit duos libros hoc titulo: A duer-
sus Cœlestes Prophetas & fanaticos, in quibus confutatur Carista,
dij sententia de Cœna Domini & Iconomachia.

Sacrarum cantionum Germanicarum libellus anno superiore à Lute-
ro & alijs compositus, prodijt in lucem huius anni initio.

LUTERVS scripsit librum, de abominatione Canonis Missæ,
de quo id semel monendus est Lector, Luteri libris de abroganda
Missæ contradixisse (vt autor est Cochlæus) plurimos ex Catholicis
Theologis: In Anglia Iohannem Episcopum Röffensem: In Ger-
mania, Iohannem Episcopum Viennensem: In Gallia Clichto-
uzum: In Hispanijs Quintanam: In Bauaria Eccium: In Mar-
chia Mensingum: Sermone germanico Dietenbergium, Emserum,
Cochlæum, plurimosq; alios.

LVTERVS (ætatis 42) die Martis post festum Ioannis Baptistæ,
(27 Iunij) duxit uxorem Catharinam à Bora.

FRANCISCVS Rex Gallia capitur à Ducibus Caroli V. 24 Febr. in prelio
ad Ticinum, & apud Mantuam Carpetanorum in Hispania in custodiam detur,
eo ex Italia triremibus transfretus. Hic cum diuturnioris carceris im-
patiens ager esset, Cesar cum agrotantem inuisit, & familiaritate, dulcedi-
neg, colloquij sui Regem moribundum non solum confirmavit, sed etiam ad
libertatis spem certam erexit. Hanc colloquij sui suavitatem postea rebus
comprobavit, ac Regi in uxorem data Eleonora sorore sua, Emanuelis Lusita-
ni Regis vidua, firmam cum eo, certis legibus latis, accepit, & pacem corrobora-
vit: septem diebus cum eo amicissime consumptis, Regem iam ad suos in
Galliam redeuntem honoris causa deduxit, concesso illi etiam inter egul-
tandum latere dextro. De hac pugna ad Paptam, quam nobis iuuenibus se-
tib. 16, ubi exponuntur deliberationes in senatu Cesaris institute, de condi-
tionibus Regi ferendis, &c.

ALBERTVS Marchio Brandeb. relicto ordine creatur primus dux Prussiae
à Sigismundo Rege Poloniae, & Ducatum illum hereditarium accipit, qui
antea ad fratres Ordinis Teutonici pertinebat: ita is qui antea erat Mag-
ster Ordinis, iam salutatur Dux Prussiae. Func. Sleid.

Obierunt:

I. **FRIDERICVS** Elector Saxoniae 5 Maij, ætatis 63:
Successit in gubernatione Iohannes frater eius.

II. **MARTINVS** Dorpius ad quem Erasmus plurimas scri-
psit Epistolas, in Anglia 31 Maij. Hunc ait Erasmus non perinde
vt alios detestatum esse quicquid vlllo pacto Luteri dogmatibus ele-
fet affine.

III. **IACOBVS** Ceperinus, cuius extat Græca Grammatica,
ætatis 26, Tiguri.

IIII. Berolini Monachus, qui pro Concione S. Paulum mendacij
arguerat, subito in suggestu extinctus est apoplexia, die Stephani.

Nati sunt:

I. **IOHANNES** Georgius Elector Marchio Brandeb.
11 Septembris.

II. **CASPARVS** Cruciger Theologus Caspari filius, 10
Martij, C. S. E.

III. **CASPARVS** Peucerus Philosophus & Medicus excel-
lentissimus Melanthonis gener, C. S. E. 6 Ianuarij.

IIII. **IVSTVS** Ionas, iunior, Iuriconsul. Iusti Ionæ Theolo-
gi filius, 3 Decembris.

V. **CHRISTOPHORVS** Stymmelius Theologus,
editis scriptis clarus, Pastor & Superintendens Ecclesiae Stetinæ-
sis, &c. 22 Octobris, Francofurti ad Oderam.

VI. **VICTORINVS** Schönfeldt Mathematicus insignis,
Hoc vel sequenti anno mortuus putatur Iohannes Stanpitius Lutheri patronus,
in Episcopatu Salzburgenfi, cuius etiam scripta supersunt. Ad hunc annum
pertinent plurimæ Epistola Erasmi lib. 18.

5496

FRANCISCVS Rex Gallia ex custodia dimissus cum Pontifice ac Venetijs fe-
dus contra Casarem facit.

LVDOVICVS Rex Vngariae in campo oppidi Mohacz, occumbit die decolla-
tionis Iohannis 29 Augusti: etat. 20. Et successit Ferdinandus Rex Vngar-
riae. Et hoc anno Silesia venit in potestatem Regis Ferdinandi.

IOHANNES de Zapolia, Waiuuoda Transylvaniae & Comes terre Scepusen-
sis, post Ludouici Regis funestum occasum à nonnullis regni proceribus Rex
salutatur die Martini, Palatino regni Stephano de Bathor atq. alijs Baroni-
bus

1726

bus & Magnatibus non consentientibus. Hec Backschius Chron. Vngar.
Nuptie Caroli V. cum Isabella Emanuclis Portugalia Regis filia.
Conuenius Spirensis inchoatur 25 Iunij: de quo vide Sleid.
ERASMVS Hyperaspisten edit aduersus Luterum.
Disputatio Badensis inter Eccium & Oecolampadium de Coena Do-
mini & alijs articulis, 16 Maij.
SVENKFELDIVS & Krautwaldus in Silesia spargunt suum
dogma de Coena Domini.
THOMAS Anabaptista fratrem Leonhartum in parentum præ-
sentia apud S. Gallum decollauit: frustra Abrahæ exemplum se-
cutus, 8 Februarij. Stumpf. I. 5.
POLYDORVS Vergilius Vrbinas, autor libri de rerum inuentoribus hoc an-
no Londini in Anglia edidit libellum de prodigijs. Vixit adhuc Polydorus
anno 1533.
Academia Marpurgensis in Hafsia constituta à Philippo Hafsia Lant-
grauio.
Regina Elizabeth coniunx Christerni Regis Daniae, Caroli V. Imp. Soror, Ma-
trona ob pietatem in Deum, aliasq; virtutes laudatissima moritur, sepulta
Gandau.
AVGVSTVS Dux Saxonie Elector, Henrici Ducis filius nascitur 31 Iulij:
annis 1587 propè completis à natali Augusti Caesaris.
JOACHIMVS à Berge, genere, doctrina, sapientia & virtute nobiliss: na-
scitur propè Glogouiam Herndorsij in Silesia 23 Martij sub ortu solis. Huius
viri subiectionibus historicis multum vsi, multumq; adiuti sumus in hoc ope-
re: idq; gratitudinis ergo profitemur.
ERASMVS 21 Maij scripsit Apologiam de edito libello Collo-
quiorum familiarium, quæ ad Colloquiorum calcem adiecta est. Et
iusdem de hoc libello iudicium vide Epist. lib. 21. ep. 33. Et lib. 22.
Epist. penultimam.
Prima visitatio Ecclesiarum instituta in Saxonie, de qua extat libellus
Latinus Melanthonis, hoc anno editus.
ROMA capta & direpta ab exercitu Caroli V. 6 Maij die Iohannis
ante portam Latinam, Anno V. C. 2278: postquam à Totila
capta fuerat 980, id est, decies & quater 70. Pontifex sese dedit 6
Iunij, quo die etiam suæ dignitati restitutus est. Vide Epistolam
Erasmi lib. 22. Epi. 25. 26. vbi ait, Pontificem Clementem in cle-
mentissimè tractatum esse.
FERDINANDVS Praga coronatur in Regem Bœmia die Matthia 24 Fe-
bruarij: Et in Regem Vngaria apud Albam Gracam 28 Octob. Alij 3. No-
uembri.
Torga celebrata sunt nuptie Iohannis Friderici Electoris Saxonie cum Sibylla fi-
lia Iohannis Ducis Cleuensis Dominica Exaudi. 2 Iunij.
LUTERVS edidit librum, quo defendit scriptorū verborum Coenæ
Domini aduersus Zuinglium & Oecolampadium, quorum vterq;
Lutero respondit.
Hoc anno prouolarunt in publicum multa scripta Anabaptistarum.
CASPAR Suenkfeldius relicta Silesia contulit se Argentinam.
Traiectinorum ciuitas in Geldriorum potestatem redacta est 6 Augusti. Chron.
Traiect.
Obierunt:
I. CASIMIRVS Marchio Brandeb. Buda 27 Septemb. at. 46.
II. ALBERTVS Durerus excellens pictor & vir sapiens Norber-
ge: 6 April. at. 56.
III. JACOBVS Hogostratus Colonia 17 Maij: de cuius morte vide
Eras. lib. 19. Ep. 13.

1527

Leonhar-

Carolus nuptus
in Januario 1520

1520
23 Junij

phib. vol. 1527
29 Junij

LEONHARTVS Cæsar ob Luteranam religionem iussu Principis Guilelmi in Bauaria crematur 16 Augusti.

Nati sunt:

I. MAXIMILIANVS II. Imp. Ferdinandi primogenitus, 1 Augusti Viennæ.

II. PHILIPPVS Hispaniarum Rex Caroli V. Imperatoris filius ex Isabella Emanuelis Portugallia Regis filia, in valle Doleti 21 Maij. *1526 23 Junij*

III. IOHANNES Albertus Dux Megalburgenfis Ducis Alberti filius 22 Decemb. Suerini.

IIII. BARBARA filia Ioachimi II. Electoris Brandeb. & coniunx Georgij Ducis Lignicensis ac Briggensis, 10 Augusti.

5498

BERNÆ Eluetiorum habita est celebris disputatio de Cœna Domini mense Ianuario. Post disputationem hanc imagines & aræ vnâ cum Missa, in aliquot vicinis locis sunt abolitæ.

LVTERVVS edidit maiorem Confessionem de Cœna Domini aduersus Zuinglianos, vnâ cum Confessione fidei suæ in cæteris doctrinæ articulis. Huic responderunt Zuinglius & Oecolampadius. Et quidem Zuinglius librum suum Principi Saxonie, & Halsitæ Lantgrauio, dedicauit. Bucerus quoq; edidit Dialogum Arrogantium, quo respondit Lutero.

Brunsvigæ & in Saxonie urbibus vicinis mutatio religionis instituta est per Iohannem Bugenhagium Pomeranum.

SVENKFELDIVS edidit confessionem suam de Cœna Domini, in qua in verbis Domini pronomen, HOC, ait demonstrare spirituale & celestem cibum.

REX Gallia cum Carolo V. Imp. exposulat, atq; Monomachian ei offeri, cui quid responderit Carolus, vide apud Sleid.

IOHANNES Cuspinianus Sueinfurtensis, Medicus, & Maximiliani Imp. Orator atq; diligentissimus inquisitor antiquitatis, qui Imperatorum historias edidit, & Consulum Catalogum contexit, hoc anno descripsit Austriam.

Obijt Georgius Fronspergius bellator celebris Apoplexia 20 Augusti. aet. 54.

BALTHASAR Hubmaier Doctör Anabaptisticus Viennæ crematur.

Nati sunt:

I. ALBERTVS Dux Bauariæ, gener Ferdinandi Imperatoris, 29 Februarij.

II. IOHANNES Basilius Magnus Dux Moscoviæ, 25 Augusti.

Nehic annus sine pugnis abiret, Erasmus 14 Febr. ludicrum bellum (ita enim interpretabor) mouit Ciceronianis, in quos scripsit. Mitiosus spectaret. In hoc libello Erasmus censuram suam exponit de Ciceronis, Melanthonis & aliorum stylo: Ouidium ait Poetarum Ciceronem videri posse. Suam quoq; sententiam de imitatione & recta scribendi ratione addit.

Ibidem de suo stylo sic loquitur: Quid Erasmus Roterodamus: Abicit ac præcipitat omnia, nec parit, sed abortit, interdum iustum volumen scribit, stans pede in vno, nec vnquam imperare potest a nimo suo, vt vel semel relegat quod scripsit, nec aliud, quam scribit, cum post diutinam lectionem demum ad calamum sit veniendum, idq; raro.

5499

Conuentus Spirensis celebratur, in quo nata est appellatio Protestantium quæ Euangelicis tribuitur, eo, quod ab illis in Conuentu Spirensi

1528

1529

rensi die 19 Aprilis, exhibita sit protestatio in religionis negotio. Mense Nouembri protestantes Schmalcaldix Conuentū egerunt, vbi primum proposita & agitata est quæstio de mutuo fœdere Principum Euangelicorum, & de defensione aduersus suæ religionis hostes vim ipsis illaturos.

Turcius Imperator Viennam obsidione cinxit 26 Septemb. discessit 15 Octob.

Circa festum Michaëlis nouum morbi genus quod sudorem Anglicum, vel Anglicam pestem sudatoriam dixerè, multa loca Germaniæ inuasit. Antuerpiæ triduo spacio 400 aut 500 homines extinxit. Eras. Epist. lib. 26. Ep. 56.

Colloquium Marpurgense de Cœna Domini inter Luterum & Zuinglium aliosq; Theologos instituitur. Durauit triduo. Constituta est 3 Octobris: Concordia discors: certè induciæ in causa Eucharistica non fuerunt stabiles ac diuturnæ.

LUTERVS Minorem Catechesin mense Ianuario edidit, Maiorem mense Octob: circiter. Argentorati & Basileæ Missa abrogatur, & statuz è templis eijciuntur. Sleid.

ADOLPHVS Clarenbach ob Lutheranismum Colonia exustus est, 28 Septembris.

BERQVINVS ob religionem Lutetix combustus 22 Aprilis. Vide *Erasmum* lib. 24. Ep. 4.

PAVLVS Aemylus historicus Gallicus moritur 5 Iulij.

I. FERDINANDVS Archidux Austriae, filius Ferdinandi Imp. 4 Iunij:

II. IOHANNES Fridericus II. Dux Saxonix, 8 Ianuarij.

III. IVLIVS Dux Brunsvicensis Henrici filius, 29 Iunij.

IIII. CASPARVS Hoffemannus Medicinæ Doctor, & Electoris Brandenburgici $\alpha\epsilon\chi\iota\alpha\theta$, Leobergæ, Cal. Octob. Hic vir est præcipuum amicorum meorum lumen, & optimus Isagoges nostræ patronus.

V. HENRICVS Retelius Cos. Sagani, amicus meus opt. atq; historiæ studiosissimus Sagani, 18 Nouembris.

VI. ABRAHAM Bucholcerus, qui hanc sylvulam Chronologicam collegit, pridie Michaëlis, 28 Septembris, sub vesperam, post horam 5: in Schönau prope Daniam.

ERASMVVS Roterodamus mense Aprili, Basilea relicta, Friburgum, Brisgoiæ oppidum, ditionis Ferdinandi, distans Basilea itinere dici, commigravit, propter mutatam religionem, & vitandæ suspicionis causa, ne videretur illa probare, quæ tum temporis Basileæ gerebantur, & quod in Eluetia omnia ad bellum intestinum spectare videbat. Nouembri mense libellum hoc titulo edebat: Contra quosdam, qui se falso iactant Euangelicos. Huic scripto deinde responderunt Theologi Argentinenses, quoniam de ipsis potissimum & Basiliensibus ille tractauerat, inprimis autem de Bucero, Sleid. Lauater.

Hoc scriptum Erasmi est in Euangelicos valde contumeliosum, ex quo nos pauca de multis subiungemus, iudicium Lectori candido & præiudicij non corrupto, relinquentes. Ego tibi, inquit, ex Euangelicis multos ostendam, qui facti sunt seipsis deteriores. Excussæ sunt è templis statuae, sed quid refert, cum nihil secius in animo colantur Idola vitiosorum? nec video, quo consilio quidam tanto studio demoliti sint imagines, nisi vt esset conuersionis symbolum. Interim obtenditur horrendum Idolatriæ crimen. Sed quis nunc est tam lapsus, vt putet lapidibus ac lignis inesse sensum? & si qui tales sint, quantum est negotij docere populum, imagines ad hoc tantum repertæ, vt imperitis memoriam adiuuent, &c.

Hæc & alia multa Erasmus (nam atrociora præterij) qui

an sibi ipsi per omnia perpetuo constet & consentiat: An item vtriusque
satisfaciat, Catholicis & Evangelicis, norunt qui scripta eius legerunt.
Idem taxat mutationem religionis Basileæ factam lib. 19 Ep. 32 & 39,
vbi ait: Se hoc anno Pascha egisse absque alleluia, licet non sine lactu-
cis agrestibus.

*Uratislanie fastigium turris Elisabethane, altum cubitos 119 corruit, in Vigilia
Matthie Apostoli, hora secunda noctis. Historia illius ruina, qua ne-
mo præter selem laesus fuit, ad D. Elisabetha depicta est, cum hac subscri-
ptione.*

Mirabilis in altis Dominus.

*Collapsa est turris Syloë madefacta cruore,
Pyramide hac nostra nemo cadente perit.*

*Nam iussu Domini exceptam: cui gloria soli:
Angelica molem deposuere manus.*

5500 **IV BILÆVS Mundi 100. Mosis 60. CHRISTI prædi- 1530**
cationis 30.

Hic annus est medium sexti & ultimi millenarij Mundi, cuius altera
pars annorum 500, si Eliæ cuiusdam dicto credimus, non comple-
bitur.

*CAROLVS V. Imp. Bononia coronatur Rex Longobardorum 22 Februarij.
Die vero suo natali, hoc est, 24 Febr. (quo Carolus complebat annum ætatis
30) coronatur Imperiali Corona maximo cum apparatu & splendore à Pon-
tificie Clemente VII, cum iurasset, Pontificia dignitate perpetuum se fore
defensorem. Estq; hic annus à Coronatione Caroli Magni 730: à priore
coronatione Caroli V. ab Electoribus 10.*

CŌMITIA AVGVSTANA CELEBERRIMA.

Confessio Augustana scripta à Philippo Melanthe exhibita est Car-
olo V. Imp. à Protestantibus, postridie Iohannis Baptistæ 25 Iu-
nij: fuit dies Sabbati, præcedens Dominicam 2 Trinitatis. Con-
fessionem subscripserunt: Iohannes Elector Saxonie, Georgius Mar-
chio Brandeburgensis, Iohannes Fridericus Dux Saxonie, Ernestus
Dux Brunsvicensis, Philippus Lantgravius Hassie, Franciscus Dux
Lunæburgensis, Wolfgangus Princeps Anhaltinus, Noriberga &
Reutlinga. Interfuerunt his Comitibus multi Theologi: præcipui
fuerunt ex Catholicis: Campegius Cardinalis Legatus Pontificis,
Eccius, Iohannes Faber, Cochleus, &c. Ex Evangelicis: Philip-
pus Melanthon, Iustus Jonas, Georgius Spalatinus, Iohannes Agri-
cola Ilsebius, & alij. Hæc Confessio publicè prælecta est, vt dixi-
mus, 25 Iunij à prandio, in Palatio Cæsaris, in loco, (vt scripsit Iu-
stus Jonas) qui forsan capiebat 200 homines. Confederant Cæsar
& Electores, inquit, & absentium Electorum Legati vtriusque, Deins-
de ex vtroque latere alij Principes & Ordines Imperij. Recitabat
Confessionem D. Christianus Beyer, articulatè, distinctè & clarè, vt
ab omnibus exaudiretur. Absolvit totam duabus horis: Satis at-
tentus erat Cæsar, qui sibi curavit nostram Confessionem reddi Ita-
lica & Gallica lingua per Alphonsum Valdesium Hispanum, &
Alexandrum Schueeis, &c.

Apologia Confessionis Augustanæ, scripta à Philippo Melanthe,
oblata est Carolo V, die 22 Septembris, alij 27: Sed non recepta.
Lucej

Luterus huius Conuentus tempore fuit in arce Coburgensi, qui lo-
cus etiam Luteri Pathmus & Eremus dicitur.

CAROLVS V. ingressus est Augustam 13 Iunii. Postridie, Corporis Christi festo,
Missæ interfuerunt Cæsar & alij Principes maximo numero, præter Saxonem, Lan-
grauum, Luneburgicos fratres, Georgium Brandenburgicum & Anhaltinum. His
Cæsar nunciauerat, vt & interessent, & suos abrogarent Concionatores: Illi autem
non venerunt, & quia conuentus hic eò sit indictus, vt omnium audiantur senten-
tiæ dicebant, se non posse suis imponere silentium antè cognitionem causæ. Biduo
post fuit edictum, vt viriusq; partis Concionatores desistant, donec de religione
decidatur: Cæsar ramen aliquos constitueret, qui sine cuiusquam contumelia do-
ceant. Fuit hoc voce præconis denunciatum, constituta pœna. Die 20 Iunii sa-
cto cantauit, cui etiam Elector Saxonix interfuit officij ratione ensem Cæsari
præferens, cum antea quid de Missa sentiret, testatus fuisset.

Catholicorum confutatio opposita Euangelicis prælecta est in confes-
su Imperij 3 Augusti. Elector Saxonix cum duobus Principibus
Lunenburgensibus & Theologis suis, Augusta discessit 23 Septem-
bris, legatos aliquot ibi relinquens, qui sine Comitiorum expectarent.
Hic est annus à partitione terræ promissæ sub Iosua 3000: Baptismo
Christi 1500: Morte Christi 1497: ætatis Luteri 47: Condi-
tæ Academiæ Viteb: 28. Sicut autem Luterus mutationem reli-
gionis instituit ætatis 34: Ita Philippus Confessionem hanc scripsit
ætatis 34.

Quatuor vrbes: Argentoratum, Constantia, Meminga & Lindauium
peculiarem suæ fidei Confessionem exhibuerunt Cæsari per Caspa-
rum Hedionem, Ecclesiæ Argentinenfis Doctorem, quæ publice
audita non fuit. Circa finem Comitiorum Imperator recitari ius-
sit huius Confessionis confutationem ab Eccio & Fabro conscriptâ,
Finitis Comitij, Confessio Augustana vtraq; lingua typis est edita
Witebergæ.

Mense Decembri, Principes & Ciuitates Protestantæ in Conuentu
Smalcaldiæ, fœderis formulam concipiunt, cui statim quidam sub-
scripserunt: Sed quarundam ciuitatum legati dicebant, se omnia ad
suos relatuos, vt intra sextam hebdomadam nunciarent, quid facere
constituissent. Sapiens quidam Princeps dixerat: Bonum est face-
re fœdera: sed vix ei qui seruat. Id verum fuisse experti sunt aliquan-
to post confœderati Principes.

Hoc anno 5 Ianuarij Argentinenfes, Tigurini, Bernates & Basiliens-
es fœdus inter se fecerunt ad mutuam defensionem contra vim in-
iustam, quæ propter Euangelium inferretur.

*Margaretha filia Maximiliani Imp. soror Philippi Regis Hisp. moritur Mech-
lini mense Decembri at. 51, cui in gubernatione Belgici successit soror
Maria, Ludouici Vngaria Regis vidua.*

- Nati sunt:
- I. STEPHANVS Bathor postea Rex Polonix, 23 Ianua.
 - II. IOHANNES Wilhelmus filius Iohannis Friderici E-
lectoris Saxonix, 11 Martij.
 - III. FRIDERICVS Marchio Brandebur. & Episcopus
Magdebur. 12 Decembris.
 - IIII. SIGEFRIDVS Ribischius, Consiliarius aliquot Imp-
vir sapientia, doctrina & virtute ornatissimus, Vratissauix. Hunc
virum ego Bibliothecam meam historicam appellare soleo, cui acces-
ptum refero, quòd Golzium & similes egregios Scriptores noui.
 - V. IOSIAS Simlerus Theol. Tigurinus, C.S.E. 6 Nouem.
- FRANCISCVS Rex Gallix instituit trilingue Collegium Pari-
sjs, mense Septembri; Ebraicam linguam professus est Franciscus

Vatablus: Græcam Petrus Danesius: quibus duobus additus fuit
Iacobus Tufanus Græcarum literarum Doctor.

De Episcopo Eboracensi in Anglia, hæc scribit Erasmus: Cardinalis Eboracensis, inquit,
sic offendit animum regium, ut spoliatus bonis & omni dignitate, teneatur non in carcere,
sed in quodam ipsius prædio, adhibitis triginta duntaxat seu famulis seu custodibus. Pro-
feruntur in illum querele innumera, ut vix existiment effugere posse capitis supplicium.
Hic est fortuna ludus, ex ludimagistro subuectus ad regnum. Nam plane regnabat verius
quam ipse Rex, metuebatur ab omnibus, amabatur à paucis, ne dicam à nemine. Paucis
ante diebus quam caperetur, curauerat Richardum Pacum conijciendum in carcerem,
ac minitabatur etiam meo Archiepiscopo Cantuariensi. Ante ruinam exaltatur Spiritus
ait Salomon. Archiepiscopus Cantuariensis vocatus imò reuocatus est ad Cancellarij
munus, quo non aliud in Anglia maius: sed is excusauit atatem, iam imparem tanto nego-
tio. Itaque prouincia delegata est Thomæ Moro, magno omnium applausu, nec minore bo-
norum omnium læticia subuectus, quam deiectus Card.

De hoc Episcopo Eboracensi lege Guicciardinum, qui & de huius ho-
minis superbia quædam refert, &c.

Romæ die 8 Octobris, circa noctis horam vndecimam, Tyberis subie-
ta exundatione excurrens, ingenti damno urbem adfecit.

5501

FERDINANDVS Archidux Austria, Vngaria & Bœmia Rex, die 5 Iann.
Colonie renunciat Rex Romanorū: Et 11 Iannua. coronatur Aquisgran-
1531

VLRICVS Zuinglius occumbit in prælio 11 Octob. ætatis 48, cū
docuisset Tiguri an. 12. Ei successit Henricus Bullingerus.

IOHANNES Oecolampadius moritur Basileæ ætatis 49, Calen-
Decembris.

IOHANNES Stofferus Iustingensis Mathematicus excellens &
vir integerrimus, moritur Tubingæ 16 Februarij, ætatis 79.

MATTHÆVS Wesenbecius Iurisconsultus, qui præclara ingenij
doctrinæq; documenta scriptis suis impressit, nascitur die 25 Octob-
bris Antuerpiæ.

SERVETVS edidit 7 libros de Trinitatis erroribus.

BILIBALDVS Pirkhamerus Patricius Noribergensis vir do-
ctissimus & editis scriptis clarus moritur Noribergæ. Huius En-
comium habet Erasmus in Epistolis lib. 26 Epist. 33.

Hoc anno Iulius Pflug scripsit Epistolam ad Erasmum, cui ille respon-
dit. Vide Ep. lib. 27. ep. 1. 2.

GEORGIUS Wicelius à Luteranis defecit ad Catholicos, ut ipse
scribit. Ab eo tempore amplius 36 annis oppugnauit Etangelicos
publicis scriptis.

5502

Pax inter Cæsarem & Protestantes facta, quam impetrarunt à Cæsare
Albertus Moguntinus & Ludouicus Palatinus. Huius pacificæ
transactionis verba edita sic habent: Dei gratia nos Albertus Mo-
guntinus, &c: Et Ludouicus Palatinus, &c: impetrauimus, ut Cæ-
sarea Maiestas clementer consenserit, ut communis & publica pax
constituatur, vsq; ad generale, liberum, Christianum Concilium, &c.

Datæ Noribergæ feria 3 post Mariæ Magdalenzæ 1532.
Gunsium Vngariæ oppidulum, defendente forti & claro viro Nicolao Iurigo
cum ducentis armatorum millibus Solymannus terdecies oppugnauit, non ca-
ptum tamen vi, sed deditione traditum. Solymannus Imp. audito Caroli
Cæsaris aduentu, qui Octoginta peditum millia habuit, & triginta fere ga-
leatorum equitum ex Germanis, Italis, Hispanis collectorum, exceptis Vnga-
ricis equitibus, non expectandum sibi ratus, per Noricorum montana fugit,
multa præda onustus domum rediens. Drechs.

Obierint:
I. IOHANNES Dux Saxoniz Elector, Friderici frater &
successor, moritur in oppidulo Saxoniz Schuueinitz, 13 Augusti, æ-
tatis 63: Sepultus Witebergæ in templo arcis, anno 30 à condita
Academia Witebergenfi.

II. **GVILHELMVS** Waramus Episcopus Cantuariensis in Anglia moritur: cui successit Thomas Cranmerus. Waras mi huius insignia encomia lege apud Erasmi in Adagijs Chiliad. 4. cent. 7. adagio 58. Item in Epistolis lib. 27. ep. 7. 17. vbi ait, in comitatu Cæsaris hoc anno obiisse Viennæ Alphonsum Valdesium, iam magna, sed futurum si vixisset maximum: Item in Polonia Christophorum à Schidlouitz, eius regni supremum Cancellarium, cui Erasmus dicauit libellum, qui inscribitur, Lingua. Nati sunt:

I. **GVILIELMVS** Philippi Lantgrauj Hassiæ primogenitus 24 Iunij.

II. **IOACHIMVS** Cureus, artis Medicæ Doctor & Philosophus excellens C. S. E. 23 Octobris, Freistadij.

III. **LEONHARTVS** Kranzheim Theologus, & Chronologus clarissimus, Superintendens Ecclesiarum Ducatus Lignicensis, cuius insigne opus Chronologicum extat: 16 Septembris, in Franconiæ oppido Iphofen.

IIII. **IOACHIMVS** Maisterus, Philosophus, Orator & Poëta præstantissimus, cuius poemata antiquam Poëtarum grauitatem ac sublimitatem spirant, Rector augusti gymnasij Gorlicensis, 1 Nouembris, Gorlicij.

Vitebergæ 18 Iunij promoti sunt tres Doctores Theologiæ, præsentem Electore Saxonie Iohanne Friderico: Caspar Cruciger Academicæ Rector: Iohannes Bugenhagenius Pomeranus, Vitebergenfis Ecclesiæ Pastor, & Iohannes Æpinus Pastor Ecclesiæ Hamburgensis. Decano & promotore Iusto Ionæ, cuius Oratio extat in declamatio Melanthonis, tomo 1.

ALEXANDER Alesius Scotus patria sua excedens venit Vitebergam. Ex eo tempore vixit & docuit in Germania.

ERASMVVS edidit librum de amabili Ecclesiæ concordia, enarrans Psalmum 84, vbi formulam concordie præscribit Lutheranis & Pontificijs. Et Cal. Decemb. edidit libellum de præparatione ad mortem. Idem in Episto. lib. 27. Ep. 20. recitat hanc historiam:

Oppidum de quo tibi narratum est, Germanis dicitur Sebiltach: abest à Friburgo octo miliaribus, de quo an omnia vera sint quæ vulgo iactantur non ausim affirmare. Illud nimis verum est, totum subito conflagrasse, mulierem confessam supplicio affectam. Conflagratio accidit 10 Aprilis, qui dies erat Iouis ante Pascha anno 1533. Quidam eius oppidicius apud huius vrbis magistratum rem ita gestam pro comperto narrarunt, quem admodum mihi retulit Henricus Glareanus quantum meminisse possum: Damon sibilum signum dedit e quadam adiuu parte, caupo suspicans esse furem, ascendit, neminem reperit. Sed idem signum rursus ex altiore cœnaculo redditum est. Et huc conscendit caupo fur. Ilico tetigit cauponis animum, esse Dæmoniacum quiddam: iubet suos esse præsentem: acciti sunt Sacerdotes duo, adhibitus exorcismus: Respondit se esse Dæmonem, rogatus quid illuc ageret, ait se velle exurere oppidum: Minitantibus Sacrificis, respondit se pro nihilo ducere minas illorum, quod alter esset scortator, vterq; fur. Aliquanto post, mulierculam qua cum habuerat consuetudinem annis 14, cum interim illa quotannis confiteretur & acciperet Eucharistiam, sustulit in aërem, imposuitq; fumarij fastigium. Tradidit ollam, inquit ut inuenteret: Inuertit, & intra horam totum oppidum exuderit, & mulierem perdiderit, certum non audiui: non est tamen veri dissimile. Huius facti vicini tam constans est fama, vt fictum videri non queat.

Hoc anno quidam ineptè vaticinatus est de extremi iudicij die, qui venturus esset mense Octobri, idq; supputauit ex his verbis: Iesus Nazarenus Rex Iudeorum: Item: Videbunt in quem transfixerunt: quorum prius, si literas colligas, continet numerum anni 1532: posterius verò an. 1533.

Nati sunt: Domina Elizabetha Regina Angliæ, filia Henrici VIII, ex An-

1533

ex Anna Bolenia Groneuicia, 8 Septembris.

II. WILHELMVS Comes de Nassau, Princeps Vrania
Dillenberga 14 April.

III. IOHANNES Maior Ioachimus Theologus, Doctor
& Poeta excellens ac Vergilij felix imitator, cuius multa extant poe-
mata, in valle Ioachimica.

IIII. THOMAS Hubnerus Berlinensis vir doctissimus & ins-
tegerimus, & amicus meus intimus, Cal. Maij, Berlini. In hoc vi-
ro Ingenium pietas artemq; modestia vincit.

Historia Iohannis Auentini terminatur.

5504

*In Anglia facta est ingens rerum mutatio ob diuortium Regis Henrici, qui Ca-
tharina ante annum repudiata, duxerat Annam Boleniam. Cum itaq; 23
Martij Clemens Papa sententiam contra Regem tulisset, Rex continuo decre-
tum fecit, quo se per Angliam Ecclesie caput, proximum a Christo pronuncia-
uit, & capitis poenam constituit, si quis Episcopo Romano supremam potesta-
tem ascriberet: tributum etiam annuum (Petri nummum vocarunt) Roma-
ni Pontificis questori dari solitum, denegat, &c.*

HVLDERICVS Dux Wirtebergensis ditioni suae 13 Maij restitutus est a
Landgrauio Hassia, abolita veteri religione & Ferdinandi Regis copijs adop-
pidum Laufen profligatis.

Bibliotheca Germanica a Lutero translata, & in vnum corpus redacta, excu-
di coeperunt typis Witebergae, quod docet Priuilegium vetus, ab Ep-
lectore Bibliopolis datum Torgae, 6 Augusti.

Obierunt :

I. CLEMENS VII. PP. 25 Septembris, aetatis 56. suc-
cessit Paulus III, qui sedit an. 15.

II. THOMAS Caietanus Cardinalis. 9 Septembris, alij 10
Augusti, aetatis 66.

III. FRIDERICVS Rex Daniae, cui successit Christia-
nus Rex, qui regnavit in Dania post patrem an. 24.

IIII. MAGDALENA filia Georgij Ducis Saxoniae, quae fuit
vxor Ioachimi II & mater Ioannis Georgij Marchionum Brande-
burgensium Electorum, 28 Decembris, ineunte an. 1534.

V. IOHANNES Auentinus, historicus diligentissimus.
Ratisbonae 9 Ianuarij.

VI. OTTHO Brunfelsius Medicus & Theologus Bernae 23
Novembris.

VII. IOHANNES Velcurio, cuius extat libellus physicus,
Witebergae 6 Februarij.

Natus est Fridericus Rex Daniae filius Christiani Regis I. Iulij. alij 30 Iunij.
Inter Lutherum & Erasmmum recruduerunt certamina publicis scriptis
prodita: Sed duo illi minore hominum expectatione quam ante de-
cennium concurrerunt.

IOHANNES a Leiden Sartor, in vrbe Monasteriensis renunciat Rex Ana-
baptistarum 24 Iunij.

5505

CAROLVS Imp. mense Aprilis cum exercitu traiecit in Africam, & capta
vrbe Tuncto atq; arce Coleta, regem eius loci Muleassem, Mahometana reli-
gionis, quem Turci regno expulerant, restituit, sibiq; vectigalem fecit 29.
Augusti (alij 25 Iulij.)

Monasterium vrbs Westphalia, qua ab Anabaptistis tenebatur, vi capta est
24 Iunij media nocte & Anabaptista trucidati.

THOMAS Morus eruditione praestantissimus, autor Vtopiae, Regni Angliae
Cancellarius, Henrici VIII. iussu, ob improbatum eius diuortium, securi
percussus est Londini 2 Iulij. De quo lege Erasmi Ep. lib. 27. ep. 8. 9. Jo. 26.

IOHANNES Fischerus Episcopus Roffensis Anglus, qui multis libris editis
Lute-

1534

1535

Lutherum impugnavit, post diuturnum carcerem, in quo à Pontifice Cardinalis creatus fuerat, in iussu Henrici VIII, Regis capite mulctatur 22 Iunii, quod Catharina Regina repudium & Anna Bolenia nuptias, Romanique Pontificis dignitatem abrogatam probare nollet.

Menſe Decemb. Conventui Schmalcaldenſi interfuerunt legati Gallici & Britannici, qui cum Proteſtantibus egerunt de ſcedere cum illis iungendo & moderandis controuerſijs religionis. Sleid.

FRANCISCVS Sfortia Dux Mediolanenſis obiit ſine filijs, ideoq; Caſar Ducatum Mediolanenſem occupauit.

IOHANNES Bugenhagius Eccleſias Pomeranicas ad normam Confefſionis Auguſtanæ reformauit, & edidit ordinationem Cereſmoniarum in illis Eccleſijs, in quibus antiqua religio abrogata fuerat anno 1532.

LUTERVS cœpit enarrare Geſen, quem laborem vnâ cum vita finiit exacto decennio.

IESUITARVM Societas initium ſumpſit, autore potiſſimum Ignatio Laiola nobili Hiſpano. Hi præterquàm quòd in Eccleſijs docent, pueros etiam in Scholis gratis erudiunt: Multas etiam terras Indorum ignotas peruaferunt, iſq; Chriſtum prædicarunt. Hæc Societas approbata eſt à Paulo III PP. anno 1540.

FRIDERICVS Staphylus venit Witebergam ætatis 21.

IOHANNES Scheniz ſtrangulatur mandato Archiepiſcopi Moguntini Alberti in Salinis, 21 Iunii, qua de re poſtea Lutherus publicis ſcriptis expoſtulauit cum Moguntino.

IOACHIMVS I. Elector, Marchio Brandeb. moritur 11 Iulij Berolini ætat. 51. Ei ſucceſſit in gubernatione filius Ioachimus II, qui hoc ipſo anno celebrauit nuptias in Polonia cum Hedwigæ Sigismundi Regis Polonia filia.

HVLDRICHVS Zuſius Iuriſconſultus vir priſcorum morum (vt de eo loquitur Eraſmus) & antiquæ virtutis exemplar, moritur Friburgi Briſgoiæ 24. Nouemb. ætat. 74.

Hoc anno Germanica Biblia Luteri, & Ebraica Sebaſtiani Munſteri, in publicum prodierunt.

Formula Concordiæ inter Luterum & Bucerum alioſq; Eccleſiarum quarundam Doctores de Cœna Domini conſcripta à Philippo Melanthono 29 Maij, die Lunæ poſt Exaudi Witebergæ. Poſt hanc tranſactionem Bucerus quædam retractauit in ſententia ſua de Cœna Domini, in enarratione quatuor euangelistarum.

IOHANNES Leiden Hollandus Rex Anabaptistarum Knipperdollingus, & alij eius ſactionis Principes candentibus forcipibus in foro Monasterienſi necantur 22 Ianua. (anno 10 compl. à nece Thomæ Munzeri) Rex in locum editotorem productus alligatur palo: aderant bini carniſices ac forcipes igniti: ad tres primos morſus conticuit, deinde miſericordiam Dei implorans cum horam & amplius ad hunc modum laceratus eſſet, tranſacto demum per pectus mucrone, deceſſit. Idem ſupplicium & ſocios eius perculit. Exincti caueis ferreis illigantur ſinguli, & ad ſummitatem turris in vrbe exponuntur perſiles, Rex quidem medius, & quanta eſt hominis ſtatura, ſublimius illis.

Menſe Ianuario obiit Catharina quam Henricus, Rex Angliæ, ante triduum repudiauerat. Idem Rex menſe Iunio Annam Boleniam matrem Eliſabethæ, capite plectit.

ERASMVS Roterodamus ætate conſectus, cum menſem ferme integrum dyſſenteria laboraſſet, vita defunctus eſt Baſileæ apud Hieronymum Frobenium 11 Iulij, anno ætatis vt putatur 70. Hic quantus vir fuerit, ingenij ipſius monumenta teſtantur: de re literaria eſt optimè meritus, quòd barbariem expugnauit, Sophiſticas ranaſ eſcholis proſligauit, & linguarum ſtudia excitauit ac illuſtrauit,

et si in religionis negotio visus sit *επιφειδ*, quod se non satis explicare voluerit. Admirandum omnino fuit in eo ingenium, & recte quidam de eo cecinit: *Quantus Erasmus erat? taceo: quid scripta loquuntur?*

Mente & dente potens aurea lingua fuit.

Rex Dania Christianus expugnauit Copenhagen, & toto regno Dania potitus est: Palatinus Fridericus frustra duxit exercitum in Belgicum, tractatus in Copenhagen, ut occuparet regnum.

FRIDERICVS Marchio Brandeb. filius Alberti Achillis Germanici moritur Onolsbachij at at. 76.

SANCTES Pagninus, cuius extat Lexicon Ebraicum, moritur ætatis 70 Lugduni. Fuit Theologus Ordinis Prædicatorum, & Latine, Græcè, Ebraicè, Chaldaicè & Arabicè doctissimus, ut Testamenti vtriusq; versio ex Græco & Ebræo abundè testatur. Item eius Ifagoge ad mysticos scripturæ sensus: Grammatica item Ebraica & Græca. Alij eius obitum referunt ad an: 41.

Torgæ celebrauit nuptias Illustriss. Princeps Philippus Dux Pomerania, cum Maria Iohannis Friderici Electoris Saxonici sorore 27 Febr.

Huius anni estate Francofurti ad Oderam puella quadam Demoniaca & furore correpta, numismata undiquaq; ex vestibus aut mensis arrepta, deuorauit cum multo dentium strepitu, & nummuli illi ex manibus eius subito (sape extorti sunt, qui adhuc ab aliquibus asseruantur: qua de re Andreas Eberius Ecclesiastes Francofordianus ad Lutherum scripsit, petens eius consilium, quod ille ei impertiuit, adhortans eum ad precum pro puella astiduitatem. Historia vera & certa est, & literis mandata à D. Iodoco Willichio, Doctore Christophoro Stymmelio, Georgio Sabino & alijs, qui tum Francofurti vixerunt, & nominare possum, qui tam puellam, quam monetam viderunt.

5507

Conuentus præcipuorum Theologorum Augustanæ Confessionis fuit Schmalcaldix mense Februario, vbi deliberatum est de Concilio Mantux iudicto & articuli Schmalcaldici futuro Concilio exhibendi conditi & cõprobatifunt. Ibidem scriptum quoddam compositum erunt Theologi, quo dogmata Schuenkfeldij & Sebastiani Francken improbarunt.

IOANNES Bugenhagius Pomeranus in Dania reformat Ecclesias, ad normam Augustanæ Confessionis.

Die 18 Decembris Luterus cœpit disputare contra Antinomos. EDWARDVS VI. Angliæ Rex Henrici VIII, ex Ioanna Semeria Anglicana filius *γασερότμυτ* nascitur 12 Octob. Londini.

5508

Schola Argentinensis instituitur autore potissimum Iacobo Sturmio Senatore primario: Ea breui tempore sic effloruit diligentia doctorum, ut non solum extremi Germani, sed exteræ quoq; nationes eo confluerent. Instituendæ iuuentutis rationem Iohannes Sturmius Senatui primus ostendit, & edito libro explicauit.

IOHANNES Mezlerus I. V. D. Latine & Græcè doctissimus, obiit Vratisslauræ 2 Octobris.

5509

Rex Angliæ Thomæ Cantuariensis martyris reliquias incendit. GEORGIVS Dux Saxonie moritur 17 April. (alij 24 Apr.) cui succedit in gubernatione Dux Henricus pater Mauritiij & Augusti: ac in Misnia facta est tanta religionis mutatio, ut cum Lipsie in festo Paschatis doctores tholici, festo Pentecostes ibidem in suggestis starent ac docerent Lutherus & eius discipuli: In Marchia etiam Brandenburgensi hoc & superiori anno instituta fuit religionis reformatio & prima visitatio Ecclesiarum, mandato Ioachimi II. Electoris, per Iacobum Stratnerum, quem Georgius Marchio Anspachensis Berlinum ad docendum Euangelium miserat. Eodem anno Matthias Episcopus Brandenburgensis primus administrauit Cenam Domini sub vtraq; specie Berlini in templo Cathedrali.

Isabel-

170
Isabella uxor Caroli V. moritur in partu, 1 Maij at. 40.

GEORGIUS Fridericus Marchio Brandeb. nascitur in Onolsbach 5 April.

De Conuentu Francfurtenfi & Haganoënsi, Item de colloquio Wor-

1540

matienfi vide Sleid.
ROBERTVS Barus, Londini propter religionem Luteranam
combustus est 30 Iulij.

Magna fuit siccitas, & nata sunt uina generosissima.

Hoc anno vagati sunt, qui incendia excitarunt, ex quibus multi comprehensi
fumo suffocabantur & lento igni torrebantur.

Obierunt:

I. ERICVS Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis, ætatis
70; relicto hærede Erico Iuniore.

II. IOHANNES Waywoda in Vngaria extinctus, cum
accepisset nuncium de nato sibi filio, ætatis 50.

III. GUILLELMVS Budæus C. S. E. Lutetia 4 Augusti:
alij 20 Augusti.

IIII. EOBANVS Hællus Poëta Marpurgi, 4 (alij 5) Octo-
bris, ætatis 53.

V. FRANCISCVS Guicciardinus sapiens historicus
Florentia.

Nati sunt: CAROLVS Archidux Austriae filius Ferdinandi
Imperatoris, 3 Iunij.

II. IOHANNES, Iohannis Waywodæ filius Budæ 7 Iul.

1541

ECCIUS & MELANTHON, alijq; Theologi Wormatiae
per triduum mense Ianuario colloquuntur de peccato originis post
baptismum remanente, sed colloquium illud interrumpitur manda-
to Cæsaris, & Ratisbonam rejicitur.

Conuentus Ratisbonensis, in quo Eccius & Melanthon continuauerunt
colloquium de religione. Consule acta ea de re edita. In hunc
Conuentum allatus est liber recens à Lutero editus, cui à sarcimine
nomen ac titulum indidit, omnibus rem nouam admirantibus.

BVD. A occupatur à Solymanno Imp. Turcico, qui secundo Septemb. ingressus
summu[m] templum DEO suo gratias egit pro beneficio captæ urbis.

CAROLVS Cæsar in Africam expeditionem infelicem suscepit, & 23 Octob.

Algieram appulit urbem Africae maritimam, ubi cum exposuisset exercitum
habentem ultra 22 millia peditum, equitum uero supra mille, tertio die
post, sæda tempestate coorta, seuissimis uentorum flatibus naues aliquot ex
collisione fractæ, aut fluctibus submersæ sunt. Cæsar hanc Dei iram animis
aduertens, sumpta sacra Christi cæna, se cum DEO reconciliauit: idemq; to-
ti exercitui imperauit. Cum uero loco accliuo ac salebroso cum Mauris, Tur-
cisq; asperrime manus semel atq; iterum conseruisset, non quiescentibus Ven-
torum iris, milites ad naues progredi iussit: Malo, inquit, unum Chris-
tianum seruare, quam mille Mauros, Turcas pœnosq; occidere.

Postquam igitur & contra hostes & contra uentorum, maris, pluuiarumq;
sauiam dimicauerat, & amissa exercitus, machinarum & comæatus bona
parte ingentia detrimenta acceperat, in Hispaniam mense Nouembri egre
reuersus est.

Obierunt:

I. HENRICVS Dux Saxon. cui in gubernatione successerunt filij,
Mauritius & Augustus.

II. URBANVS Rægius Cella Saxonum 23 Maij.

III. WOLFGANGVS Capito, Theol. correptus peste, Argentina.

IIII. SIMON Grynaeus Calen. Augusti extinctus peste Basilea: at. 48.
fuit latina & Græcè excellenter doctus, in Philisophia & Mathematicis disci-
plinis

urbem udyt ead. Grynaeus
Anno 1541 23 Iunij

plimis diligenter versatus, nullo supercilio, pudore penè immodico, & prou-
hendis liberalibus studijs natus.

V. PHILIPPVS Theophrastus Paracelsus nouæ Medicorum Scholæ
autor 24 Septemb. atatis 47. Salisburgi.

5512

Bellum Turcicum ad Budam anno superiore à Turcis captam parum feliciter ge-
stum.

Tumultus Misnicus ortus est cum propter Wurken oppidum arma sumerent
Iohan. Fridericus & Dux Mauritius, in ipsis ferijs Paschalibus. Mauritius
consilia pacis, suadente socero Lantgrauio, libenter admisit.

Arx Wolffenbittel dedita est Duci Saxon. Electori 12 Augusti.
Circa finem mensis Augusti magna agmina Locustarum in Silesiam inuolarunt,
quæ vagata sunt tanto numero, ut cæli conspectum hominibus adimerent, &
res terra natas depascerent.

HIERONYMVS Aleander & Caspar Contarenus Cardinales
obierunt.

LEO Iudæ, Ecclesiæ Tigurinæ minister moritur Tiguri 19 Iunij,
ætatis 60. Huius opera Tigurinorum Bibliorum bona pars ex E-
braico in latinum sermonem translata est.

NICOLAUS Ambsdorsius ordinatur Episcopus Naumburgen-
sis, repudiato Iulio Pflugk: Luterus eum de mandato Electoris Sax-
onici in Episcopalem sedem introduxit, 20 Ianuarij. Ea res moti-
bus alijs occasionem præbuit.

REX Gallia: Carolo Casari bellum denunciat. Sunt & in medio libelli editi,
criminationum pleni, quibus potentissimi illi principes inter se lacerarunt.

5513

HERMANNVS Archiepiscopus Coloniensis molitur reformaz-
tionem religionis, ad quam adhibet Bucerum & Melanthonem: Sed
clerus illam mutationem non admisit.

CAROLVS V. ex Hispania reuersus, gessit bellum Geldricum.
Oppidum Cluina Dhurn die Bartholemei, obsidionis die tertio, ab exercitu Ca-
roli expugnatur, & direptum incenditur, trucidatis militibus presidarijs
ac multis ciuibus. Guilelmus Geldria Dux Carolo supplex factus Principem
quorundam intercessione recipitur in gratiam: sed Geldria ei eripitur: reli-
quum Ducatum Iuliacensem, Cluensem & Bergensem retinet certis conditio-
nibus. Deinde Carolus translato in Galliam bello, mense Octobri occupat op-
pidum Landersi interfectis militibus Italicis & Gallicis.

Tres Ludi illustres in Misnia aperti & instituti sunt à Mauritio Duce
Saxonix: apud Misnam; Portam, & Mersburgum.

Hoc ipso anno Stetini in Pomerania fundatum est Pædagogium, cuius
primus Rector fuit Antonius Waltherus.

Obierunt:

I. GEORGIUS Marchio Brandeburgensis Friderici filii,
Alberti Achillis nepos, Casimiri frater & successor, Onolsba-
chij, 27 Decembris, ætatis 59. Hic post Saxonix Electorem pri-
mus subscripsit Augustanæ Confessioni.

II. IOANNES Eccius, Theologiæ Doctor, & acutissimus
vir iuuenij, Ingolstadij, 10 Februarij, ætatis 57.

III. ALBERTVS Pigius, qui in Melanthonem scripsit.

IIII. MATTHÆVS Aurogallus Ebraicæ linguæ peritia clari-
sus: die Martini: Witebergæ.

V. NICOLAUS Copernicus Mathematicorum nostro se-
culo Præceptor: ætatis 70.

VI. LVDOVICVS Viues Hispanus, vir longè eruditissimus,
C. S. E. Brugis.

5514

In Conuentu Spirensi Ordines Imperij auxilia Casari decernunt ad-
uersus Gallum, & Ferdinando aduersus Turcam.

Casar

Cæsar in Galliam bellum & arma importat, nullos resistente ferme Lutetiam usq; progreditur: Gallo pacem dat 24 Septemb.

ALBERTVS Dux Prussiae Academiam Regiomontanam instituit, quarum solenni introducta est 17 Augusti, primo Rectore Georgio Sabino.

LVTERVS primam partem suorum Commentariorum in Gesnesin, & mense Septembri breuem ultimamq; suam Confessionem de Cæna Domini edidit, ubi disertè exponit, quid à dignis & indignis in Cæna sumatur: tum per fidem, tum præter fidem. De quo scripto Tigurini Theologi sub anni sequentis initium suam sententiam publicarunt: fuitq; hic annus 20 à primo Tigurinorum cum Lutero certamine.

CAROLVS Philippi Regis Hispaniæ filius nascitur in Hispania in valle Oletaria 8 Iulij.

Berlini nuptias celebrat Marchio Iohan. Georgius cum Sophia filia Friderici II. Ducis Lignicensis: Item Georgius Dux Lignicensis cum Barbara filia Ioachimi II. Marchionis Brandeb. Electoris, Dominica Esto mihi.

HENRICVS Dux Brunsvicensis collecto firmissimo equitatu ut amissam ditionem suam recuperaret, Philippo Lantgrauo Hassiæ cum exercitu confederatorum Schmalcaldensium ei occurrenti, sese dedit 21 Octob. Ebe.

Obierunt:

I. **ALBERTVS** Cardinalis Archiepiscopus Moguntinus Elector 24 Septembris, ætatis 56.

II. **GEORGIUS** Spalatinus Theologus 16 Ianuarij, ætatis 63: Aldenburgi.

LVTERVS absoluit enarrationem Geneseos 17 Nouembris, & hæc fuit postrema eius lectio publica in Academia.

CONCILIVM Tridentinum inchoatur, cuius prima sessio in 7 Ianuarij incidit.

Colloquium Ratisbonæ institutum inter Theologos Maluendam, Et Georgium Maiorem atq; Bucerum. Abruptum est mense Martio. Lector consulat Acta edita.

MARTINVS LVTERVS Theologus moritur Illebiæ in patria, 18 Februarij, ætatis 63. De hoc viro, ut antè Lectori sum pollicitus, in neutram partem quidquam dicturus sum, Sed tamen id citra inuidiam credo me dicturum: Fuit omninò vir magnanimus, qui talia ausus est, quæ totus miratur orbis, & qui tot gentibus aduersus ipsum conspirantibus vnum se opposuit. Magnum item est, quod quidam hostes etiam rediuiuum expetunt. Postremam concionem Witebergæ habuit 17 Ianuarij, Dominica II. post festum Epiphaniæ Domini: Et Witeberga profectus est Illebiam 23 Ianuarij, ut compositioni controuersiæ Mansfeldensium Comitum interesset, &c. Ultimam suam concionem habuit Illebiæ 14 Febr. quadriduo ante obitum. Corpus Witebergæ sepultum est in templo arcis, die Cathedræ Petri, 22 Februarij.

FRIDERICVS Palatinus in sua ditione religionem mutauit, ad normam Confessionis Augustanæ.

BELLVM SCHMALCALDICVM siue Saxonicum primum.

Hoc anno cæpit bellum inter Carolum Imp. & Germaniæ Principes, fœderis Schmalcaldici socios. Cæsar Saxonem & Lantgrauum 20 die Iulij publice proscribit. Saxo & Lantgrauus eorumq; socij Cæsari bellum denunciant 11. Augusti. Quæ deinceps ad Ingolstadtum gesta sint, usq; ad huius anni finem lector

1545

1546

lector petat ex Sleidano & Ludonico ab Auila, qui huius belli historiam peculiari libro complexus est. Propter bellum ingruens dimissa ac dispersa est Schola Witebergensis 6 Nouemb.

Obierunt :

- I. ERNESTVS Dux Lunæburgensis 11 Ianuar: æta. 48.
- II. FRIDERICVS Myconius Ecclesiæ Gothanz Pastor, 7 Aprilis, cum fuisset Lutero superstes 49 dies, id quod precibus se à Deo impetrasse, & seire ita futurum Luterus in Epistola Consolatoria scripserat, Dominica post Epiphaniã anni eiusdem inchoati.

Historiam de nece Iohannis Diazij Hispani vide Sleid: initio lib. 17.

Nati sunt :

- I. Illustrissimus Princeps Marchio Brandeb. & Administrator Magdeburgensis Iohannis Georgij filius Berolini 27 Ianuar: Eius mater Sophia filia Friderici Ducis Lignicensis obiit ex partu.
- II. NICOLAUS à Rotenburgk, genere, anima, doctrina & virtute Nobilissimus, & patronus meus reuerenter colendus, 5 Februarij, in Netka prope Crosnam: Hunc virum magnis Principibus alioqui commendatissimum non est quod nostra prolixius commendet oratio.
- III. IACOBVS Monauus Wratisslaviensis, vir apud multarum gentium homines eruditos magni & celeberrimi nominis, 6 Decembris.

5517

Cum Dux Mauritius ante superioris anni finem oppida quadam Saxonis, Zütescauiam, Schnebergam, & Aldeburgum occupasset, eaq, in fidem suam adorsisset, Saxo iniuriam hanc ulturus exercitum in Misniam traducit, Lipsiam obsidet, & oppugnare incipit 13 Ianua. Sed oppidanis furiosissime sese defendentibus re infecta discedit sub eius mensis exitum, cum crebris tormentorum globis, velut grandine quadam, Lipsiam obruisset, lacerasset, ac deformasset. Marchio Albertus à Saxonis capitur Rochlizy Cal. Marij: Carolus Palchus tunc festo in vrbe Aegra peracto, exercitum ducit in Saxoniam: Interim Saxo Misnam urbem de ditione ceperat 5 April. Cumq, 19 April. de Casaris aduentu cognouisset, exercitum ultra Albim transtulit, & Misna pontem sublicium incendit, ne Hispani transeuntes ipsum assequerentur. In itinere cum Mulbergo relicto Vitebergam contenderet, Casarianis vadu in Albi flumine monstratur, per quod equitatus transit: pedestres verò copia ponte ex nauibus constructo transportantur. Caesar in Saxonem incidit ad Syluam Lechia nam tribus trans Albim miliaribus, ibiq, prælij fit in initium, in quo Elector pulso equitatu & peditatu dum acriter pro salute sua pugnat & per sinistram maxillam aduersum vulnus accipit, capitur (ætatis 44) die Dominico Misnaricordie Domini: 24 April. Non verò ulli Hispanorum aut Hussarorum se dedere voluit: sed Germano homini Tiloni à Trot: Ad Albanum ab ductus ardequam Casari siseretur, inter eundem oculis in cælum sublati & ex imo corde ductis suspirijs voce miserabili sic Deum alloquitur: Miserere mei Domine, Nos fumus iam hic. Postea cum in Casaris aspectu venisset, Clementissime Casar, inquit, me tibi captiuum statuo, & supplex oro, ut Casaris Maiestas me dignetur custodia digna principis. Respondit Casar: Tracta custodia in castra ducitur. Captus cum eo fuit Ernestus Dux Brunsvicensis, Philippi filius. Ante hunc conflictum diebus aliquot Solis aspectus valde tristis fuit, quod radios quasi sanguinolentos spargeret, & magni aliquid portendere iudicaretur.

CAROLVS Vitebergam obsedit 5 Majj postis castris suis in pago Academia Vitebergensis Bistricia, ubi commoratus est vsq, ad 7 Iunij diebus 34. Elector captiuus ut vitam redimeret Electoratu se abdicauit 18 Majj.

LVCAS Cranach pictor, vocatus in castra Casaris, & iussus petere aliquid,

aliquid à Cæsare propter artem, tantùm intercessit pro suo Principe captiuo.

Die 23 Maij Viteberga voluntate & iussu Ducis Iohannis Friderici Electoris captiuo, Carolo V. Cæsari se dedit, eductoq. presidio recepta sunt intra urbem tres cohortes militum Cæsareanorum.

Die 25 Maij Carolus Imp. Vitebergam ingressus est cum paucis comitibus, cumq. eam perlustrasset, eodem die regressus est in castra.

Die 7 Iunij Carolus Imp. incensis castris ex Bistricia pago transfert exercitum versus Salinas: Cives verò Vitebergenses Duci Mauritio cui Electoratus dignitas & ditio à Cæsare tradita fuerat, homagium iuramento confirmant.

Die 19 Iunij Philippus Langrauius Hassia Carolo Imp. supplex factus Hala Saxonum detinetur in custodia præter opinionem.

Die 16 Octobris restituta est Academia Witebergensis, idq. intimatone (vt vocant) significatum est, quæ extat.

Obierunt:

I. FRANCISCVS Rex Gallia, 31 Martij, ætatis 53: successit Henricus II.

II. HENRICVS Rex Angliæ 3 Ianuarij ætatis 56: successit filius Eduardus natus annos 9.

III. ANNA Regina Vngariæ Regis Ferdinandi coniunx extinguitur in partu filia, quæ fuit 15 proles: 27 Ianuarij, ætatis 44.

IIII. FRIDERICVS Dux I. ignicensis 18 Septemb. æta. 68.

V. PETRVS Bembus Cardinalis Romæ 18 Ianu. ætat. 77.

VI. IACOBVS Sadoletus Cardinalis Romæ mense Octob. Ecclesiæ Vratisslaviensis, 6 Ianuarij, ætatis 60.

VII. IOHANNES Hessus Theologiæ Doctor & Pastor in Academia Parisiensi, 16 Martij.

VIII. WENCESLAVS Link Pastor Ecclesiæ Noribergensis, 11 Martij.

IX. FRANCISCVS Vatablus professor linguæ Ebrææ in Academia Parisiensi, 16 Martij.

X. IOHANNES Schonerus Mathematicus 16 Ianuarij, ætatis 70.

XI. BEATVS Rhenanus de bonis literis benè meritus, 20 Maij, ætatis 62.

Die 27 Aprilis Basilica Misna de cælo tacta hora quinta pomeridiana, & turres tres, tectum, Campanæ, organum consumpta incendio: cum eodem die mane circa 7 essent acta gratia de capto Iohanne Friderico: Nullum aliud fulmen aut precessit antea, aut secutum est postea. Fabric.

HERMANNVS Archiepiscopus Coloniensis, Elector, 25 Ianuarij loco mouetur iussu Pontificis & Caroli: Surrogatur ei Adolphus Schauenbergus Comes, quem coadiutorem Hermannus ascisuerat. Rursum igitur fit religionis immutatio in tota illa ditione, & quicquid vnà cum Melanthere Bucerus instituerat, aboletur.

Boëmi à Rege Ferdinando ob fœdus cum Iohanne Friderico ictum, mulctantur: securi percussit Cos: Pragensis: frequentes etiam mulctæ indictæ sunt ciuitatibus Imperij, quarum multe pacem pecunia redemerunt.

Augusta celebravit Cæsar Carolus comitia: sed armata: vt terrorem incuteret ordinibus Imperij. Præcipuum Cæsaris postulatam fuit (18 Octob.) vt principes omnes Concilio Tridentino sese submitterent. Augusta templum pri-

donius expiatur, quòd fuisse Lutheranismò pollutum: In eo Michael Sidorius Episcopus habuit conciones de missa, quæ postea sunt typis enulgatæ.

Dignitas Electoris Saxonici publico & solenni ritu collata est Duci Saxonie Mauritio à Carolo V. Imp. 24 Febr. cum Carolus eo die incoaret annum ætatis 49: Mauritius vero mense sequenti ætat. 28.

1548

V

Libet

Liber INTERIM siue Formula religionis vsq; ad Concilij finem seruanda, nascitur Augustæ in Comitijs & promulgatur 15 Mañ. (A prima mutatione doctrinæ per Luterum 31: à Confessione Augustana exhibita 18) Eius sententiam refutarunt scriptis publicis Philippus Melanthon & Doctores Ecclesiarum Saxoniz inferioris ac maritimæ, multiq; alijs.

Bellum Adiaphoristicum inter Theologos natum ex deliberationibus an & quomodo liber INTERIM recipiendus vel repudiandus sit. Hoc fuit primum schisma post Luteri mortem inter Theologos Evangelicos exortum, Matthia Flaccio eiusq; socijs litem mouentibus Melanthoni & alijs, qui de adiaphoris, id est, Ceremonijs ac ritibus externis ex præscripto Interimisticæ formulæ admittendis aut recipiendis minus acriter pugnauisse illis videbantur.

Religio mutari cœpit in Anglia sub Eduardo VI Rege: profligata antiqua religione: Abrogata est Missa: item instituta Ecclesiæ peregrinorum.

Constantia oppugnatur ab Hispanis 6 Augusti, & Doctores Evangelici vrbe excedunt, quorum primarius fuit Ambrosius Blaurerus. Constantienses tandem sese dedunt Austriacæ domui.

Propter Imperatorium INTERIM multi Doctores solum verterunt: Musculus Dufanus Bernam venit: Brentius Hala Sueuorum pulsus Basileæ aliquandiu substitit.

FRANCISCVS Spiera Italus abiurato Luteri dogmate, incidit in consternationem horrendam, cuius descriptio extat.

PETRVS Paulus Vergerius, dum confutationem Evangelicorum meditatur, fit Evangelicus, fortassis permotus exemplo Spieræ, cuius ipse Patauñ spectator fuerat.

Academia Ihenensis initium sumpsit 25 Ianuarij.

AVGVSTVS Elector Saxonia (ætat. 23) nuptias Torgæ celebrat, cum Anna Christiani Regis Daniz filia 14 Octob.

Obierunt:

I. SIGISMVNDVS Rex Poloniae 1 Aprilis ipso die Paschatis, ætatis 81: regni 42.

II. CASPAR Cruciger Theologus, 16 Nouembris, ætatis 45. Witebergæ.

III. HIERONYMVS Fracastorius Veronensis Medicus insignis.

IIII. IOHANNES Langus Lutheri amicus Theologiæ Doctor, Erfurti.

V. HERMANNVS Bonus primarius Ecclesiæ Lubecensis Superintendens, 12 Februarij, ætatis 44 Lubecæ.

5519

Oxoniz in Anglia disputat Petrus Martyr de Coena Domini, mense Maio.

BVCERVS & Paulus Fagius Argentorato discedunt Cal. Aprilis, & in Angliam profiscuntur, vt ibi doctrinæ suæ sementem faciant. Consensio mutua Doctorum Ecclesiæ Tigurinz & Geneuensis, in re Sacramentaria constituta mense Augusto.

Magdeburgenses proscribuntur à Carolo Imp.

MATTHIAS Flaccius Illyricus mense Aprilis Witebergæ discedens se recepit Magdeburgum, vbi multa in Witebergenses scripsit.

PHILIPPVS Caroli V. filius Rex Hispaniæ ingressus est urbem Brabantiz Bruxellam 1 April. à Casare parente euocatus ex Hispanijs, in cuius fidem adiguntur ditiones Germania inferioris.

Obierunt:

I. PAVLVS III PP. 10 Nouembris, ætatis 82, Succelz

1549

nem Augustanam, 2 Augusti, atq; ita liber INTERIM expiravit,
tyrannidis suæ anno 4.

Noriberga obsidetur ab Alberto Marchione 12 Maij.
Urbs Metensis auspicijs Henrici II. R. Galliarum à Conestablio capta eripitur im-
perio, 10 April.

RODVLPHVS II. Imp. Archidux Austriæ, Maximiliani II. Imp. filius,
nascitur Vienna 18 Iulij, ab imperio Rodulphi I. Imp. (incluso 1273) anno
280. quater 70.

CHRISTIANVS Distelmeyer, Lamperti filius, Iurifconsultus,
quem hic Index Chronologicus patronum hæreditarium agnoscit,
nascitur 23 Maij Berolini.

Obierunt:

I. HENRICVS Dux Megalburgensis, 6 Februarij, æta-
tis 73, Suerini.

II. FRIDERICVS Archiepiscopus Magdebur: Marchio
Brandenburgensis, 3 Octobris.

III. HERMANNVS Episcopus Colonienfis 15 Augusti.
III. GEORGIVS Dux Megalburgensis Francofurtum ad
Mœntium obsidens, globo tormentario ictus 13 Iulij.

V. OBERNBURGERVS intimus Consiliarius Caroli
II V. ex lapsu Villaci.

VI. PAVLVS Iouius Nouocomensis Episcopus Nucerinus
historiarum scriptor celeberrimus, 11 Decembris, ætatis 69.

VII. FRIDERICVS Nausea Theologus, C. S. E.
VIII. IOHANNES Cochlaus, qui plurima scripsit contra
Luterum 10 Ianuarij, ætatis 73, Vratissauæ.

IX. AMBROSIVS Catharinus Theologus.

X. SEBASTIANVS Munsterus Ebraicæ linguæ profes-
sor, ætatis 63, Basileæ.

XI. BERNHARDVS Ziglerus Theologus, & Ebraicæ
linguæ peritissimus, 2 Ianuarij, ætatis 56, Lipsiæ.

XII. OSVALDVS Myconius Theologus Basiliensis æta. 64.
XIII. ANDREAS Osiander, 17 Octob. æta. 54 Regiomonti.

XIII. CASPAR Hedio Theologus & Chronographus, 17 Octo-
bris, Argentorati.

XV. IODOCVS Willichius Philosophus & Medicus præ-
stantissimus, 12 Nouembris, ætatis 51.

XVI. FRANCISCVS Dryander Hispanus, 21 Decembris,
Argentinae.

XVII. IOHANNES Marcellus Professor artium in Acade-
mia Witebergensi, die natali Domini inchoante annum 1553.

Hoc anno multa scripta prodierunt in causa Osiandri, Stancari &
Maioris. Causa etiam Sacramentaria ventilari cœpit.
Pestis multis in locis grassata est.

5523

MAVRITIVS Dux & Albertus Marchio Brand. in mutua odia incensi belli
gerantur. Die 9 Iulij pugnatum est in Saxonia non procul ab vrbe Brun-
suuiga ad pagum Peina, in qua pugna, etsi victor fuit Mauritijs, tamen
præter Electorem ipsum occubuerunt duo Principes Brunsvuicenses & vnus
Lunenburgensis, multiq; comites. Mauritijs Elector accepto vulnere obiit
11 Iulij ætat. 32. mens. 3. d. 21. In gubernatione successit Augustus Elector.
Est hic annus à bello civili Iulij & Pompeij 1600: à tertio bello Punico 1700:
à capta Constantinopoli 100.

Die 9 Ianuarij exorto seuisimo vento, à statua lapidea Ducis Mauritijs in arce
Berlincensi, violentia turbinis caput deiectum est, illesis Imperatoris & reli-
quorum Electorum statuis. Sexto deinde mense post, Mauritijs Dux inter-
ijt.

1553

ryi. Paulo ante mortem Mauritij tentorium in quo cibum capere solebat, & alterum apparatus Culinae turbine diuulsum fuit, illabefactis ceteris uniuersis.

Obijt Eduardus Rex Angliae 6 Iulij aetat. 16 regni 7, non absq; ueneni suspitione. Maria salutatur regina Anglia à populo 19 Iulij, per quam reducta est in Angliam uetus religio, & mota atrox persecutio in Euangelicos. Habita est etiam Londini disputatio de religione inter Catholicos & Euangelicos 18 Octob, quae in superiorem persecutionem exijt. Ecclesia peregrinorum ex Anglia fugiens uenit in Daniam, & inde in Germaniam.

MICHAEL Seruetus Hispanus, qui Arrii dogmata ab inferis reuocauit, crematur Geneuae 27 Octobris.

SIGISMUNDVS Augustus R. Poloniae nuptias celebrat cum Catharina filia Ferdinandi Imp. 5 Iulij.

ERNESTVS Archidux Austriae Maximil. Imp. filius nascitur Vienna 15. Iunij.

ALBERTVS Fridericus Dux Prussiae Alberti filius nascitur 29 April.

Obierunt :
I. GEORGIUS Princeps ab Anhalt, cuius scripta Theologica extant, & qui Ecclesiam suam Mersburgi ipse docuit : 17 Octobris, cum incoasset annum aetatis 47. Hunc mirificis laudibus extollunt Melanthon & Camerarius, ob insignem pietatem & mentis bonitatem.

II. IACOBVS Sturmus, cuius honorificam mentionem facit Sleidanus in libri sui praefatione : 30 Octobris, aetatis 63.

III. IOANNES Aepinus Pastor Ecclesiae Hamburgensis, 13 Martij, aetatis 54.

IIII. ERASMVVS Reinholdus, Mathematicus excellens C. S. E. 19 Febr. aetat. 42.

V. LVCAS Cranach pictor excellens & uir sapiens, 16 Octobris, aetatis 81.

MYSTAPHA filius maior Solymanni Imp. Turcici, cum fractis Persarum opibus ad patrem redisset, magno exercitus fauore & clamore exceptus est, quare offensus pater filium strangulatum in cubiculo, mox in exercitus conspectum proiecit, & per praconem hoc proclamari iubet : Unus est Deus in caelo, unum etiam Solymannum in terris Imperatorem esse oportet; quo audito, exercitus attonitus conticuit. Iunior natus biduo post ueneno sublatu est, quod de fratris interitu ingemisset. Tertius metu patris ad Regem Persarum confugerat, statim per legatos renocatus securi percussus est. Restabat Selymus cui pater minas intentabat, nisi solus restaret. Alij ad praec. 1552.

De obsidione & deditone Blassenburgi, totoq; bello uide Sleid. Cardinalis Polus missus à Pontifice Rom: in Anglia excitat atrocem persecutionem Euangelicorum.

PHILIPPVS Hispaniae Rex Caroli V. filius ingressus urbem Angliae Vintogliam, Mariam filiam Henrici VIII. Regis in uxorem ducit, & Regno Angliae potitur.

Soror Reginae Elizabetha in custodiam datur.

Obierunt :
I. IOHANNES Fridericus Elector Saxoniae, 3 Martij, aetatis 51. Hic cum captiuus esset, & ei offerretur restitutio dignitatis amissae, si assentiretur doctrinae Interimisticae, suam religionem abijcere noluit.

II. SIBYLLA coniunx Iohannis Friderici Electoris, 21 Februarij, diebus 11 ante mortem mariti.

III. IOHANNES Ferus alias Wild, Franciscanus & Concionator

cionator Moguntinus, die Natiuitatis Mariæ 8 Septembris. Fuit
vir doctissimus, eiusq; scripta non solum apud Catholicos, sed etiam
apud Evangelicos quosdam in summo habentur precio.

III. AMBROSIVS Moibanus Theologiæ Doctor, & Pa-
stor Ecclesiæ Wratislaviensis, 16 Ianuarij.

V. HIERONYMVS Schurff Iurisconsul. celeberrimus,
6 Iunij, ætatis 74, Francofurti ad Viadrum.

VI. SIGISMVNDVS Gelenius Boëmus Basileæ, ætatis
57. Hic vir egregia ingenij sui documenta dedit vertendis in linguâ
Latinam Scriptoribus Græcis, Iosepho, Iustino Martyre, Dionysio
Halicarnassensi, Philone & Appiano Alexandrino. De hoc Eras-
lib. 27. Epist. 39 ita: Gelenius pro sua doctrina non vulgari proq;
morum sinceritate dignus est lautiore fortuna, diuitias vix ausim illi
optare.

5525

Conuentus Augustanus initio anni incoatus durauit vsq; ad Septemb.
in quo tandem decretum factum est, ne vlli Principi, Comiti, aut Ci-
uitati Imperiali bellum inferretur, propter doctrinam religionis.
Estq; hic annus 35 ab anno 1521, quo primum edictum à Carolo
V. editum fuit contra doctrinam Luteri mense Maio.

Sleidani historia quæ hoc anno terminatur prodijt in lucem.
IULIVS III PP. moritur 23 Martij. Successit Marcellus II,
qui mox obiit: Huic successit Paulus III, creatus PP. 23 Iulij,
Sedit an. 4. mens. 2. d. 27.

Obierunt:

I. ELISABETHA mater Ioachimi II Electoris Brandeb.
10 Iunij ætatis 72 Berolini.

II. Ruardus Tapper Theologus & Inquisitor hæreticæ prauitatis Louanij, ætatis 80.

III. IVSTVS Ionas senior, Theologus, C. S. E. 9 Octobr.
post Luterum 10.

In Angliâ his duobus annis propter religionem supra 800 hominum
capita interierunt varijs suppliciorum generibus. Sunt qui referunt
defuisse carceres tot hominum capaces, & templa captiuus inclu-
sis fuisse pro carceribus. Existi sunt multi Theologi: I. Nicolaus
Ridleus Episcopus Londinensis 16 Octobris. II. Thomas Cran-
merus Archiepiscopus Cantuariensis Oxoniæ, 21 Martij. III. Hu-
go Latimerus Septuagenarius quondam Episcopus Vigorniensis.
III. Iohannes Hopperus Episcopus Glocestrensis. Item Buce-
rus & Fagius ante quadriennium mortui effodiuntur & comburun-
tur 16 Febr. His euentibus alij alios annos assignant.

5526

CAROLVS V. cum imperasset annis 36 (scilicet à coronatione) valedicens
Germaniæ nauigat in Hispaniam commendata gubernatione imperij Ferdi-
nando fratri. In Hispania in quodâ monasterio se continuit Deo vacaturus.

OTTO Henricus Palatinus Elector & Carolus Marchio Badens-
sis, amplexi sunt Confessionem Augustanam, & eam doctrinam in
suis ditionibus propagari curarunt, veteri religione proffigata.

Obierunt:

I. FRIDERICVS Philippi filius Palatinus Elector, qui
in Palatinatu religionem mutauit, 26 Februarij, ætatis 73. Successit
Ottho Henricus Ruperti filius.

II. IOHANNES Forsterus Theologus, autor Lexici Es-
braici, 8 Decembris, Witebergæ.

III. IOHANNES Sleidanus morbo Epidemio, 13 Octob-
bris, ætatis 50, Argentina.

III. Con-

III. CONRADVS Pellicanus ferijs Paschatis Tiguri: cui successit Petrus Martyr.

V. VALENTINVS Fridland Trozendorfius: apoplexia 26 Aprilis Dominica Iubilate, cum in enarratione Euangelij versaretur, ætate 67. Hic cum natus esset in pago prope Gorlicium, quodammodo inter pecora didicit literas. Ipse narrauerat, se cortice betularum pro papyro usum esse. Cumq; à matre in Scholam Gorlicensem deduceretur, matrem edidisse hanc fatalem vocem: Rogo te fili, maneat in Schola: Mansi igitur, inquit, & hæreo nunc in ea senex multos annos, obcediens mandato matris. Audiuit Melanthonem iuuenem, & ab eo auide didicit Dialecticam, atq; ex eo semper fuit imitator Melanthonis. Gubernauit Scholam Goltbergensem amplius 30 annos, fuit seuerus custos disciplinæ. Confluxit ad eum adolescentia ex Silesia, Polonia, Pannonia, Morauia, multisq; alijs locis, ac rari fuerunt docti homines in Silesia, qui non ipso præceptore vsi essent. Trozendorfio defuncto, in gubernatione Scholastica Martinus Thabornus Glogouienensis successit, & Rectoris munere functus est an. 23.

527 **COMETA** apparuit sub initium Martij.

Wormatiz inchoatum est Colloquium inter Theologos mense Septembris de controuersijs Ecclesiasticis, fuitq; Præses Iulius Pflug Episcopus Naumburgensis, cui additi erant assessores partim Pontificij, partim amplexi Confessionem Augustanam. Collocutores erant Pontificij Michaël Episcopus Mersburgensis, Delphius Suffraganeus Argentinenensis, Canisius, Staphylus & duo Theologi Louanenses. Responsuri de Confessione Augustana illis oppositi fuerunt: Philippus Melanthon, Erardus Snepius lector Ienensis, Iohannes Brentius Studgardianus, Iacobus Rungius Pastor Gripwaldensis, Georgius Cardius Pastor Anspachensis & Iohannes Pistorius Nidanus. Notarij ex Euangelicis fuerunt: Paulus Eberus & Iacobus Andreæ Pastor Goppingensis. Estq; initio erudite disputatum de norma iudicij in Ecclesia. Constituebant Catholici normam, perpetuum consensum: Euangelici iudicij normam adfirmarunt esse Prophetica & Apostolica scripta & Symbola. Dixerunt etiam Scriptorum Ecclesie veterum testimonia de dogmatibus adiungere, sed discernendos esse Scriptores, alios magis, alios minus puros esse. Qua autem occasione Colloquium abruptum sit, discatur ex alijs scriptis.

Bellum inter Reges, Gallia & Hispania gestum: Philippus Rex Hispaniarum Gallos ad S. Quintinum memorabili prælio superauit 30 Augusti.

Grauisissima persecutio Lutetiz excitata aduersus Euangelicos, expugnato vico Iacobæo, 4 Septembris.

Obierunt:

I. ALBERTVS Marchio Brandeb. Casimiri filius exul in oppido Marchionum Badensium, quod dicitur Porta Hercinia, 8 Ianuarij, post Mauritium Electorem anno 3½, ætatis 35.

II. GEORGIUS Pontanus Iurisconsultus, 20 Februarij, cum vixisset ultra 70 annos Ihenæ.

III. VITVS Amerbachius Wemdingensis, Philosophus, C. S. E. 13 Septembris, ætatis 54, Ingolstadtj.

MATTHIAS Archidux Austria filius Maximil. II. Imp. nascitur Vienna 24 Febr. Ebe. hab. 23.

528 **CAROLVS V.** Francofurti ad Mœnum per legatos resignauit imperium in manus Electorum 24 Febr. Ita translatus est in Ferdinandum, qui creatus est Imperator 18 Martij.

1557

1558

FERDINANDVS Imp. annis ferme 7.

MAXIMILIANVS Archidux Austria Maximiliani II. filius nascitur
12 Octob.

CAROLVS V. moritur in Hispania die Martis 21 Septemb. at. 59: a
nato Maximiliano auo suo anno 100: a morte Iulij Cesaris 1600: Constan-
tini Magni 1221: Caroli Magni 744: Alexandri Magni 1880: a nato
Rodulpho Habsburgio 340: a morte Maximiliani I. aui sui 40.

ZENOCARVS de postremo anno vite eius hac commemorat: In Eremo
Iusti Carolus ita se continebat vt diuinis cogitationibus in solitudine optime
vacaret: magna continentia vite, magna morum temperantia, magna cibi
viniq. abstinentia: duodecim tantum homines intra domesticos parietes ha-
bebat: equum vnum, ad colloquium admittebat ferè nullos. Ipse non aliter se
quàm Carolum appellabat, non Imperatorem. Dicebat se inutilem mundo,
inutilem DEO esse in hac vita: itaq. rogare & optare se, vt in vita aterna
Dei laudibus inseruire posset, sepè pro concordia Ecclesie Deum rogabat: In
manus tuas Domine, inquit, tradidi Ecclesiam tuam. Sepè errores suos
publicè ingemiscens lamentabatur: ac ex tot annis, quos vixisset, nunquam
vnum diem DEO (prout decebat) seruasse. Crucifixi Christi demum ima-
ginem per multos dies vlnis, oculis, oreq. complexus: septimo post translatio-
nem Imperij mense presente Archiepiscopo Toletano omnibus sacris charismati-
cibus & Sacramentis Ecclesie imbutus maximam vim lachrymarum effun-
dens, expirauit, ac ad cœlites (vnde illam sui venisse dicebant) animam de-
misit, mense Septemb. hoc est, imperij sui anno 40, ac quadragesimi anni die
postquam suscepit imperium quadragesimo: vita autem sua 58. Antequam
autem expiraret post sacram unctionem, etsi antea corpus Domini acceperat,
iterum illud gustare voluit, inquit, In me manes, Ego in te maneam. Idem
Zenocarus hac eius apophtegmata recitat: I. Quemadmodum Saturnus,
qui ex septem Planetis altissimum insedit culmen, tardissime circumducitur:
Ita Monarchas Austriacos, qui summa apud mortalium genus funtionem
vtuntur, quam minimè precipites esse oportet. II. Vt Sol non aliis ino-
pi, aliis locupleti, sed omnibus equus & communis: ita Reges personam spe-
rare haud debent, sed rem, iusticiam, & beneuolentia eorum omnibus ciuibus
suis patere debet. III. Sicut Solis defectio magnorum motuum plerunq.
argumentum trahit, ita Regum errores etiam mediocres magnam r. bus huius
manis perturbationem afferunt. IIII. Et vt idem Sol ceram liquefacit, &
lutum indurat: ita eadem Regis liberalitas alios reddit meliores, alios ingra-
tiores & nequiores. V. Quemadmodum Luna quo propior est Soli hoc mi-
nus habet luminis, minusq. irradiatur: ita quidam quo propius sunt ad latus
Regum, minus irradiantur, minusq. ditescunt & inaurantur. VI. Et vt
Luna precipue mouet inferiora, non quòd efficacior, sed quòd vicinior: Ita
multum habet momenti ad motus belli pacisq. sedandos vicinitas Regis. VII.
Ac veluti quadam fulmina es, ac ferrum liquefaciunt, ne cera quidem confus-
sa: ita diuina vis ac regia potestas in obsistentes senit, mollibus parciit & ce-
dentibus.

MARIA regina Anglie moritur 17 Nouemb. & post illam horis 16 Reginal-
dus Polus Cardinalis at. 59. Maria successit Elizabetha 26 Nouemb.

GEORGIUS Fridericus Marchio Brandeb. nuptias celebravit Custrini cum
Elizabetha filia Iohan. Marchionis Brandeb. 26 Decemb.

Moscouij ingressi Liuoniam populati sunt dittonem Derptensem.
Obierunt:

- I. Episcopus Labacensis Donauerdæ in Monasterio Sanctæ
Crucis exiturus è templo, delapsus de paucis gradibus, 31 Martij.
- II. IOHANNES Bugenhagius Pomeranus, Pastor Eco-
clesiæ Witebergensis, 20 Aprilis, ætatis 73: gubernauit Ecclesiam
Witebergensem an. 36: Successit Paulus Eberus.
- III. Iustus

1529

III. IVSTVS Menius Lipsiæ, 11 Augusti.
 IIII. IACOBVS Micyllus 28 Ianua. ætatis 55, Heidelbergæ.
 V. ERHARDVS Snepsius, 1 Nouembr. ætat. 63, Ihenæ.
 Conueritus Ordinum imperij fuit Augustæ, in quo sancita est pax religionis & factæ sunt exequiæ C. rolo V. Legatus Electoris Palatini, nomine sui Principis astitit Missæ, noluit tamen figere osculum in patinam sacram, oblatam à Cardinali Augustano qui Missam celebrabat. Cardinalis iratus magna voce dixit: Si non vis benedictionem, habeas tibi maledictionem in æternum. Reliqui Legati sociorum Augustanæ Confessionis non sunt ingressi templum.

1559

PAVLVS IIII. PP. obiit 18 Augusti, ætatis 84: Successit Pius IIII, qui sedit an. 3. m. 11. d. 14.
Elizabetha Regina Angliæ religione veteri profligata nouam introducit.
 FRIDERICVS Palatinus Rheni Elector successit Othoni Henrico Electori.
 Nuptiæ Philippi Reg. Hispaniarum & Elizabethæ filia Henrici R. Gallia.
 HENRICVS R. Gallia (ætat. 42) accepto vulnere in ludo equestri obiit 10. Augusti, cum graues cruciatu ad nouem dies tolerasset. Successit Franciscus II. ætat. 16.

obit 10 July 1559
12. 12. 1559

ANNAS Burgius Lutetiæ propter religionem crematur, 20 (alijs 21) Decembris.
 Prodit Paradoxon, quòd bona opera sint perniciofa ad salutem.
 DAVID Georgius hæresiarcha effossus crematur Basileæ, 13 Maij.
 Dietmarsii victi dedunt se Regi Dania 30 Iunij. Estq. annus 35 à morte Henrici Sudphaniensis, quem ipsi occiderunt.

Obierunt:
 I. CHRISTIANVS Rex Daniæ, 1 Ianuar. ætat. 56.
 II. CHRISTIERNVS Rex Daniæ, qui expulsus regno decem annos exul vagatus fuerat, & postea an. 27 in custodia habitus, 25 Ianuarij, ætat: 78, dieb. 24 post obitum Christiani Regis.
 III. FRANCISCVS Otho Dux Luneburgensis Marchionis Ioachimi II. gener, nondum completo 3 mense post nuptias Berolini celebratas: 29 April.
 IIII. OTHO Henricus Elector Palatinus, 12 Februarij.
 V. IOHANNES Gropperus Cardinalis, 14 Martij: æt. 50.
 VI. ALOYSIVS Lippomanus Venetus Episcopus Meto: næ & Veronæ.
 VII. GEORGIVS Rekrud bellator strenuus, 28 Nouemb.
 VIII. ANDREAS Vesalius anatomicus clarissimus.
 IX. IACOBVS Milichius Medicinæ Doctor, 10 Nouembris, ætatis 59, Witebergæ,
 X. ERASMVS Sarcerius Theologus, C. S. E. 28 Nouembris, ætatis 59.
 XI. LVCAS Gauricus Episcopus, 6 Martij, cum vixisset an. 82. mens. 11. d. 27.

1530

ALBERTVS Archidux Austria, Maximiliani II. filius nascitur 13 Noue.
 PIVS IIII. creatur Pontifex: coronatur die Epiphaniarum. In fossenni nummorum iactu in turba necati sunt 18 homines: supra 40 luxati & elisi.
 FRANCISCVS II. Rex Gallia moritur 5 Decemb. ex apostemate cerebri: à morte cui sui Francisci I. anno 14.
 MARTINVS Bucerus & Fagius, qui ante quadriennium combusti & in cineres redacti erant, publicis laudibus ornati & honori suo restituti sunt in Anglia, 30 Iulij.
 Rex Mauritania in vrbe Fesa cum magna multitudine hominum abiecto

1560

iecto Mahometismo Christianæ fidei professionem amplexus & baptizatus est 1 Julij.

Die 7 Aprilis sub noctem Dominica Palmarum Philippus Melanthon correptus est febris, quæ tandem vires in eo languentes extinxit. PHILIPPVS MELANCHTHON die Veneris post Pascha Witebergæ moritur 19 Aprilis paulo ante horam 7 vespertinâ, cum vixisset an: 63. d. 63. Estq; annus hic à suo in Academiam Witebergensem aduentu 42: à Confessione Augustana à se scripta 30: à morte Luteri 14: Natalis Luteri & Philippi distat an: 14: Vtriusq; etiam obitus totidem annis distat. Et sicut ab initio disputatum Luteri contra Scholasticos vsq; ad obitum eius intercessionem an. 30: ita ab anno 1530 (quo Philippus scripsit Confessionem Augustanam) ad obitum Philippi, sunt anni 30. Historiam vitæ eius ad posteritatem transmisit Camerarius peculiari libro, in quo eum describit vt virum afflictum, qui tamen bonis studijs multum profuerit. Habeo autorem virum nobilem, qui affirmavit sapientem Imp. Ferdinandum audita morte Melanthonis, dixisse: Huius viri consilia semper fuerunt moderata. Erasmus ei præter insignem eruditionem & raram eloquentiam tribuit gratiam quandam fatalem, quam genio suo debeat potius, quam ingenio, vt cum esset omnibus candidis gratissimus, ne apud hostes quidem haberet quem petere solitus est querelam auium: Agnoscimus in nostris vulneribus nostras pennas.

Obierunt præterea:

- I. PHILIPPVS Dux Pomeraniæ, 14 Februarij.
- II. FRANCISCVS Burchardus Vinariensis Cancellarius Ducum Saxoniz, 15 Ianuarij, ætatis 56. d. 64, ante obitum Philippi Præceptoris & amici sui.
- III. IOHANNES Lasco Polonus. C. S. E. 8 Ian. æta. 61.
- IIII. AMBROSIVS Blaurerus Theologus in Heluetia.
- V. LEONHARTVS Stöckel 49 die post Philippi obitum, Et sicut Philippus obiit die Veneris post Pascha: ita Leonhartus die Veneris post Pentecosten 7 Iunij.
- VI. GEORGIVS Sabinus Poëta clarissimus, & Melanthonis gener, 1 Decemb. ætatis 53.

5531 CAROLVS IX. Rex Gallie coronatur Remis 18 Maij. Celebratus est Principum Conuentus Naumburgi ad Salam, ubi responderunt Principes Pontifici Romano inuitanti eos ad Concilium: Decreta item de quibusdam controversijs facta & confirmata sunt.

Colloquium Popsiacum in Gallia de religione 9 Septembris institutum inter Cardinalem Lotharingiæ & inter Bezan, finitum est 25 Nouembris.

Seditio Lutetiæ orta 26 Decembris, Euangelicis in templo S. Medardi congregatis.

WENCESLAVS Archidux Austriæ Maximiliani II. Imp. filius nascitur 9 Martij, in oppido Neustat.

Obierunt:

- I. IOACHIMVS Princeps Anhaltinus, 6 Decembris, ætatis 52, Dessauiz.
- II. MICHAEL Sidonius Episcopus, ætatis 55.
- III. CONRADVS Lycosthenes tactus apoplexia, æta. 34.
- IIII. CASPAR Schuuenckfeldius in Sueuia mense Decemb.

5532 MAXIMILIANVS renunciatur Rex Rom. 24 Nouemb. Francosiori, coronatur 30 Nouemb. Corona regni Bœmiæ imposita est ei Praga 20 Septem. Obie-

Obierunt:

I. PETRVS Martyr Theologus, C. S. E. 12 Nouemb.
ætatis 63.

II. IOHANNES Stigelius Gothanus Poëta excellens, Ihe-
næ 11 Februarij, ætatis 47, ante Gothæ excidium 5.

III. IOHANNES Homilius Mathematicus, 4 Iulij Lipsiæ.
FRIDERICVS Wilhelmus Dux Saxoniz Iohannis Wilhelmi
Ducis Saxoniz filius Vimariz nascitur paulo ante horam 11 ante-
meridianam.

Primum bellum Gallicum ob religionem gestum. Confluxerunt
Guilius & Ammiralius 19 Decemb.

Finitum est Concilium Tridentinum die 4 Decembris: à prima sessi-
one ad vltimam sunt anni 18. Panuinius scribit durauisse omninò
an. 5: Duos sub Paulo III, vnum sub Iulio III, bienniũ sub Pio III.
Die natali Virginis Mariae 8 Septemb. Maximiliano II. Imp. imponitur Co-
rona regni Vngariae Posonij.

FRANCISCVS Dux Guilius copiarum Gallicarum ductor, dum Aurelias
obsidet, iectus globo bombardæ 18 Febru. paucis diebus post inter magnos cru-
ciatus expirauit: De autore comprehenso supplicium sumptum est Parisijs 18.
Martij, quatuor equis corpus eius distrahentibus ac discerpentibus.

Obierunt:

I. WOLFGANGVS Musculus Dufanus Theol. C. S. E.
30 Augusti, ætatis 66, Bernæ Heluetiorum.

II. HENRICVS Glareanus Poëta Laureatus, 28 Martij
ætatis 75, Friburgi Brisgoiz.

III. SEBASTIANVS Castalio Basileæ 29 Decembris.
Despota quem ferunt fuisse Iudæum à suis Valachis dolo circumuenitus occiditur
5 Nouemb. Bakshius.

FERDINANDVS Caesar Princeps mitis, affabilis, temperans & pacificus ex
tate catharrali extinctus est paulo ante septimam vespertinam Vienna die
Iacobi Maioris 25 Iulij: vixit an. 61. mens. 4. d. 14. hor. 20.

MAXIMILIANVS II. Rom. Imp. an. 12. mens. 2. d. 17.

Obierunt:

I. FRIDERICVS Staphylus Theologus, 5 Martij, æ-
tatis 51, Ingolstadtij.

II. IOHANNES Caluinus Theologus & Pastor Eccle-
siæ Geneuensis, 19 Maij, ætatis 55.

III. THEODORVS Bibliander variarum linguarum co-
gnitione clarissimus, C. S. E. Tiguri 26 Nouemb.

IIII. ANDREAS Hyperius Theol. 1 Feb. æt. 53. Marpurgi.
V. IOHANNES à Burken LL. Doctor, Francofurti ad
Oderam 24 Nouemb. ætatis 49.

Synaxis sacra in vtraq; specie etiam laicis secundum Christi institutio-
nem concessa ab Imp. Ferdinando die 18 Iunij Viennæ per Vrba-
num Episcopum Gurcensem in templo S. Stephani administratur
& publicatur.

PIVS III. PP. obiit 9 Decembris, ætatis 67.

LAZARVS Snuendius consilio, celeritate ac militari disciplina inchtus ex-
pugnat arces Thokay, Zathmar, Erdeētum, &c.

Illustris Schola Monasterij Gorlicensis aperta est primo Rectore Pe-
tro Vincentio Vratisslaviensi, qui hoc anno 9 Iulij introductus est.

Post Vincentiũ gubernant Scholam Ioachimus Maisterus & Lau-
rentius Ludouicus spectatae eruditionis & sapientiz viri.

Obierunt:

I. IOHANNES Fridericus III Dux Saxoniz Iohannis
Frider

1563

1564

1565

Fridérici I filius, vlt. Octob. Ihenæ, ætatis 28. Huius Principis mortem consecutum est bellum Gothanum.

II. IOACHIMVS de noua domo, eques aurei velleris, Regni Bohemiæ Cancellarius Viennæ rupto pontis iugo cum curru & equis in Danubio periit 12 Decembris.

III. GEORGIUS Sigismundus Seldius Augustanus Iuris consultus peritissimus, Consiliarius & Procancellarius trium Imperatorum Caroli V. Ferdinandi I. & Maximiliani II, cum die 26 Maij Vienna, à Cæsare, qui in venatione erat, euocatus esset, & veluti tam grauius læsus est, vt eadem hora expiraret.

IIII. ALEXANDER Alesius Scotus Theolo. Professor in Academia Lipsica, 17 Martij.

V. IOHANNES Mathesius Pastor Ecclesiæ in Valle Ioa- chimica, 7 Octobris, die Dominico quo docuerat Ecclesiam de beata spe futuræ vitæ, ætatis 61, cum præfuisset Ecclesiæ an. 34.

VI. CONRADVS Gesnerus vir doctissimus, C.S.E. peste extinctus 13 (alij 22) Decembris, Tiguri.

VII. FRANCISCVS Faber notarius Reipub. Vratislaviensis, vir doctus & Poëta bonus, 19 Septembris.

5536 *Prima comitia Maximil. Imp. Augusta celebrata in quibus ad bellum Turcicum gerendum ab ordinibus Imperij auxilia vel sumptus decreti sunt. Hic itaq. anno suscepta est expeditio in Vngariam.*

SOLYMANVS Imp. Turcicus ætat. 67 (alij 76) in castris ad Zigelum in Vngaria obiit 4 Septemb.

Tertio die post (7 Septemb.) Zigelum decima quarta oppugnatione expugnatum est, ubi fortiter dimicans in ponte arcis occubuit Nicolaus Comes Seru- nensis, cuius caput amputatum à Turcis missum est ad Imp. Maximilianum.

SELYMVS (ætat. 42) de stirpe Ottomannica Imperator tredecimus successit patri Solymano 26 Septemb.

Sexto Aprilis viri nobiles amplius 400, supplicarunt gubernatrici, ne Hispani- cam inquisitionem in uehi permitteret, sed libertatem in religione concederet. Die 20 Augusti Antuerpia e templis eiecta sunt Statua, idq. etiam in alijs locis factum est.

AVGVSTVS Elector Saxonia vsitata Ceremonia accepit Feuda ab Imperatore Maximiliano Augusta 23 April.

Obierunt:

I. WOLFGANGVS Princeps Anhaltinus, 23 Martij, ætatis 74.

II. SIGISMVNDVS Archiepiscopus Magdeburgensis Halæ Saxonum, 12 Septembris, ætatis 28.

III. MATTHIAS Cittardus Concionator aulicus Maxi- miliani Imp. vir doctrina & eloquentia præstantissimus.

IIII. IOHANNES Agricola Islebius Theolog. 22 Septem- bris, ætatis 75 Berolini.

V. ADAMVS Cureus Freistadiensis, Ioachimi frater, Pas- stor Ecclesiæ Vratislaviensis, 29 Octobris, ætatis 40.

VI. IOHANNES Funccius, qui de publicis studijs propter supputationes Chronologicas præclarissimè est meritus, capite truncatur Regiomonti 28 Octob. ætatis 49. Hic ante necem pronun- cialle dicitur hoc distichon:

Disce meo exemplo mandato munere fungi

Et fuge ceu pestem τὴν πολυτῆρα γμοσίων.

VII. LEONHARTVS Fuchsius Medicus 10 Maij Tubingæ VIII.

Honoring de Anhaltis Sroch. m. 1612

VIII. **ARNOLDVS** Burenus Professor artis Oratoriz in Academia Rostochiana 16 Augusti.

1537 *Orbis Gothia & arx contigua Grimmienstein per deditionem Commissarijs imperij & Electori Augusto una cum Duce Saxonia Iohan. Friderico tradita est*

1567

13 April. die Dominica, qui dicitur Misericordia Domini.
Die 18 April. supplicium sumptum est de Grumbachio, D. Pontano, & alijs. Anno a capto Iohan. Frider. 20: a Smakaldica Synodo 30: a capta Roma 40: a prima mutatione religionis 50.

PHILIPPVS Hassia Langrauius moritur 31 Martij die 2 Paschatis: etat. 63. anno a captivitate vel custodia 20: a liberatione 15: regni sui circiter 50: a morte Philippi Macedonis 1901.

Antuerpia die 15 Martij iunxerunt se Lutherani Pontificijs contra Calvinistas.

Dux Albanus cum exercitu venit in Belgicum.

IVSTVS Ionas Iurifconsultus capite truncatur Hafniae 28 Iunij, etatis 42: ante mortem fertur recitasse hos versiculos:

Quid inuat innumeros scire atq; evolvere casus,

Si facienda fugis, si fugienda facis.

PETRVS Lotichius Abbas Coenobij solitariae vir doctus & Poeta celebris, obiit 3 Iulij.

1538 *Bellum Belgicum inter Ducem Albanum & Aurantium. Copia Aurantij prostigata sunt ab Albano circa 20 Iulij.*

1568

Secundum bellum Gallicum ob religionem gestum.

Colloquium Aldenburgense inter Theologos Misnicos & Thuringicos incoatur 21 Octobris, finitur 9 Martij, an. seq. Vide acta edita. Disputatum est de iustificatione, &c.

Mandato Ducis Albani capite truncati sunt duo Comites: Egmondanus & Hornanus, equites ordinis aurei velleris 5 Iunij Bruxelle.

ADOLPHVS Comes Nassaensis occubuit in praelio contra Hispanos, pro defensione Wihelmi fratris sui principis Vrania 23 Maij.

Obierunt:

I. **CAROLVS** filius Philippi Regis Hispaniz, etatis 23, 24 Iulij.

II. **ALBERTVS** I Dux Prussiz, 20 Martij, etatis 78. Administrationis Prussiz an. 58.

III. **CHRISTOPHORVS** Dux Virtenbergensis anti-qua virtute & fide germanica prestant, 28 Decembris, etatis 54.

IIII. **HENRICVS** Dux Brunsvicensis, 11 Iunij etatis 79. Quam religionem approbarit moriturus, pete ex alijs. Successit filius Iulius, sub quo religio antiqua mutata est.

V. **EVSTACHIVS** a Schliben vir nobilis ac doctus & eloquentia laude celebris 22 Martij.

VI. **IOHANNES Schneidewein** Stolbergensis Iurifconsultus, vir optimus & doctissimus, 4 Decembris, etatis 51. apoplexia extinctus Zeruestz.

VII. **IOANNES** Oporinus Typographus Basiliensis, 6 Iul.

1539 *Tertium bellum Gallicum ob religionem gestum, in quo Condzus a Montesquio interfectus est, 13 Maij.*

1569

Commissa est memorabilis pugna Ammirallij cum Rege Gallie ad Monconturum 3 Octob. in qua occubuerunt ad 14 millia hominum: Rex victoriam obtinuit.

AVRANTIVS infeliciter pugnat in Belgico.

Obierunt:

I. Illustrissimus Princeps Wolfgangus Palatinus Rheni, cum ingens

ingentem equitatum duxisset in Galliam febre pestilentiali corre-
ptus 9 (alij 11) Iunij.

II. PAVLVS Eberus Kitthingensis, Ecclesiz Witebergen-
sis Pastor, 10 Decembris, ætatis 59.

III. VICTORINVS Strigelius Theologus, C. S. E. 25
Iunij, ætatis 45 Heidelbergæ.

5540

De Comitibus Spirensibus hoc anno celebratis consule alios. Noua pacis conditio-
nes inita & publicata sunt in Gallia mense Augusto, quæ post biennium inter-
ueniente connubio Regis Navarra cum Regis Sorore in perpetuam firmamq;
pacem transitura credebantur.

MAXIMILIANVS Imp. duas filias nuptum dedit duobus potentissimis
Regibus: Carolo IX. R. Gallia, Elizabetham: Philippo Regi Hispaniarum,
Annam.

IOACHIMVS Fridericus Marchio Brandeb. Administrator Primatus Mag-
deburgensis, nuptias celebrat Custrini, cum Catharina, filia Marchionis Lo-
hannis Patruis, 8 Ianua.

Nuptia Iohannis Casimiri Palatini, cum Elizabetha filia Augusti, Electoris Sa-
xonia celebrantur Heidelbergæ, 4 Iunij.

Ferraria terra motu concussa mense Nouemb.

Venetis erepta à Turcis in Cypro urbes quadam: Nicosia Cypri expugnata.

In Frisia, Hollandia, Flandria & Belgico perierunt maris inundationibus plu-
rima urbes, pagi, homines, &c. mense Nouemb.

Dux Albanus in Belgico proclamari iubet condonationem (vulgò pardonam vo-
cant) omnibus diuersæ religionis hominibus, modo ad Catholice Ecclesie gre-
mium redeant & confugiant.

Stetini facta est pax inter Reges Dania & Suecia, mense Decemb.

Huius anni estate cepit ex maligno frugum prouentu ingens annone caritas,
quæ durauit biennio. Multis in locis homines fame extincti sunt, cum victi-
tassent rebus, quæ non sunt esui.

Hoc anno prodijt Chronologia Georgij Nigrini Batteburgensis, cui-
us supputatio cū nostra in annis Mundi & Christi planè consentit.

Obierunt:

I. IOHANNES Waiuuoda in Vngaria, 14 Martij, ætatis
30, cui successit Stephanus Bathor, electus à Transylvanis Palati-
nus Transylvaniæ.

II. FRIDERICVS Dux Lignicensis, 15 Decem. æta. 51.

III. IOHANNES Brentius Theologus, cuius plurima scri-
pta Theologica extant, ætatis 72 (al. 70) 11 Septemb. Sturgardiz.

IIII. VITVS Ortel Winshemius Medicinæ Doctor, & linguæ
Græcæ Professor in Academia Witeburgensi, ætatis 69: 3 Ianua-
rij: anno 10 post Melanthonem.

5541

Famaugusta olim Salamis dicta Cypri metropolis occupata à Turcis mense Aug.
Die 7 Octob. insignem cladem accepit classis Turcica à classe Hispanica & Vene-
ta, ad Sinum Corinthiacum (hodie Golpho de Lepanto dicitur) Duce Iohanne
de Austria, multis triremibus captis, dissipatis aut mersis, magnæ prædæ in
potestatem redacta. Trucidata dicuntur 15 millia Turcarum & liberata 13
millia Christianorum captiuorum. Est annus à belli Peloponnesiaci princi-
pio 2000: à Monarchia Alexandri Magni 1900: à victoria Achiacæ &
Monarchia Augusti 1600: ab excidio Hierosolymorum sub Tito 1500.

Obierunt:

I. IOACHIMVS II Elector Brandebur. extinctus apo-
plexia subita in arce Cöpnik 3 Ianuarij, ætat: 66: à morte patris 36,
funus factum 19 Ianuarij.

II. IOHANNES Marchio Brandeb. Custrini manè paulò
ante 6: 13 Ianuarij, ætatis 58: die 10 post fratrem: exequia 1 Feb.
Vui-

1570

1571

Vtrique horum Principum successit Iohannes Georgius Elector.

III. DOROTHEA Regina Daniæ, vidua Regis Christiani.

IIII. MELCHIOR Kling Iurisc. celeberrimus, C. S. E. mense Martio.

V. GEORGIUS Fabricius Chemnicensis, ingenij monumentis apud exteros quoque claris. 13 Iulij, Misnæ, cum vixisset an. 55. m. 2. d. 21. (alij an. 56. m. 2. d. 19.) Rexit Scholam Illust: Misnæ an. 26, fideli & felici institutione. Viuus de seipso:

Fabricius stuauit bene de pietate mereri

Sed quicquid potuit gloria Christe tua est.

Ἐοὶ χάριν οἶδα θεῶν εὐσπλαγχνῶς ὅς μ' ἐπίδαξας

Ἐπιότην τε δακρυ. ἐπ' θανάτῳ δὲ ἔβδρ.

VI. IOACHIMVS Morlinus Theologus in Prussia, ætatis 58, cum frustra reclamantibus Medicis sectionem in calculo vesicæ attentasset senex.

VII. HENRICVS Theodorus Superintendens Ecclesiarum Ducatus Lignicensis, 6 Decembris, ætatis 59, cui in Ecclesiarum gubernatione successit D. Leonhartus Cranzhemius Theologicis & Chronologicis scriptis clarus ac celebris.

RODOLPHVS Primogenitus Maximil. Imp. coronatur Rex Vngaria 25. Septemb.

1572

Mense Nouemb. conspeximus stellam illam nouam, de qua multi multa scripserunt.

JOHANNES Sigismundus primogenitus Ioachimi Friderici Marchionis Brandeb. & administratoris Magdeb. nascitur Hale Saxonum 8 Nouemb.

Obierunt:

I. Pontifex Rom. Pius V, cui successit Gregorius XIII.

II. SIGISMUNDVS Augustus Rex Poloniæ, filius Sigismundi I, sine hærede masculino, 7 Iulij, ætatis 52: regni post patrem 25, Knissinij in Lithuania. Estq; hic annus 608 à principio Christianismi in Polonia.

III. HIERONYMVS Wellerus Theologus, C. S. E. apoplexia extinctus in lecto, 20 Martij Fribergæ in patria, ætatis 73.

IIII. CHRISTOPHORVS Lasius Theol. C. S. E. 25 Augusti Senftenbergæ, cum vixisset an. 68. d. 50.

V. IOHANNES Wolfius Theologus Tigurinus, C. S. E.

VI. VLRICVS Mordeisen Iurisc. Dresden, 5 Iunij. CASPAR Castilioneus Gallia Ammirallius & multi alij reformata religionis viri nobiles Parisijs ad nuptias Regis Nauarræ inuitati, die Apostoli exhortati ita excepti & dimissi sunt, ut tam sit omnibus in ore: Estq; à Vesperis Siculis annus 290: Hunc annum hæc verba inducant, collectis numerorum lites: LVtetla Mater vos natos DeVoraVlt.

BENEDICTVS Arias Montanus Hispalensis, vir longè doctissimus, & multarum linguarum peritissimus, feliciter vltimam manum imposuit magno & præclaro operi S. Bibliorum Antuerpiensium, quadrilinguium, cum in isto labore consumpsisset quadriennium, à 15 Maij (quo in Belgium ex Hispania venerat anno 1568) vsque ad vltimum Martij huius anni.

HENRICVS, frater Caroli IX. Regis Galliarum, electus Rex Polonia.

In Prussia celebrata sunt nuptia Alberti Friderici Ducis Prussia (ætatis 21) & Mariæ Eleonoræ filia Wilhelmi Ducis Iuliacensis.

Obierunt:

I. HEDVIGIS filia Sigismundi I Regis Poloniæ, coniunx Ioachimi II Electoris Brandeb. 7 Febru. in arce Ruppiniensi,

1573

ætatis circiter 60, tumulatur Colonia ad Sueuum in templo Cathedra-
drali, 7 Februarij.

II. IOHANNES Wilhelmus Dux Saxonie Iohannis Friederici I filius, ætatis 43, die 2 Martij.

III. BARNIMVS Pomeranie Dux prope Stetinum in arce Aderburg, ætat. 72, à morte Philippi Ducis Pomeranie 14, cum ditioni suæ præfuisse an. prope 50. Quidam huc usq; supputant à gubernatione Barnimi I annos 350: quemadmodum etiam ab eiusdem Barnimi prioris initio ad initium huius Barnimi principium (anno 1523) annos 300.

IIII. ANDREAS Masius, die 7 Aprilis, doctrina & plurimarum linguarum cognitione clariss. qui in adornandis Biblijs Antuerpiensibus, vnà cum Benedicto Aria Montano vtilem & præclaram nauauit operam, & in enarratione libri Iosue sui nominis memoriam posteritati consecrauit.

V. IOHANNES Pfeffinger Theologiae Doctor, & Lipsenssis Ecclesie Pastor, Cal. Ianuar. ætat. 78 (alij 80).

VI. ABDIAS Prætorius Witebergæ, 9 Ianuarij, ætatis 49.

VII. IOACHIMVS Cureus Medicus & Philosophus clarissimus, C.S.E. Glogouiz 21 Ianuarij, cum vixisset an. 40. m. 3.

5544

HENRICVS Andegauensis Polonia Rex coronatur Cracouia Dominica Esto mihi 21 Febr. Attingit fines Polonia 24 Ianua. circa meridiem, eodemq; die ingressus est oppidum Meseriz. Cracouiam venit 18 Feb. Hic cum mensibus tribus, diebus 26 regnasset, 18 Iunij intempesta nocte comitatus duobus domesticis Gallis equorum incitatissimo cursu Cracouia euasit in Franciam, ubi Rex designatus & coronatus Carolo fratri mortuo successit.

Obierunt:

I. CATHARINA filia Henrici Ducis Brunsvicensis, & coniunx Illustrissimi Principis Iohannis Brandebur. Domina mea clementissima, cui Crostæ ex hac vita pie & placide emigranti ad sui, Dominica Vocem Iucunditatis, 16 Maij, ætatis circiter 58.

II. GEORGIVS Maior Theologiae Doctor, C.S.E. Witebergæ 28 Nouembris, ætatis 73.

III. IOACHIMVS Camerarius Papebergenis de bonis literis præclarissime meritis, cuius solidam & multiplicem eruditio- nem scripta eius commendant, 17 April. cum vixisset an. 74. d. 5. Sepultus Lipsiæ 19 April. quo ante annos 14 intimus amicus eius Philippus Melanthon decesserat.

SELMIVS Imp. Turcicus moritur 13 Decemb. relicto successore filio Amuratho, qui regnum auspiciatus est à cade 5 fratrum.

5545

RODVLPHVS Dux Austria coronatur Rex Boemie 22 Septemb. Pragæ in summo templo. Idem consentientibus votis Principum eligitur in Regem Rom. 27 Octob. & coronatur I. Nouemb. Ratisbona, ætat. 24.

Obierunt:

I. SABINA filia Georgij Marchionis Brandeb. coniunx Iohan: Georgij Electoris Brandebur. 2 Nouembris, Berlini.

II. HENRICVS Bullingerus Theolo. Tigurinus, C.S.E. 17 Septemb. ætatis circiter 76.

III. MATTHIAS Flaccius Illyricus Francofurti ad Mœ- num 11 Martij, ætatis 56.

IIII. GVARVS Weigandus Guarinus, Medicinæ Doctor, vir laudatissimus, & amicorum meorum ornamentum eximium, 27 Nouembris, ætatis 60. Quidam obseruarunt, hunc annum multis Mathematicis fuisse fatalem, Wolfgango Schulero 2 Iunij Witebergæ Francisco Maurolyco Siracusano: Valentino Thauæ Lipsiæ: & Petro Nonnio Salaciensi Hispano.

Obierunt Carolus Sottraxia ex diacono in Iunio
obierunt Carolus rex gullus 30 may 1574

1576

MAXIMILIANVS Imp. postremum suum conuentum celebrauit Ratisbona in quo inter praclaros conatus pie & beatè obiit (die Maximiliani, ut quidam obseruarunt) 12 Octob. circa decimam antemeridianam etat. 50. incoato. cum presente filio Rodulpho decreta conuentus in Palatio Senatorio publicarentur, & nomina Principum qui subscripserant, recitarentur. Reliqui sua sapientia, pietatis & virtutis memoriam honestam, & optimo Imperatore dignissimam, qua de re legant studiosi D. Cratonis Archiatri Casarei Orationem laudes Maximiliani sapienter & doctè recitantem.

1576

RODVLPHVS II. Rom. Imp. patri successit hoc anno, qui monstratur his verbis: **RODVLPHVS** Imperator **AVGVSTVS**.

Moscouitica legatio Ratisbona audit a est ab Imp. Maximiliano circa 18 Iulij.

STEPHANVS Bathorius Transyluaniae Palatinus Craconiae coronatur Rex Poloniae Cal. Maij. Antuerpia capta & direpta ab Hispanis 4 Nouemb. Obierunt:

I. **FRIDERICVS** Palatinus Rheni Elector, 26 Octobris, etatis 62.

II. **IOHANNES** Albertus Dux Megapolensis 12 Martij, etatis 49.

III. **IOSIAS** Simlerus Theologus Tigurinus, C.S.E. 2 Iulij, etatis 45.

IIII. **HENRICVS** Beringerus cognomento Salmuth, Pastor Ecclesiae Lipsensis, 20 Maij, etatis 55 incoato.

V. **GEORGIVS** Ioachimus Rheticus, Mathematicus & Medicus, catarrho suffocatur Callouiae, 4 Decem. etatis 60. m. 9. d. 16.

1577

Celebratae sunt nuptiae Iohannis Georgij Electoris Brandeb. cum Elisabetha Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini filia 6 Octob.

Iohan. Fridericus Dux Pomeraniae celebrauit nuptias cum Erdmude filia Iohan. Georgij Electoris Brandeb. 17 Feb.

Nuptiae Ioachimi Ducis Lignicensis & Brigenensis, cum Anna Maria filia Principis Anhaltini 19 Maij: Brige.

Nuptiae Ernesti Ludouici Ducis Pomeraniae, & Sophiae Hedwigis filiae Iulij Ducis Brunsvicensis celebratae Wolgasti 20 Octob.

IOHANNES Georgius filius Ioachimi Friderici Marchionis Brandeb. & Administratores Magdeb. nascitur 26 Decemb. circa 9 Vesperinam.

MATTHIAS Archidux Austriae nocte ea qua antecessit diem 3 Octob. Vienna egressus iter suscepit in Belgicum. Cometes visus est 11 Nouembris, quem alij mense superiore flagrasse scripserunt.

STEPHANVS Rex Poloniae urbem Dantiscum obsidione cinxit, & aliquandiu oppugnauit acriter: Tandem commissis aliquot praelijs pax est composita.

MARTINVS Forbissenus Anglus navigationem instituens in regiones Occidentis & Septentrionis 26 Maij, superatis multis difficultatibus navigationis, reperit auri tantam copiam mense Augusto, ut eo replerit ducenta dolia seu tonnas, quibus nauem & duo aphracta oneravit: In Angliam reuersus est 17 Septemb.

Homines eius loci ab omni civili cultu alieni crudis ferarum & piscium carnibus vescuntur: vestiuntur pellibus ferarum venatione captarum: herbas etiam crudas bestiarum in morem deuorant. Tentoria eorum pellibus balenarum teguntur: perpetuae propemodum ibi niues & frigus asperrimum. Canibus qui lupos nostros specie referunt, sub iugum missis vtuntur ad res necessarias super glaciem aduehendas: Arma illis sunt: arcus, sagitta & funda. Valde delectantur rebus splendentibus & tinnientibus. Qualem religionem colant, quam Dei cognitionem habeant, ignoratur. Nulla ibi ligna: cerui multi, & sicut regio sterilis est: ita homines stupidi, baridi & sine omni inge-

1577

12 Feb. Iohan. p. p. in Belg. venit 24 Julij ortus n. n. et obijt p. n. 17 Octob. 78

nio. Terram non colunt, contenti rebus quas sponte producit: Venatione vi-
nant: potius illis est sanguis ferarum calidus aut aqua glaciei, nulli istis sinu,
nulla scaturigines: quod violentia frigoris terram ita concludat, ut aquarum
scaturigo erumpere nequeat. Navigantibus perueniendum est isthuc non so-
lum per ventorum asperros ac impetuosos turbines, & maris fremitus ter-
rificos, sed etiam per Insulas plurimas, & montes glacie concretos, planeq;
horrenos visu.

5548

Die 4 aut 5 Augusti caesa sunt in Africa ad 15 millia hominum, in quo confli-
ctu perijt ipse Rex Portugalia vna cum nobilitate ferme tota: perierunt etiam
duo Reges in hostili exercitu Maurorum.

Elizabeth Marchionis Georgij Friderici in Onolzbach coniunx: Marchionis
Iohannis Brandeb. filia: moritur in Polonia pago prope Warsouiam 8 Martij:
sepulta Regiomonti 23 Martij.

Non

JOHANNES de Austria in Belgico moritur 1 Octob. *Via in Belgico*
Bassa Budensis strangulatur mandato Imp. Turcici circa 27 Septemb.

5549

GEORGIVS Fridericus Marchio in Onolzbach nuptias celebrat Dresda, cum
Sophia Wilhelmi Ducis Luncburgensis filia 3 May.

Obierunt:

I. ALBERTVS Dux Bauarix 23 Octobris, aetatis 52.

II. MARTINVS Taburnus, qui ad excellentem doctrinam & linguarum solidam cognitionem adiunxerat eximium pietatis
studium, virtutem & fidem, Illustris Gymnasij Goltbergenfis
Rector, & Trozendorff Collega ac successor, 15 Aprilis, aetatis 55.

III. IOACHIMVS Picus Theologus, Glogouix, in cuius
vicinia Euangelium docuerat, 23 Decembris, aetatis 50.

Mastricum vrbs ab Hispanis expugnatur 29 Iunij, edita magna & miseranda
strage hominum.

Polonia 11 Augusti a Stephano Bathorio rege Polonia obsidione cincta decimo no-
no die post, hoc est, 30 Augusti, hoste se fortissime defendente capitur & rez-
gno Polonia restituitur, cum in annum 17 Moscua eam tenuisset.

5550


I V B I L A E V S M u n d i III: Mosis 61: Pradica-
tionis CHRISTI 31.

Obijt rex Portugalliae antea Cardinalis, 31 Ianuarij in ipso puncto eclipsos Lu-
naris, anno regni secundo.

1578

1579

1580



A Brumpo telam historicam, lector humanissime, tenui ad-
modum, raroq; filo contextam: ubi illud spectavi in pri-
mis, ut à prima origine labentia mundi tempora huc
usq; deducerem, eorumq; continuam seriem paucorum
eventuum vel exemplorum adiectione vestitam oculis tuis subijce-
rem. Quod nostri in te studij exiguum specimen amore tibi obla-
tatum amore accipies, mentemq; autoris pie tibi deditam ac manci-
patam agnosces. Nulla pars opusculi huius nobis plus attulit mo-
lestiæ, quàm postremi 50 anni, quibus presentis ætatis nostra res non
dico commemoranda, sed verbulo saltem attingenda aut perstrin-
genda erant: adeo abhorrebat ab illis animus. Paralipomena
verò hiatum hunc complanatura mihi quidem non licet attexere,
ut qui in Maioris operis prima parte elaboranda, sim occupatissi-
mus, & præterea dolendo experiar, quàm non possint apud quosdam
homines inter calculum Medicorum & inter calculum Chronolo-
gorum constitui saltem semestres induciæ. Hanc itaq; provinciam
trado viro clariss. Michaeli Beuthero LL. Doctori, Chronogra-
phorum nostra ætate Principi, & apud inçlytam Argentinam histo-
riarum professori, eum oro, ut pro summa nostra necessitudine &
amicitia hunc laborem libens imponi sibi patiat, & quod nos mul-
tis de causis necessario prætermisimus, ac magno studio ignoravimus,
ipse sua accuratone, diligentia & opera sarciat & adijciat. Ea
ratione ille & me privatim, & studiosorum omnium animos publi-
cè nouo beneficio sibi deuinciet & obstringet: nosq; ipsum, merito
eius, plurimum amabimus ac prædicabimus.

Ceterum monendus & rogandus mihi es de quibusdam lector or-
ptime: quorum illud primum est, ne offendaris styli diuersitudine
in hoc tam breui scripto, ubi interdum integra autorum dicta res
censui, quæ res non potest nor. magnam orationis aut styli diuersita-
tem gignere. Sæpè malui autorum verbis quàm meis loqui, quod
dulcius ex ipso fonte bibantur aqua. Ac ut mens hominum va-
rietatis auida nescio quid incundi nonnunquam habet veterum quo-
rundam obsoleta dictio, ac suo quodam modo rudius compta Oratio,
ex qua non rarò plus intelligitur quàm dicitur, plus significatur, quàm
effertur. Habenda etiam fuit ratio pauperculorum scholastico-
rum, qui cum non mox possint ipsos autores ingenti precio compara-
re, hic fortè alicubi reperient, quo se exatiant. Nec sane diuersimilo,
me metuere vyperas, quarum morsum ut euitarem, locutus sum
potius alienis verbis quàm meis, ne illa in me incurrerent, ac seuirent:
sed si vellent, autori ipsi dentem insingerent, & vel apud Rhada-
manthum grauem ei grandemq; dicam scriberent. Taceo interim
quod multa à Chronographis recitantur, quorum fides non à recitan-
tibus, sed à scriptoribus ipsis petenda est, ubi maxime conducit,
alie-

aliena pro suis afferre in medium, & iudicium Lectori permittere.
Poserem quod monere volebam illud est, mi lector, ut recorderis, quod centies iam repeto, me hic non scribere historiam, nempe Iliada post Homerum, sed supputationis formulam tradere, & exemplorum recitatione eam illustrare, cuius lectio tantum abest, ut optimos autores de manibus tuis excutiat, ut etiam annotationum illarum breuitas ad historiarum fontes in autoribus inspiciendos ultra te remissura & adductura sit. Opera vero mea fructum satis uberem percepero, si has indicationes studijs tuis Chronologicis profuisse intellexero: ac si omnino tu abundantiam quadam humanitate, prodigaq; in me beneuolentia tua premiolum aut *ἀντίδοτον* aliquod poscere me iuberis, optarim sane quam maxime, ut tantum ad huius libelli lectionem adferres candoris, quantum ego huius articuli & sudoris & veri in te fauoris: idq; ut amanter facias, quantum opere possum, bone lector, te oro & obsecro. Gratia Domini nostri IESU CHRISTI tecum. AMEN.

Hieronymus.

Quantum temporis restet vsq; ad iudicij diem, nec angeli norunt, nec Filius, qui ideo ignorare se dicit, quia nobis non expedit discere.

Hesychius.

Nec dies, nec mensis, nec annus aduentus ipsius sciri potest, sed signa aduentus videndo & credendo expectare me conuenit: Et si dies abbreviabuntur, Ergo tempus illud caret computo.

Augustinus.

Actor. J. Non est vestrum scire tempora: q. d. non est vestrum hoc docere. Quis nostrum docere audeat, vel scire praesumat, quod DEVS ille Magister nec Discipulos docuit, a quibus praesentibus interrogatus est praesens, nec illi tam magni sanctiq; Doctores Ecclesiam docere potuerunt? Noluit DEVS illud praedicari, quod videbat non vtiliter sciri. Hoc ergo scire opus est, ut curent esse filij lucis, & parato corde vigilare, &c: Sufficiebat vt scirent imparatis atq; dormientibus horam Domini sicut furem esse venturam, atq; hoc scientes, essent parati post quantalibet tempora veniret. Item: Non ille diligit aduentum Domini, qui eum asserit propinquare: nec ille, qui eum asserit non appropinquare, Sed ille potius, qui eum siue propè siue longè sit sinceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis expectat. *Hactenus Augustinus.*

Brevi-

Breuiter :

Nos de incertis nihil certi, quin potius ideo vigilemns ac
oremns, quia N E S C I M V S. Beatus quem Dominus inuene-
rit vigilantem.

Scrutemur patefacta :

Discamus necessaria :

Faciamus mandata :

Lætantes præfenti gratia & futura gloria.

PROBLEMA ΑΠΟΡΙΣΙΚΟΝ Mathematicis propositum.

Numerant quidam artifices à prima Olympiade ad nati Christi Epocham annos
Iulianos 774 dies 183 : alij verò 775 : dies 183.

Determinetur hoc primum, & facile erit εὐσέχως respondere ad questionem :
An mors Christi pertineat ad an. ætatis eius 33 vel 34. Nam ea cum anno
4 Olymp. 202 concurrat, ita ut mense ferme tertio à morte Christi incat
Olympias 203.

Queritur itaq; an is erret, qui tria ista spacia in hunc modum dimiciatur.

Si ponat	I. à prima Olym. ad Nabonassarem	annos Iul- ianos.	28 d. 241.
	II. à prima Olymp. ad natum Christum		774. d. 183.
	III. à Nabonassare ad natum Christum.		745. d. 309.

Autor reuerenter petit, se & alios Chronologia studiosos ab artificibus
de his tribus partibus problematis erudiri ac doceri responso demon-
strationibus probè munito & confirmato.



Errata Jfagoges.

- Folio 14. a versu 8. prebeat.
 15. b v. 6. attriti.
 19. a v. 31. prateriret.
 26. a v. 29. 183. pro 383. b v. 25. 2 Darij.
 29. b v. 23. hebdomade integra: sed hebdomade vna, id est &c.
 * ij a v. 6. debituram.
 * v b v. 23. Olymp. 93 curru vicisse. Et ibidem
 v. 30. Euagoram curru, & Eubotam stadio: item, &c.

Errata Jndicis.

- B 4. a versu 31. reuelantur, B 4. b v. 22. secessio.
 C 4. b v. 25. elephanto.
 D 3. b v. 17. & 27. & D 4. a v. 25. Dio pro Diod.
 E 2. b v. à sine 8. Pij (nomen proprium). E 3. b v. à sine 15. Catechetica.
 E 6. b v. 14. Fructuosi (nomen proprium).
 F 1. b v. 10. decennouales. F 2. a v. 12. propositum.
 F 4. b v. 24. supputamus.
 G 4. a v. 18. recitabimus ex Theodoreto. G 5. a v. 29.
 H panegyres, quas.
 H 6. b v. à sine 23. sancto & orthodoxo.
 K 2. b v. 27. accusatur. Et versu 18. Itaq; iussu. Et versu 41.
 pronuncient. K 3. a versu à sine 15. in militaribus vexillis. K 3. b
 v. à sine 7. glosse ordinaria in S. Biblijs autor. K 4. b v. 28. Cunradus I.
 Franconia Dux, &c. Hac verba ad precedentem annum referenda sunt.
 L 1. a v. 32. Israëlis. L 3. b v. 30. lege 5027. pro, 6027.
 L 6. b v. 16. urbem Ierusalem. L 6. b v. 24. quasdam.
 M 3. a v. 15. cardinalibus, & quo durante, &c. M 4. b v. 22 annos.
 M. f. b v. à sine 5. Vilitate. M 6. a v. à sine 20. et si.
 N 2. a v. à sine 22. lege 5250. pro, 2550. N 2. b v. à sine 16. interitu
 perierunt. Hac Tritth. Hirsgau: N 3. b v. à sine 17. acquireret eū crimen, &c.
 O 1. a v. 31. Corpus & sanguinem dominicum, O 2. a v. à sine 18.
 lege 5393. pro, 3393. O 3. b. v. 8. insequenti. Ibid. v. à sine 9. excusoriam.
 P 1. a v. 25. Franciscus Foscari. P 4. a v. à sine 22. Obijt Georgius
 Dux Saxonia, cui successit Henricus Maurity, &c.

Gorlicij

EXCVSVM TYPIS
 AMBROSII FRITSCHII,

Anno

M. D. LXXX.

882038841 143

EXCVSVM TPIS
AMEROSI PITSCHER

M. D. LXXX